6
19-b
97

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
15 A
59

theca
Rom.
Jesu

21 C 53

21
C
61

6.-19.B.97.

de' Libri
di Filippo Sau
Felicij

M

MVSÆ
MISCELLANEÆ.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO E



C. Laurentio fece

MVSÆ MISCELLANEÆ

D. ISIDORI MORATINI P. C.

Reuerendissimo Patri

D. IACOBO LENCIO

MONASTERII S. PAVLI de Vrbe Abbati,

Nec non

Congregationis Casinensis Procuratori Generali vigilantissimo

DICATÆ.

Bibl: Sal Coll: Rom: S: J.

PLACENTIÆ

In Ducali Typographia Io. Bazachij, 1667.
Superiorum permissu.

Google

Reuerendissimo Præsuli

P. D. IACOBO
LENCIO

Cœnobij S. Pauli de Vrbe Congreg. Cas. Abbati, ac Procuratori Generali vigilantissimo.

PAucis ab hinc annis, cum Procuratoris Generalis culmen attingeres (Præsul Reuerendissime) ac tuæ splendor Virtutis, proprio non defraudatus prœmio, longè, latèque emicaret: vt aliquod tibi meæ erga te singularis obseruantiæ pignus exhiberem; atque communi totius Congregationis plausui arriderem; Car-

mina triumphali letitiæ aſſocianda eſſe optimum adiudicaui; quandoquidem Plectro euehenda eſſe putantur illorum Nomina, qui carmini conſona perpetraſſe cernuntur. Verum quia eadem Prælo credere, additis alijs, quæ varijs occaſionibus edideram, & quæ ad lucem emittere amicorum precibus, ſtatueram; par erat, vt quem Patronum ſibi prius Muſa adſciuerat, cum ſe in conſpectum dedit, tali etiam ſecundò ſe ſiſteret; cum ad ſuum Apollinem confugere, & ſub Pindi tutela commorari certò ſciret. Cum enim tuum (Præſul doctiſſime) exercitum ingenium omni Diſciplinarum genere madeat; ad neminem tutius Heliconis Alumnæ, quam ad illum, in quo nidificant cunctæ Palladis Artes, concurrunt. Prætereà tanta oris tui ſuauitate, qua animos melius, quam Alcidis catenulæ atrahis allectæ, tecum hoſpitari, ac aſſiduè conuerſari minimè verentur. Quinimmò vultus tui

huma-

humanitatem, qua grauitatem, sed sinè fastu ostentas, ardent contemplari, cum illam progignat comitatem, quæ in Principum etiam pectoribus se insinuare, & gratiam impetrare, summa omnium admiratione, nouit. Hinc est, quod faustis successibus, gemina trieteride emensa, Procuratoris munere functus es, ita vt posteris exemplum relinquas, quod à nemine aucupari tua maxima solertia nequiuit. Luctantur cum æternitate tua egregia facinora, nec se superari permittent, vt potè indelebili memoria digna. Tuus infatigabilis labor, nulla temporis iniuria labefactatus, Horatianum illud meritò vsurpare poterit: *Exegi monumentum ære perennius: Regalique situ Pyramidum altius, quod non innumerabilis annorum series possit diruere.* Quod de Atlante Veteres commenti sunt, fabula est, eò à possibilitate distans, quò à veritate aliena; verum in te (Reuerendissime Præsul) historia fuit; cum

inter varia temporum diſcrimina, ac extremas rerum viciſſitudines, nimio pondere oppreſſus Caſinenſis Axis, ſub mole ingemeret; tu ſolus, propriæ virtutis Atlanteis humeris, labantem Orbem, ne præcipiti lapſu irreparabilem ruinam lugere cogeretur, ſuſtinuiſti. Singulis enim tui roboris geſtis, cum ſolari radio clariora appareant, Panegyrim texere, tuam magis eſſet offuſcare Modeſtiam, quam Rhodiacum Coloſſum, tui Nominis immortalitati erigere. Aſpice igitur (Præſul Reuerendiſsime) læto ſupercilio qualecumque munus, quod, in perpetui obſequij munimentum, tuæ nunquam ſatis laudatæ famæ conſecro; datum quidem valdè tuorum cumulo meritorum impar; at non tui auguſtiſſimi ſpiritus generoſitati, quæ affectum largitoris, non valorem donorum penſat. Licet enim Puellarum ſint luſus Cyrrhæi ad fontis latices decantati; ſunt tamen Carmina ad

He-

Herorum facta perennanda aptissima; iuxtà dictum Claudiani:

Gaudet enim virtus testes sibi iungere Musas;

Carmen amat quisquis carmine digna gerit.

Quis tuis actibus clariora, ac illustriora egit? qui, siuè Lyceum coleres, & inter Mineruæ certamina præsideres, dissidentium lites direpturus, tanta oris facundia efferuescentium animos componebas, vt, nec Porticus Philosophantium suum Stagiritam desideraret: siuè te è Cathedra ad forum transferas, tanta prudentia grauissima negocia peragebas, vt te, non magis inter Apollinis, quam Themidis Clientes educatum esse ostenderes. Sint licet mei versus tenui modulati cicuta, me tubam superasse Maronis putabo, si meo placuisse Mecœnati certò sciam:

Altisona cecinisse tuba, grandiq. Cothurno,

Non famam Vati, sed placuisse, dabit.

Tua protegi Tutela debet (Reuerendissime Pater) mea Musa; vt, è Claustris prodiens, securè per Orbem spatietur; non enim pudibunda Virgo in conspectum sedare, nisi tuo innixa Patrocinio, tuo sociata Nomine, tuo fota sinu audet. Tuo inquam sinu, in quo humana sapientia sibi Domum inuenit; vbi tua omnigenarum virtutum cultura Templum illi magnificentissimè excitauit, libentissimè Musa illius comes habitare summis expetit votis; nam:

Sola parat doctis Sapientia Tecta Camœnis.

P. T. Reuerendiss.

Seruus humillimus

D. Isidorus Morattinus.

LE-

LECTORI BENEVOLO.

VM S. Protomartyris Benedectini, sanctissimi Patriarchæ nostri præcipui Germinis vitam (deuotionis excitandæ gratia ergà meum Patronum, ac Tutelarem) carminibus, ac latia Musa (quandoquidem Tusca id egerat D. Felix Passerus nostræ pariter Congregationis Alumnus multis retrò annis) scribere, ac illam typis dare statuissem, ea quæ prius edideram varijs temporibus, adnectere illi mihi placuit; amicissimi Typographi occasionem nactus. Debueram Poemata multis retrò annis elabo-

rata, ad censuram reuocare, & stylo expungere; quod libentissimè egissem, ni temporis angustia vetuisset; id tamen pro viribus facere haud neglexi, maximè cum me nullo modo Regiminis sarcina grauaret. His addere etiam placuit Paraphrasim in 2. lib. Dial. S. Gregorij Papæ Venetijs impressam, vt à varijs mendis, me absente elapsis, purgarem. Hæc mea Carmina, sub nomine Musarum Miscellanearum *prodere, ex amicorum consilio curæ fuit; quandoquidem, cum Poemata in promptu non haberem; coactus prælo, nullo ordine seruato committere, ac miscere, vt ita dicam, sacra prophanis fui. In S. Placidi Poemate, illa Episodia, quæ Historiæ veritatem minimè adumbrare, vel adulterare nequirent, apposui; cum propositum fuerit acta illius Martyris, crebra miracula, ac Martyrium fideliter describere, qualiter à Lippomano, & Surio referuntur. Non enim volui Heroicum Poema omnibus numeris absolutum exponere, singularem vnius Herois virtutem amplectens; sed admirandam tãti Viri Vitam, vernaculo*

ipsius

ipsius Sancti idiomate, numeris poeticis alligatam; quod anteà à nemine, quod sciam, factum fuerat, exornare. Quales sint isti mei elucubrati labores (amice Lector) tibi offero; ea qua polles humanitate excusa, si quid inconcinnum, ac ingenij tui palato minimè gratum inuenies, quoniam, quidquid in hoc libello habes, iam mercedem suam accepit; cum vel ad Diuorum honorem; siuè ad amicorum instantiam elaboratum, iam aliàs antè Hominum conspectum prodierit. Non me latet, sciolos, & inuidos semper aliena carmina insectari, quatenus, aliorum libros spernendo, sic Virtuosi titulos aucupari existimant; &, veluti canes venatici feras, sic errores in metro, exquisita indagine perquirunt; at isti tales, vt plurimum Heliconem ne quidē à Limine salutarunt, vel puri versificatores sunt, qui non aliud in versibus quam syllabarum dimensionem attendunt, quemadmodum pueri, qui Pindi verticem attigisse credunt, cum metri pedes inuenire, & compaginare norunt. At qui numerorum armoniam, & Pindi salebras calcare iam diù sunt assueti, si

forte

fortè in errorem incidunt, beneuolentissimè excusant; eo magis, quod metricas difficultates non ignorant, & quam facilè sit in numeris aliquãdo allucinari, (in quibus oculi etiã lincei decipiuntur) ac totum ad Poeticam licentiam reuocare non dedignantur; iam edocti, quam amplum campum, & opulenta seges Poetis pateat; quibus meum libellum committo, ac illorum censuræ peramanter submittere non erubesco. Vale.

D. Io. Baptista à Tipherno Cong. Casin. Ord. S. Benedicti Præsidens Generalis.

VIsis approbationibus RR. PP. D. Angeli Mariæ à Parma Abbatis Monasterij S. Saluatoris Papiæ, & D. Cyrini à Senis Abbatis Monasterij Sanctæ Mariæ Ragusij, quibus à Capit. Gener. demandatum fuit, vt Carmina, quæ inscribuntur, *Musæ Miscellaneæ*, à R. P. D. Isidoro à Foro Liuij P. composita examinent: facultatem concedimus, vt Typis mandentur, si ijs ad quos spectat videbitur; cuius rei gratia præsentes litteras manu nostra obsignatas, ac proprio sigillo munitas dedimus. Sublaci die 21. Octobris 1666.

D. Io. Bapt. à Tipherno P. G.

Vidit

ACcuratissimè hunc librum, qui inscribitur *Musæ Miscellaneæ Adm.R.P.D.Isidori Moratini Prioris Casinensis*, vidi, & perlegi, nihilq. in eo censurandum notaui, quod vel fidem, vel bonos mores lædat; quinimmò illum per omnia laude dignissimum arbitror; ideircò ad omnium vtilitatem, & profectum, in lucem prodeat, & imprimatur. Placentiæ die 4. Aprilis 1667.

Ego Petrus Maria Campus Canonicus Ecclesiæ Maioris Placentiæ, Protonotarius Apostolicus, & Sanctissimæ Inquisitionis Reuisor, pro Reuerendiss. Patre Inquisitore.

Imprimatur

F. Sixtus Cerchius Inquisitor Generalis Placentiæ.

Stephanus PortaPulia P.Vic.Gen.

Fuluius Gallus Cons. Ducalis, & Præses Cameræ.

ER-

ERRATA		CORRIGE.
Pag. 48. v.2.	addusta	adducta.
Pag. 65. v.3.	Gothicum	Gothicam.
Pag. 67. v.1.	vultus	vultu.
Pag.152. v.17.	Addæ	Adde.
Pag.153. v.19.	ſcutare	ſcrutare.
Pag.161. v.20.	Clauſtriſq.	Clauſtriq.
Pag.164. v.7.	ſignant	ſignans.
Pag.176. v.22.	errecti	erecti.
Pag.253. v.16.	ſnperante	ſuperante.
Pag.254. v.2.	Abſcens	Abſens.
Pag.256. v.7.	qua	quam.
Pag.271. v.15.	ſcilleos	ſcyllæos.
Pag.273. v.16.	lachrimæ	lacrymæ.
Pag.274. v.10.	ſcylleus	Scyllæus.
Pag.308. v.11.	corripunt	Corripiunt.
Pag.336. v.22.	comiger	corniger.
Pag.346. v.6.	vt ſinè	Vi ſinè.
Pag.350. v.12.	ſænæ	Senæ.
Pag.336. v.12.	police	pollice.
Pag. ibid. v.20.	veri	viri.
Pag.375. v.20.	pro genuere	progenuere.
Pag.376. v.15.	auctu	auctus.
Pag.389. v.3.	indica	indicat.
Pag.401. v.7.	altos	latos.
Pag.426. v.17.	triumphate	triumphato.
Pag.429. v.25.	legaglia	legalia.
Pag.430. v.3.	num.	nunc.
Pag.432. v.10.	Phæbæa	Phœbea.
Pag.446. v.1.	emrito	merito.
Pag.447. v.22.	incatehò	incatenò.

Pag.

Pag.537.v.27. subtegminæ subtegmine.
Pag.547. v.9. redimicola redimicula.
Pag.585. v.23. inpatiens impatiens.

ADMONITIO.

Hæc sunt errata (Amice Lector) quæ, festinatè Librum percurrendo, inuenire potui; quandoquidem compulit me temporis angustia ea negligere, quæ ad accuratam impressionem necessaria erant. Si quid igitur, ob incuriam, excidit, tu, aut proprio Marte corrige; vel ad Poetices licentiam reuoca; cum etiam in Carmine peritissimi inueniantur aliquando cæspitasse; nam quandoque (vt Hor. ait) bonus dormitat Homerus.

IN-

INDEX
Rerum omnium notabilium, quæ in hoc Opere continentur.

A

Ani-

Bene-

B

C

 circum-

cidi

E

F

Fla-

F

Fla-

G

H

Hos-

I

L

M

rum

Non

O

Oratio

P

Pote-

Roma-

S. Spe-

Stem-

T

V

IN

IN VITAM
S. Patriarchæ
BENEDICTI
A D. GREGORIO PAPA
conſcriptam,

PARAPHRASIS.

In Vitam S. P. Benedicti Monachorum Patris.

Proemium Auctoris.

Quæ per nubiferas rupes lucosq silentes
Egerit, Occiduas qui primus duxit in oras.
Agmina queis taciti refouentur dogmata Claustri,
Mens pia deuoto gliscit percurrere plectro.
Lumine Sancte Parens, Cælesti dirige vatem,
Da dulces nemorum pertingere mente recessus,
Et decertatos recludere carmine Montes;
Numine Romuleæ spreti quo gaudia Romæ,
Antè rosas tegeret dubio quam vellere vultus
Florea lanugo, primæ ornamenta iuuentæ:
Miles vt exesi factus Puer incola saxi,
Ingenuum tegmen villosa nebride obumbras.
Tu, Sophe Christiadum, trino qui tempora serto
Comprimis, effulgens ex doctis quattuor vnus,
Gregori, inhexausto ditans pia flumine lingua
Pectora, Cecropia madidus, latiaque Minerua.
Te præeunte mei scrutabor gesta Parentis;
Nam fictos cupio Phœbi procul esse furores,
Castalidumque Choros, iactat quos vana vetustas.
Te monstrāte viam, Benedicti exordia pandam,
Et Genus Augustum, mirandaque facta, Phalangas,
Quæ nulla obscurat mendacis fabula fontis.

Proemium Sancti Gregorij Papæ in Vitam Sanctissimi Patris Benedicti.

FVit vir vitæ venerabilis, gratia Benedictus, & nomine. Ab ipso pueritiæ suæ tempore cor gerens senile: ætatem quippe moribus transiens, nulli voluptati animum dedit. Sed dum in hac terra adhuc esset, quo temporaliter liberè vti potuisset, despexit iam quasi aridum Mundum cum flore. Qui liberiori genere ex Prouincia Nursiæ ortus, Romæ liberalibus litterarum studijs traditus fuerat. Sed cum in eis, multos ire per abrupta vitiorum cerneret, eum, quem quasi in ingressu Mundi posuerat retraxit pedem: ne si quid de scientia eius attingeret, ipse quoque in immane præcipitium totus iret. Despectis itaque litterarum studijs, relicta Domo, rebusque Patris, soli Deo placere desiderans, sanctæ conuersationis habitum quæsiuit. Recessit igitur scienter nescius, & sapienter indoctus.

PARAPHRASIS.

VIr fuit eximij Benedictus Nominis hæres;
Quem simul innumeris cumulauis Gratia donis.
Vix primo niueam decorabat flore iuuentam
Forma, serenato depingens colla nitore,

Molli

Molli dum prudens dominatur in ore senectus;
Et grauitas morum iuuenili fronte renidet.
Namq. tenella ætas maturum vicerat æuum;
Surgenti cum luce animum sortita verendum,
Indixit fragili Mundi diuortia menti.
Vix ortus grauibus curis, apparet adultus
Aethereis, tantum sublimia corde reuoluens.
Luminibus Iuuenis, vultuq. ciebat amores,
Ad quos libertas luxus ancilla trahebat.
Quod subit ingenium, vaneq Cupidinis Arces;
Lætitiæ quidquid progignunt otia, totum
Seruire haud rennit Benedicti nutibus. audax
Omnia sed spreuit, quæ offert effræna Voluptas.
Qualiter orta vagum florum Regina decorem
Ponit, Apollineus dum flāmas euibrat Orbis;
Mane superba suaui cominus halat odore,
Icta sed ardenti radiorum cuspide, vultus
Abdit odoriferos, Hyblææ & gaudia pompæ:
Sic terit illecebras ardenti Numinis æstu
Sanctus Eques Christi, vanos dum luxus odores
Spargit, vt innocuæ inficiat præcordia mentis.
Nam decernit opes, & dulces Vrbis honores
Temnere, diuitijs tantumq. inhiare supremis.
Nursia terra Viro lucis primordia cessit,
Tellus Martepotens, Heroumq. inclyta Mater,
Ingenua de Gente satus cælestis Ephebus,
Ausonios quærit fines, vt Palladis artes
Ebibat, & latiæ gustet consortia Gentis.
At Romana iret cum Plebs per aperta malorū
Compita tartareo iam præda litanda Baratro;
Quo posuit primum, subito vestigia torsit,
Ne secum stygijs pereat tumulandus in vndis,

Doctrinas nimium vulgi sectatus inanes.
Ergo lares patrios, & dogmata vana lycei
Posthabuit, supero cupiens seruire Tonanti,
Per nemora, & latebras commercia sancta requirens.
Sic fugit indoctus sapiens, mundana perosus;
Et didicit melius sectandas, nescius, artes.

CAPVT I.

Quemadmodum contemptis litterarum studijs Mundo renunciauit: ac de Capisterij in duas partes confracti integra restauratione.

I

Hic itaque cum iam relictis litterarum studijs petere deserta decreuisset; Nutrix, quæ hunc arctius amabat sola secuta est. Cumq. ad locum venissent, qui Effide dicitur, multísq. honestioribus viris charitate se illic detinentibus in B. Petri Ecclesia demorarentur, prędicta Nutrix illius ad purgandum triticum à vicinis mulieribus præstari sibi Capisterium petijt: quod super mensam incautè derelictum, casu accidente fractum est, sic vt in duas partes inueniretur diuisum.

TETRASTICHON I.

Palladias gaudet pessundare Nursius artes,
Diceret vt Mundo Miles: amice, vale.
Cælicus orantis mox vasa redintegrat ardor,
Vasa prius tenuit qui pretiosa sequi.

PARAPHRASIS.

I

POsthabitis igitur Cathedris, Helyconis & vndis,
Ania Tecta ardet scrutari, & sentibus apta
Culmina, conuallesque cauas, & scrupea saxa,
Nota feris tantum, rerum superoque Satori:
Lacteolis cuius siccauerat vbera labris
Altrix fida suum, mærens, sequebatur ocellum.
Effidis paruos tandem tetigere Penates.
Hospitis vtque noui vultus videre Coloni,
Egregiumque decus formæ, moresque pudicos,
Liminibus Petro cupiunt succedere sacris.
Ingentem pietatem animi, pectusque benignum
Mirati, facilis præbent consortia vitæ.
Hic vicina Nurus Cyrillæ commodat olim
Rustica vasa, datum Cereris purgare paranti.
Fortè cadunt, lapsuque simul franguntur eodem,
Et loca bina tenent, dura ceu cæsa bipenni.

Quod mox, vt rediens Nutrix illius inuenit, vehementissime flere cœpit, quia vas, quod præstitum acceperat fractum videbat. Benedictus autem religiosus, & pius Puer, cum Nutricem suam flere conspiceret, eius

dolori compassus, ablatis secum vtrisque fracti Capisterij partibus, se se cum lacrymis ad orationem dedit; qui ab oratione surgens, ita iuxta se vas sanum reperit, vt in eo fracturæ vestigia nulla videri potuissent. Mox autem Nutricem blandè consolatus, ei sanum Capisterium reddidit, quod fractum tulerat. Quæ res in eodem loco à cunctis est agnita, & in magna admiratione habita.

2

Fœmina mox rediens, vultus impleuit aniles
Largifluis lacrymis, alieni vt fragmina cribri
Adspicit: afflictæ, tenero sed corde, Parenti
Condoluit, casumq. pius miseratus Alumnus,
Membra manu disiecta tenet, simul ordinat; atque
Vas fragile extinctæ sperat concedere formæ.
Tanta erat in superis puræ fiducia mentis.
Mox genibus flexis, versusq. ad sidera vultus
Perfusos vndis, palmas vtrasque tetendit,
Voluebatque imo tacitos in pectore questus,
Oppressæque petit reparari damna Parentis.
Vix niueo ore preces feruens expleuit Ephebus,
Nectit inornatæ cum dissita membra figuræ;
Apparet vasis diducta ruina refracti
Irrita, longæuam soluens formidine Matrem.
Vulgantur subitò tanti miracula Nati;
Obstupuere Nurus, iuuenesque, senesq. colentes
Oppida, miranturque piæ primordia prolis;
Quã validas sub corde faces adoleuit olympi,
Numinis ostendens se posse recludere fontes
Donorum, & superam votis deflectere mentem.

Hoc

3

Hoc ipſum Capiſterium eius loci incolæ in Eccleſiæ ingreſſu ſuſpendunt, quatenus, & preſentes, & futuri omnes agnoſcerent Benedictus Puer à quanta perfectione cæpiſſet. Quod annis multis illic antè oculos omnium fuit, & vſque ad hæc Longobardorum tempora ſuper fores Eccleſiæ pependit. Sed Benedictus plus appetens mala Mundi perpeti, quam laudes, pro Deo laboribus fatigari, quam vitæ huius fauoribus extolli, Nutricem ſuam occultè fugiens, deſerti loci ſeceſſum petijt, cui Sublacus vocabulum eſt, qui à Romana Vrbe quadraginta fere paſſuum millibus diſtans, frigidas, atque perſpicuas emanat aquas. Quæ illic videlicet aquarum abundantia in extenſo prius lacu colligitur, ad poſtremum vero in Amnem deriuatur. Quo cum fugiens pergeret; Monachus quidam Romanus nomine, hunc euntem reperit, quo tēderet requiſiuit.

3

Veſtibulum antè ipſum Templi mox Cribra reponunt, (ctum
Suſpenduntq. viri, vt cunctis memorabile facClareſcat, ſeroſque trahat par fama nepotes,
Orbis & agnoſcat fuerit quæ gratia Nati,
Vix cum prima bibit ſupremæ pocula vitæ.
Antè diu ſacros aditus iuuenile pependit
Prodigium, ſcirent venturi vt facta Coloni;
Barbarus hoc hominū cōſpectibus abſtulit enſis.
At Puer exoſus mundanæ nomina laudis,

Æstiuas tolerare faces, Boreæque furores
Appetit; impastus longas & ducere luces;
Altricis fugiens oculos, clam tecta requirit
Innia, desertumque nemus, Rupesque rigentes,
Inter Sublaci cautes, cæcasque cauernas,
Quique quater decies Romana distat ab Arce
Millia, perspicuas vbi flumen congerit vndas.
Copia nãq. lacum priùs efficit; inde per Amnem
Diffusa; hinc longè nomen deponit, & imbres.
Solus vt obscuris syluarum se occulit vmbris,
Perque soli colles iuuenis descendit apricos,
Et saltus fugiens, superat, vallesq. profundas.
Quo peteret rigidi Romanus at incola Claustri
Obuius exquirit, quę causa vię impiger audit.

4

Huius cum desiderium cognouisset, & secretum tenuit, & adiutorium impendit, eique sanctæ conuersationis habitum tradidit, & in quantum licuit ministrauit. Vir autem Dei ad eundem locum perueniens, in arctissimo specu se tradidit, tribusque annis, excepto Romano Monacho hominibus incognitus mansit.

4

Vota noui postquã Pater explorauit Alumni,
Illius arcanum tacito sub pectore clausit,
Distulit auxilium cupido nec ferre petenti;
Exuuias Tyrio nam detrahit illita succo,
Villosoque tegit puerilia membra cucullo,
Fercula qua potuit latitanti tum arte ministrat.
In latere aërij, qua vertice sidera lambit,

Cerni-

Cernitur alta specus vacuo sub fornice Mõtis ;
Interclusa viris domus, opportuna colubris.
Exesum caueis Antrum terebratur opacis,
Intus inæquali crescunt asarota figura.
Arte nec extructum, cæcas penetrale latebras
Agglomerat, tenebras, & muta silentia claudens.
Desuper ingressum per obesa foramina præbet,
Quem currus medio librat dū Phæbus olympo
Vrit, & igniferis refouet laqueare quadrigis.
Hic auidos habitare lupos, dirosque leones
Dixeris; humanis imperuia semita plantis
Crescit, & horrificis vmbrātur compita dumis.
Carceris in vacuo puerilia membra recondit
Romanus, spectant vbi ternæ germina messis,
Tam benè nota Polo, quam stulto incognita Mundo.

5

Qui videlicet Romanus nõ longè in Monasterio sub Theodati Patris sui regula degebat. Sed piè eiusdem Patris sui oculis furabatur horas, vt quem sibi ad manducandum surripere poterat, diebus certis Benedicto panem ferebat. Ad eundem vero specum à Romani cella iter non erat, quia excelsa desuper rupes eminebat; sed ex eadem rupe longissimo fune religatum Romanus deponere panem consueuerat. In qua etiam resti paruum tintinnabulum inseruit, vt ad illius sonum vir Dei conosceret quando Romanus sibi panem preberet, quem, exiens acciperet. Sed antiquus hostis vnius charitati inuidens,

& alterius refectioni, cum quadam die submitti panem conspiceret, iactauit lapidem, & tintinnabulum fregit.

5

Peruigil ille Pater Sancti Praeceptor Ephebi,
Nubiferae rupis crescentia claustra colebat,
Desuper & plantis Pueri spelaea premebat,
Castra Teodatti, leges sectatus, & acta.
At pius inspector Romanus, fallere Patris
Lumina sollicitus, Benedicto alimēta parabat.
Nulla per abruptos aperitur semita montes,
Altori facilè referens commercia Patri.
Limina Romani longè super Æthera surgunt,
Despectantq. specus latitans sub rupe cauatam
Arce sed ex alta calatho, longāque rudente,
Impasto iuueni Cerealia dona ferebat.
Inseruit paruis resonantia signa canistris
Æris, vt oranti venientia pabula praesient.
Sed stygius coluber miratus lumine toruo,
Quod manus auxilium oranti praebebat egeno,
Protinus inuisus, praeceps, incanduit hostis,
Ardens inuidia, properat turbare paternum
Munus, & horrificis diuertere signa lacertis.
Proijcit en audax baleari dextera funda,
Inter quē rapuit lapidem Phlegetontis arenas,
Dira velut stridet neruo demissa sagitta;
Eminus ille volans, arguta metalla refregit.

6

Romanus tamen horis congruentibus ministrare non desijt. Cum vero Omnipotens Deus, & Romanum vellet à labore quiescere, & Benedicti vitam in exemplum homini-

minibus demonstrare vt posita super candelabrum lucerna clarescerer, quatenus omnibus qui in domo Dei sunt luceret, cuidam Presbitero longius manenti, qui refectionem sibi in Paschali festiuitate parauerat, per visum Dominus apparere dignatus est dicens: tu tibi delicias præparas, & seruus meus illo in loco fame cruciatur. Qui protinus surrexit, atque in ipsa solemnitate Paschali cum alimentis quæ sibi parauerat, ad locum tetendit, & virum Dei per abrupta montium, per concaua vallium, per defossa terrarum quæsiuit, eumque latere in specu reperit.

6

Monticolæ æqualis reparat solertia damnum
Romani, stygiæ fundæ, dextræque minacis;
Tẽporibusq statis tamen ora famelica nutrit.
Assiduum miseratus opus, longumque laborem
Numen, vt anxiferæ tandem daret otia menti,
Sollicitosque metus demat, stimulosq paternos,
Sanguinis vtq. alti clarescat in orbe Propago,
Exemploque viam Populis aperiret Olympi.
Qualiter ostentant radiantis lumina, celsa
Candelabra facis, teretiq. foramine stringunt,
Cerea quæ vastum lustrant funalia Templum.
Abdita sic famuli Diuûm Pater acta reuelat,
Obductumque iubar saxis, moresque nitentes
Christiadis, habitant qui lumen præbeat Ædem
Numinis, vt tanti radientur luce Magistri.
Paschali voluente die iam pabula Mystes
Lauta sibi, lætus, curua glomerabat in arca.

In-

Increpat Omnipotens auidi sed fercula amici
Nocte sub obscura, visique in imagine somni:
His tua delicijs (ait) ò bone, guttura farcis,
Dirus vt excruciat Benedictum seruor edendi?
Presbiter, attonitus visis, congesta resumpsit;
Per iuga mox Diuū quærens, in vallibus imis;
Saltibus inq. feris, scrobibusq. rigentibus antri
Conspicit hunc tandem, quem Cælica visa reuelant.

7

Cumque oratione facta, benedicentes Dominum consedissent: post dulcia vitæ colloquia, is qui aduenerat Presbiter dixit surge; sumamus cibum, quia hodie Pascha est. Cui vir Domini respondit dicens: scio quod Pascha est, quia videre te merui. Longè quippe ab hominibus positus, quod die eodem Paschalis esset solemnitas ignorabat. Venerabilis autem Presbiter rursus asseruit dicens: veraciter hodie resurrectionis Dominicæ Paschalis dies est abstinere tibi minimè congruit, quia & ego ad hoc missus sum, vt dona Omnipotentis Dei pariter sumamus. Benedicentes igitur Deum, sumpserunt cibum, expleta itaque refectione, & colloquio, ad Ecclesiam Presbiter recessit.

7

Mox, precibus fusis, ambo sub Rupe sedentes,
Dulcibus eloquijs vultus solantur amicos,
Vrbanaquè pari recreantur corda loquela.
Hospes at impasto verbis sic fatur Alumno:
Surge, dapes, Heros, æterni munera Patris

Com-

Cõprime; sunt Domini solemnia gaudia Paschæ.
Miles at inuentus repetit: sunt gaudia Paschę,
Cernere dum merui faciem, dextrãq benignam.
Namq specus cultor, Mundi cõsortia spernens,
Annua surgentis nec nouit festa Satoris.
Mysta sacer subdit, superum Vir, vera loquenti
Crede; Triumphantis nostri lux alma renexit
Facta Redemptoris, cohibens ieiunia Gentis.
Prouida me iussit tua quærere Tecta voluntas
Numinis, vt superæ pariter nunc munera dex-
Cederet, & vigili recrearet mente Cliẽtes. (træ
Æthere laudato, feriunt mox fercula morsu,
Oraque bina fouent blandè Cerealibus escis.
Cuncta leuant saturi; precibus de more solutis,
Presbiter ad patrios gaudet remeare Penates;
At Criptæ cultor reuocare silentia promptus
Autumat; hinc tetris vultus occludit in an-
tris.

8

Eodem quoque tempore, hunc in specu latitantem etiam Pastores inuenerunt; quem cum vestitum pellibus inter fruteta cernerent, aliquam bestiam esse crediderunt. Sed cognoscentes Dei seruum esse, eorum multi ad pietatis gratiam à bestiali mente mutati sunt. Nomen itaque eius per vicina loca cunctis innotuit. Factumque est, vt ex illo iam tempore à multis frequentari cœpisset. Qui cum ei cibos deferrent corporis, ab eius ore in suo pectore alimenta referebant vitæ.

Depu-

8

Depulit e stabulis ad gramina lęta capellas
Pastor, & herbiferi montis iuga celsa petiuit,
Hunc reperit quondam spelęa recurua premen-
Hirsutis tectum villis, rigidoq. Cucullo (tem,
Inter syluestres frutices; fera corpora beluæ
Tegmina dissimulant, & rustica lumina fran-
Cominus Heroem postquã videre Coloni, (dant
Mentitos artus, humanæ & corpora stirpis;
Moribus excussis pecudum, mentisque ferinæ,
Relligione pia flagrantia pectora replent.
Namque viri nomen vicina per oppida currit,
Multisonisque tubis latitantis limina prodit,
Fama, sacrosq. specus & obesa foramina saxi.
Cætus at innumeræ Benedicti Gentis inundat
Atria: sed pius, indociles hic mollit Agrestes,
Compita qui nemorum, latebrosaque Tecta
frequentant.
Inuento fert Turba viro quo pasceret artus:
Gentibus hic contrà, vitalia fercula frangit,
Cælestique cibo, mortalia dona rependit.

CAPVT II.

Quemadmodum Auis Merula ei circa faciem infesta fuit volitans, ex quo valida carnis tentatio insecuta est.

I

QVadam vero die, cum solus esset, tentator affuit. Nam nigra, paruaque auis, quæ

quæ vulgo Merula vocatur, circa eius faciem volitare cæpit, eiusque vultui importunè insistere, ita vt capi manu posset, si hanc vir Sanctus tenere voluisset. Sed signo Crucis edito recessit auis. Tanta autem tentatio carnis ane eadem recedente secuta est, quantam Vir Sanctus nunquam fuerat expertus. Quandam namque fœminam aliquando viderat, quam malignus spiritus ante mentis eius oculos reduxit.

TETRASTICHON II.

Vt Paphijs feriat Benedicti pectora telis
Rex Erebi, obscuræ corpora fingit Auis.
Dum petit ora volans, lasciuos excitat æstus;
Vulneribus Iuuenis, vulnere fert & opem.

PARAPHRASIS.

I

Luce Dei Miles quadam, suprema reuoluens
Gaudia, solus erat, turbarũ teste remoto;
Perfidus Antra subit tenebrosa Impostor Auerni, (guram.
Obscuram simulans volucrem, Merulæque figuram.
Circinat alarum venerandos remige vultus
Ditis Auis, niueum tentans maculare pudorẽ,
Prædamque Dei fieri malefida Clientis.
At Crucis Inferni dio manus ense fugauit
Penniger am Prolem, volitantis & ora Colubri.
Ad sua carpit iter laruatus Tartara Dæmon;
Cypridis, at fugiens, lasciuos expuit ignes,
Moti-

Mollibus immodicis castos turbauit & artus.
Cordibus arma mouet, Cytherea dolosa pudicis,
Et blandum mentita ciens in fædera lusum,
Excitat insanos motus, æstumque proteruum;
Expertus similes nunquam sub pectore flammas
Hic Iuuenis fuerat: sic Tartarus arietat hostes.
Virgineis olim, cernens, in vultibus Heros
Hæserat, hos candor miro variarat honore,
Fulgebatque genæ Tyrio saturata liquore
Purpura, Maiestasque simul regnabat in ore.
Virginis hæc species mentis bacchatur in aula;
Ingeniumque nouas fictiuæ obliuia formæ.

2

Tanto igne serui Dei animum in speciem illius accendit, vt se in eius pectore amoris flamma vix caperet, & iam penè deserere Eremum voluptate victus deliberaret, cum subitò superna gratia superueniente, ad semetipsum reuersus est, atque vrticarum, & veprium iuxta densa succrescere fruteta conspiciens, exutus indumento, nudum se in illos spinarum aculeos, & vrticarum incendia proiecit, ibique diù volutatus, toto ex eis corpore vulneratus exijt, & per cutis vulnera eduxit à corpore vulnus mentis, quia voluptatem traxit in dolorem.

2

Crescit Amor, cordisq. fibras temerarius vrit,
Insanoque quatit Iuuenis præcordia motu.
At Pudor ingenuus stimulis agitatus iniquis,
Pectoris obsessas iam cedere cogitur Arces,
Sanctaque dilectæ confinia pulsus Eremi,

Numi-

Numinis auxilium præstet ni dextra labanti.
Gratia sydereis latè stipata Maniplis,
Sedibus ex altis volitans, citò corda serenat
Militis, & renouat fragiles in corpore vires.
Impiger, hinc stygÿ restaurat bella Tyranni,
Cuspidibusque nouis hostilia tela retundit.
Irruit, exuuÿs deiectis, nudus in hostem,
Arduus, & pectus dumis armauit acutis.
Corpora spinarum lacerantur acumine Diui.
Sanguineusque rubor rorantes inficit artus;
Hinc dolor Idalios sensus prosternit Amores,
Duplicat & fractas, repetito vulnere, vires.
Purpureis vndis Benedicti membra natabant,
Iam confusa cadit carnis male sana voluptas,
Virgineique leuat Victoria signa Pudoris;
Sicq. nouis stimulis, stimulos excussit iniquos.

3

Cumque pænaliter bene arderet foris, extinxit quod illicite ardebat intus. Vicit itaque peccatum, quia mutauit incendium. Ex quo videlicet tempore, sicut post discipulis suis ipse perhibebat, ita in illo est tentatio voluptatis edomita, vt tale aliquid in se minimè sentiret. Cæperunt postmodum multi iam mundum relinquere atque ad eius magisterium festinare, liber quippe à tentationis vitio, iam iure factus est virtutum Magister.

3

Tela foris augent diras si vulnere pænas,
Intus at ardentes, patiendo, attemperat ignes.
Vicerat ergo luem, mutans incendia, mentis.

Post-

Postquam sic domuit sensum, motusq. rebelles
Pectoris, illecebris, dumum mucrone, vt fractis;
Extinxit fragili varios in carne tumultus,
Sedauitque ferum iuuenilis corporis æstrum.
Vlterius flammas blandæ tolerasse nec, inquit,
Matris Acidaliæ, victo certamine Prolis.
Postmodo Turba, Ducis Benedicti castra sequuta,
Cæpit damnosas Mundi contemnere curas.
Namque cupidineis potuit qui ponere legem
Ignibus, ignaras mentes mox legibus arctis
Erudit, exercens virtutum iura Magister.

CAPVT III.

Quomodo Monachorum illic vicinorum pulsatus precibus in eorum Abbatem est assumptus.

I

RECedente igitur tentatione, Vir Dei, quasi spinis exutis exculta terra, de virtutum segete feracius fructum dedit. Præconio itaq. eximiæ conuersationis celebre nomen eius habebatur. Non longè autem Monasterium fuit, cuius Congregationis Pater defunctus est, omnisque ex illo Congregatio ad eundem venerabilem Benedictum venit, magnis precibus vt eis præesse deberet petijt. Qui diu negando distulit, & suos, illorumque fratrum mores conuenire non

non posse prædixit; sed victus tandem precibus assensum dedit. Cumque in eodem Monasterio regularis vitæ custodiam teneret, nulliq. (vt prius) per actus illicitos in dexteram, læuamq. partem deflectere à conuersationis itinere liceret, suscepti fratres in-

TETRASTICHON III.

Proxima surgentis famam mirata Caterua,
Herois voluit subdere colla iugo,
Paruit inuitè precibus: dum pocula vitæ
Suggerit, huic lethi pocula Turba parat.

PARAPHRASIS.

I

CEsserunt fœdi tãdem oblectamina Amoris.
Terra velut tribulis ferro purgata tenaci,
Nobiliora refert sudanti dona Colono.
Nursius haud aliter Miles, terebratus acutis
Vepribus, extincto iamque irritamine noxæ,
Auxit in immensum laudatæ nomina famæ,
Namque seges, fuso virtutum semine creuit.
Longè haud Cœnobium viduatũ luce Parentis,
Orbatis optat Diuùm succedere Claustris;
Cœtus namq. Virum, supplex genibusq. volutus
Sylnicolæ, studuit precibus deflectere mentem.
Ille diu rennit; regimenque subire negauit;
Dissimilesque sui mores optata retardant.
Namque Dei Miles rigidi seruator honesti,
Discordes animos aperit, casusque futuros.

An-

Annuit at votis Cunei consortia præbens.
Iamque Lares sacros zelo moderatus amico,
Amouet obscænos actus, gressusque retortos,
Auia ne quisquam flexi per compita callis
Iret, at infrænos componere disceret actus.

2

sanè sæuientes, semetipsos prius accusare cæperunt, quod hunc sibi præesse poposcerant. Quorum scilicet tortitudo in normam eius rectitudinis offendebat. Cumque sibi sub eo conspicerent illicita non licere, & se dolerent assueta relinquere, durumque esset, quod in mente veteri cogebantur noua meditari; sicut prauis moribus semper grauis est vita bonorum, tractare de eius morte aliquid conati sunt. Qui inito consilio, venenum vino miscuerunt. Et cum vas vitreum, in quo ille pestifer potus habebatur, recumbenti Patri, ex more Monasterij ad benedicendum fuisset oblatum, Benedictus, extensa manu signum Crucis edidit, & vas quod longius tenebatur, eodem signo rupit, sicque confractum est, ac si in illo vase mortis, pro Cruce lapidem dedisset. Intellexit protinus vir Dei, quia potum mortis habuerat, quod portare nō potuit signum vitæ.

2

Seuijt insani Cœtus odium, inque Parentem
Irruit, indigno male sanæ murmure linguæ;
Se prius incusans rigido parere Magistro
Dum patitur, nec prima valet vestigia Patris
Tuta sequi, innocuumq. viri decurrere callem;
Dum

Dum licuit nullas, tanto sub Præside, noxas
Iam vitiosa Cohors, vix assueta supernis,
Sectari, & trito legum deflectere sensu.
Improbus vtq. boni semper commercia spernit;
Autumat insontem placido detrudere letho.
Agglomerata simul gens, consilioque peracto,
Parricida; truci complet digesta veneno,
Vipereum miscens rubicundo nectare virus.
Obtulit at postquam spumantia cymbia Patri,
Elatæque manus Dia Cruce pocula signant,
Propinata fero Crystallus plena Lyæo;
Scinditur in partes geminas, atq. humor Iacchi
Funditur, infesta fuerit ceu caute petitum.
Accipit extemplò Domini Vir pocula, lethi.
Ferre dolos, renuunt dū humanę signa salutis.

3

Atque illò surrexit, & vultu placido, mente tranquilla, conuocatos fratres allocutus est dicens. Misereatur vestri, fratres, Omnipotens Deus, quare in me facere ista voluistis? Numquid nō prius dixi, quia vestris, ac meis moribus non conueniret? Ite, & iuxta mores vestros vobis Patrem quærite, quia me post hac minime habere potestis. Tunc ad locū dilectæ solitudinis redijt, & solus in superni inspectoris oculis habitauit secum.

3

Hinc celer, assurgens, venerabilis ore Magister
Blandiloquo placidus, crudos affatur Alumnos:
Diluat Omnipotens vestræ contagia noxæ;
Irrita cur patriæ properatis funera vitæ?
Iam prius explicui, quæ sit discordia morum;

Vtque labor varias frustrà contexere curas
Tentaret, mentesque vagas cohibere pararet.
Ite modo, & similem vobis perquirite Patrem,
Qui sciat æqualem Soboli præscribere legem;
Namque meæ vires vanè conamina fundunt;
Fercula degeneri proli præbere recuso.
Limina prima petit charæ Benedictus Eremi,
Solus vt æterni meditetur lumina Patris.

CAPVT IV.

Quemadmodum construxit S. Benedictus duodecim Cœnobia, & de susceptione Mauri, & Placidi puerorum illustrium.

I

CVm Sanctus Vir diu in eadem solitudine virtutibus, signisque succresceret, multi ab eo in eodem loco, ad Omnipotentis Dei sunt seruitium congregati; itaue illic duodecim Monasteria, cum Omnipotentis Iesu Christi Domini Nostri opitulatione cōstrueret; in quibus, statutis Patribus, duodenos Monachos deputauit, paucos vero secum retinuit, quos adhuc in sua præsentia erudiri iudicauit. Cæperunt etiam tunc ad eum Romanæ Vrbis nobiles, & Religiosi concurrere, suosque ei filios Omnipotenti Domino nutriendos dare. Tunc quoque bonæ spei suas soboles Euthitius Maurum,

Ter-

Tertullus vero patricius Placidum tradidit. Ex quibus Maurus cum bonis polleret moribus, Magistri adiutor cœpit existere: Placidus vero puerilis adhuc indolis annos gerebat.

TETRASTICHON IV.

Erexit duodena Pater Penetralia Alumnis;
Eloquij sacris quos alit vberibus.
Hinc Placido, Mauroque dapes propinat Olympi,
Effigiemque ferunt corda tenella senis.

PARAPHRASIS.

I

SYluicolę iam fama omnes diffusa per aures,
Mille tubis latè Iuuenis miracula prodit.
Turba virum cupiens magno seruire Tonanti,
Ad nemorũ curat, feruens, properare recessus,
Amplexata Dei legem, monitusque paternos.
Hinc bis sena illic Fastigia sacra locauit,
Numinis auxilio fretus, Gentisque labore.
Liminibus structis, duodenos donat Alumnos;
Detinet & paucos secum queis pabula vocis
Instillat, superis, & legibus erudit vltro.
Traxit ab Ausonia tunc Legifer Vrbe Quirites,
Fascibus insignes, ardentes subdere Patri
Crescentes Soboles, aperiat quibus alta Polorum
Arcana, excelsasq. vias, & compita Diuum,

Eutichius Maurum; Placidum Tertullus alendos
Adduxere sibi: puerilia corda gerebat
Iste; sed ille prior teneros superabat Ephebos;
Integer, & nulli seniorum, more secundus;
Hinc cæpit patrij socius mox esse laboris.

CAPVT V.

De Monacho cum nullo pacto posset orare virga à S. P. Benedicto percusso.

I

IN vno autem ex eis Monasterijs, quæ circumquaque construxerat; quidam Monachus erat, qui ad orationem stare non poterat. Sed mox vt fratres se ad orationis studium inclinarent, ipse egrediebatur foras, & mente vaga terrena aliqua, & transitoria agebat: cumque ab Abbate suo sæpius fuisset admonitus, ad virum Dei deductus est. Qui ipse quoque eius stultitiam vehementer increpauit, & ad Monasterium reuersus, vix duobus diebus Viri Dei admonitionem tenuit. Nam die tertio ad vsum proprium reuersus vagari tēpore orationis cæpit. Quod cum seruo Dei, ab eodem Monasterij Patre, quem constituerat, nunciatum fuisset, dixit: ego venio, eumque per me metipsum emendo. Cumq. Vir Dei venisset in eodem Monasterio:

TE-

TETRASTICHON V.

Dum meditata precum refugit consortia
Alumnus,
Verbere confirmat corda proterua Pater.
Ipse manu, duroq. potens, Benedicte, flagello
Corda furore, pius, non pietate domas.

PARAPHRASIS.

I

VNa Domus precibus Monachum indulgere negantem
Ingemit: hic sociam declinans sæpe Cateruam,
Soluere continuos renuebat Numini honores,
Vota Chorus postquã supplex ad sydera voluit;
Namq. vagus, nugis fallebat temporis horas.
Increpat hunc Rector frustrà; namq. ipse proteruus,
Spernere nec timuit mãdata, minasq. Magistri.
Insani cordis Benedictus deuouet ausus,
Ipse quoque, obiurgans factum, mentemque vagantem.
Correptus Iuuenis, monitum de corde repellit,
Antè soli Eoas quam Titan, flammeus oras
Ter lustret, referens hominum cõmercia terris;
Dum caput Æquoreis iterum sol exerit vndis,
Tertiaq; æthereo lux aurea splendet Olympo,
Sacra Cohors solito Dauidis carmine laudes
Soluis vix superis, cum Frater, mente rebelli,
Deserit orantes, & læta per arua recursat.
Nursius ast Heros ferat vt medicamina proli,
Ecce ego iam veniens male sani pectoris astrum

Insequar, & propriys curabo viribus ægrum.
Cœnobÿs subito Benedictus Claustra petiuit,

2

Et cõstituta hora, expleta psalmodia, cum se se fratres in orationẽ dedissent: aspexit quia eundem Monachum, qui manere in oratione non poterat, quidam niger puerulus, per vestimenti fimbriam foras trahebat. Tunc eidem Patri Monasterij Pompeiano nomine, & Mauro Dei famulo secreto dixit. Nunquid non aspicitis quis est, qui istum Monachum foras trahit? qui respondentes dixerunt, non. Quibus ait. Oremus, vt & vos etiam videatis quem iste Monachus sequitur. Cumque per biduum esset oratum, Maurus Monachus vidit, Pompeianus autem eiusdem Monasterij Pater videre non potuit. Die igitur alia;

2

Temporibusque statis, Iessæo carmine dicto,
Numina cum tacito Cœlestia corde lacessit
Turma virum, inspectat renuentem mente precari,
Quod stygius iuuenis precinctus fraude, dolisq.
Tegmine constricto miserũ, diuellit Alumnum.
Rectori Cœtus, Benedictus gesta reuelat,
Nec non & Mauro: nequeunt hi cernere factũ.
Numquid, ait, vestri num conspexere trahentis
Corpora, non oculi flectentem corda Clientis?
Cernere tunc gemini Proceres narrata negarunt.
Sollicitate, refert: intentis pectora Diuum

Men-

Mentibus, vt vobis fas sit spectacula monstri
Aspicere, & qualis fugientem vellicet hostis.
Ingeminant tunc vota viri, nec fundere voces
Cessarunt, geminos dum Lucifer Axe rotatus
Perficit; hinc calidis Cœlos clamoribus implent.
Postera namque dies concessit munera Mauro
Infestæ prolis cupienti cernere vultus.
Talis nulla datur tibi, Pompeiane potestas.
Tertia flammigeram lux vexit vt alma quadrigam,

3

expleta oratione, Vir Dei Oratorium egressus: stantem Monachum foris reperit: quem pro cæcitate cordis sui virga percussit. Qui ex illo die nihil persuasionis vlterius è nigro puerulo pertulit: sed ad orationis studium immobilis permansit. Sicque antiquus hostis dominari non ausus est in eius cogitatione: ac si ipse percussus fuisset ex verbere.

3

Expletis precibus, Benedictus deserit Ædem,
Distractumq. virũ reperit per prata vagantem;
Tunc Pater armauit crudeli verbere dextram,
Impauidus patrio præeuntem plenus amore
Insequitur, geminansq. minas exasperat artus.
Mox æger, stygio numquam subductus Ephebo,
Assiduus, semperque orans immobilis hæsit.
Sic illusus abit stultus deceptor Auerni,
Vlterius facilem veritus subuertere mentem,
Flagra velut Monstri Ditis si terga notassent,

CAPVT VI.

Quomodo ex Montis rupe aquam eduxit ad Monachorum preces.

I

EX his autem Monasterijs, quæ in eodem construxerat loco, tria sursum in rupibus Montis erant: & valdè erat fratribus laboriosum semper ad lacum descendere, vt aquam haurire debuissent: maximè quia ex deuexo Montis latere erat grande descendentibus in itinere periculum. Tunc collecti fratres ex eisdem tribus Monasterijs, ad Dei famulum Benedictum venerunt dicētes. Laboriosum est nobis propter aquam quotidie ad lacum descendere: & idcirco necesse est ex eodem loco Monasteria mutari.

TETRASTICHON VI.

Vt Genitor cupidis ferret solatia Natis,
Præproperè è celsis defluit vnda iugis.
Mentis vt ardor aquas ad sicca cacumina traxit;
Orantis latices flamma beata parit.

PARAPHRASIS.

I

TEcta tria in celsis erexit Montibus Heros Nursius, vt sobolis fundamina prima locauit;

Non

Non illic riui recreabant guttura lymphis,
Atq. lacus distans, miseros lassabat Alumnos;
Nam cõuexa iugi metuenda pericla minantur,
Nec faciles cursus distans ad flumina vallis
Præbuit; hinc humeris graue fit tolerare laborem.
Plurima Turba trium latè congesta locorum,
Impatiens tam dura pati, Patris ora fatigat,
Enixeque rogant, alibi Magalia plantet.

2

Quos blandè consolatus, dimisit: & nocte eadem, cum paruo nomine Placido, eiusdem Montis ascendit rupem, ibique diutius orauit: & oratione completa tres petras in loco eodem pro signo posuit: atq. ad suum, cunctis illic nescientibus Monasterium rediit. Cumq. die alio, ad eum pro necessitate aquæ, prædicti fratres venissent, dixit. Ite, & rupem illam in qua tres super inuicem positas petras inueneritis, in modico cauate. Valet enim Omnipotens Deus, etiam in illo Montis cacumine aquam producere, vt vobis laborem tanti itineris dignetur auferre. Qui euntes, rupem Montis quam P. S. Benedictus prædixerat, iam sudantem inuenerunt. Cumque in ea concauum locum fecissent, statim aqua repletus est.

2

Nam Fluuius currit qui prodigus, imbre perenni,
Diffitus indigenis latices deuoluit auaros.
Legifer at verbis mæstos solatus Alumnos,

Ad ſolitos hilari dimiſit corde Penates.
Texerat inuiſa latas ferrugine terras
Nox eadem, flammæque caui per compita Cæli
Errabant, rutilo ſpargentes crine nitores,
Cum Vir ſidereus, Placido ſociatus, ad alta
Clam iuga conſcendens, ſupplex ibi Numen adorat,
Tergeminoſque loco ſilices erexit eodem;
Mox tacitus rediens, dilecta ad Tecta meauit.
Altera lux, properans afflictos viſere Fratres,
Hos iterum cogit patrios exquirere vultus.
Ite, ait, & ternos lapides in Montibus Heros
Veſtigate; ſoli fortis mox dextra ligone
Viſcera perfodiat; poterit vis magna Tonantis
Rupibus in celſis liquidos haurire liquores,
Amodò ne veſtros laſſet labor improbus artus.
En feſtinus abit Cætus, lapideſque natantes
Inuenit, atque nouo latices de fonte ſcatentes.
Ipſe caua vitreas Grex in ſcrobe congerit vndas,
Quã ſubitò obducunt exortæ flumina lymphæ

3

Quæ tam ſufficienter emanauit; vt nunc vſque vbertim defluat: atque ab illo Montis cacumine vſque ad inferiora deriuetur.

3

Latè fudit aquas fons: nunc quoque vena perennis
Ima petit, rupemque rigat, lucoſque iacentes,
Atque caput vitreo fluuij ſub gurgite condit.

CA-

CAPVT VII.

Quemadmodum ferramentum Coloni in aquam excussum, ad proprium reuocauit manubrium.

I

ALio quoque tempore Gothus quidam pauper ſpiritu ad conuerſionem venit, quem Vir Domini Benedictus libentiſſimè ſuſcepit. Quadam verò die ei ferramentum dari iuſſit; quod ad falcis ſimilitudinem falcaſtrum vocatur, vt de loco quodam vepres abſcinderet, quatenus illic hortus fieri deberet. Locus autem ipſe, quem mundandum Gothus ſuſceperat, ſuper ipſam laci ripam iacebat. Cumque Gothus idem denſitatem veprium toto virtutis anniſu ſuccideret; ferrum de manubrio proſiliens, in lacum cecidit: vbi ſcilicet tanta erat aquarum profunditas, vt ſpes requirendi ferramentum nulla eſſet. Itaque ferro perdito, tremebundus ad Maurum Monachum Gothus cucurrit, damnum quod fecerat nunciauit, & reatus ſui egit pœnitentiam. Quod Maurus quoque Monachus, mox Benedicto Dei famulo curauit indicare. Vir igitur Domini Benedictus, hæc audiens, acceſſit ad locum; tulit de manu Gothi manubrium, & miſit in lacum:

TETRASTICHON VII.

Nisibus vt totis inimicum dextra vepretum
Purgat Agrestis, aquis falx natat acta lacus.
Hanc, Benedicte, vocas: en sponte manubria lambit,
Et sinè, peruolitans, pondere pondus ouat.

PARAPHRASIS.

I.

EXiguæ mētis vir quondam sanguine cretus
De Gothico, rigidos cupiens componere mores,
Claustra premit, Sanctus Pater excipit ore sereno.
Iussit at hunc primùm crescentem falce tenaci,
Dumorum sobolem pingui diuellere terra,
Germen vt inuisum meditatis cederet hortis.
At Gothus audaci fusas ferit impete lappas
Terq quaterq. manu; teretē cum deserit hastam
Prosiliensque laci ferrum celer ima petebat.
Irrita vota dabat magnarum mollis aquarum
Congeries; chalybem spe vir quærebat inani
Amissum; Mauro casus ex ordine pandit,
Criminis & noxam lacrymarum fonte piauit.
Maurus at audenter Genitori cuncta reuelat,
Euentumque rei, submersi & pondera ferri.
Audijt afflicti casum Benedictus Alumni;
Protinus, accurrens, capulum quod dextra regebat
Masta Gothi accepit, liquidasque immersit in vndas;

& mox

2

& mox ferrum de profundo rediјt, atque in manubrium intrauit. Qui statim ferramentum Gotho reddit dicens: ecce labora, & noli contristari.

2

En ferrum baculo (mirum) copulatur aduncũ,
Reptabatque celer vasti per inane profundi,
Donec cognato vinxit sua corpora ligno.
Squamea vix citius discurrens Turba natantum
Æquora salsa secat: volucrũ vel prępete penna,
Regina, aerei transcendens culmen Olympi.
Ad capulum postquam rediјt falx fonte relicto,
Sana Parens trepido reddens hastilia Fratri,
Ecce labora, inquit, pauidosq. retunde timores.

CAPVT VIII.

Quonam pacto Maurus iussu S. P. Benedicti super vndas perexit, atque Placidum eduxit ex aquis.

I

QVadam vero die, cum idem Venerabilis Benedictus in cella consisteret, prædictus Placidus puer Sancti Viri Monachus, ad hauriendum aquam de lacu egressus est. Qui vas quod tenebat in aquam incautè submittens, ipse quoque cadendo secutus est. Quem mox vnda rapuit, & penè in vnius sa-

sagittæ cursum à terra introrsus traxit. Vir autem Dei intra cellam positus hoc protinus agnouit: & Maurum festinè vocauit dicens: frater Maure curre:

TETRASTICHON VIII.

Protinus exequitur Maurus dum iussa Parentis,
Ceù tellus, celeres sustinet vnda pedes.
Terga premens liquidi demissus marmoris Heros,
Instabiles motus dedidicistis, aquæ.

PARAPHRASIS.

I

Stabat Aniciadũ cameræ sub fornice Proles,
Cũ Puer innocuus Tertulli nobile germen,
Relligione Sacer, Sancti Genitoris ocellus,
Egressus, gelidos quærens haurire liquores,
Dum vas conspicuis, incautè, creditur vndis,
Insequitur Placidus, submittens corpora lymphis.
Haud secus vndisono Iuuenis deglutitur ore,
Ac celer aerij Threissa sagitta cacumen
Tractus perficiat, dextra curuante balistam;
Accelerat sic vnda rapax demergere Natum.
Cuncta Parens inter tecti penetralia nouit,
Cum subitò Maurum repetitis vocibus vltro.

2

quia puer ille, qui ad hauriendam aquam perexerat in lacum cecidit, iamque eum longius

gius vnda traxit. Res mira, & post Petrum Apostolum insitata. Benedictione etenim postulata, atque percepta: ad Patris sui imperium concitus perexit Maurus; atque vsq. ad eum locum, quo ab vnda ducebatur puer, per terram se ire existimans, super aquas cucurrit, eumque per capillos tenuit, rapidoq. cursu redijt. Qui mox vt terram tetigit, ad se reuersus post terga respexit, & quia super aquas cucurrisset expauit. Et quod præsumere non poterat vt fieret miratus extimuit factum. Reuersus ad Patrem rem gestam retulit. Vir autem Venerabilis Benedictus, hoc non suis meritis, sed obedientiæ illius deputare cœpit. At contrà Maurus pro solo eius imperio factum dicebat; seque conscium illius virtutis non esse, quam nesciens fecisset.

2

Compellat, socium velox en diripit, insit,
Vnda vadi; auxilium tardes ne ferre ruenti;
Eripe membra tui fratris subitura periclum,
O noua facta viri, solus quæ Clauiger Aulæ
Cœlestis vidit, siccis eum Cærula plantis
Calcauit, Dio fluctus placante Magistro.
Impiger at Maurus, iam Patri poplite flexo,
Accurrens, pedibus non vdis proterit vndas.
Obriguere metu lymphæ, cum Sancta Parentis
Imperia exequitur Iuuenis: ferus horruit humor,
Restituitque virum; strictis nam crinibus illum

Inco-

Incolumem Maurus labentem ad littora traxit.
Vt vada conspexit; vastæque voraginis antrum,
Tutus in extensæ persistens margine ripæ,
Contremuit; steteruntque comæ; circumdedit horror
Pectora, mox gelido vultus maduere liquore.
Quodque nec humanæ possent exposcere vires,
Miratus, stupuit tanti miracula facti.
Cuncta suo, rediens, edixit gesta Parenti.
At merito Mauri, Genitor, qui paruit alto
Imperio attribuit; iussis hic donat honorem,
Qui nec opus cupido sub pectore voluerat antè.

3

Sed in hac humilitatis mutuę amica contentione accessit arbiter Puer, qui ereptus est. Nam dicebat. Ego cum ex aqua traherer, super caput meum Abbatis melotem videbam, atque ipsum me ex aquis educere considerabam.

3

Dumque fouent humili amborum præcordia sensu;
Arbiter ecce venit furibundi fluminis esca,
Hic ait; ò Genitor celsi seruator Olympi,
Cum me raptabat subitarum feruor aquarum,
Abbatis super atra caput melota pependit;
Illius auxilio, credam, elusisse profundum.

CAPVT IX.

De Florentij Presbiteri subitò casu, & morte.

I

CVm iam loca eadem in amore Domini Iesu Christi longè, lateq; feruescerent, ac sæcularem viam multi relinquerent: & sub leui Redemptoris iugo ceruicem cordis edomarent: sicut mos prauorum est inuidere alterius virtutis bono, quod ipsi habere non appetunt: vicinę Ecclesię Presbiter Florentius nomine, antiqui hostis malitia percussus, Sancti Viri studijs cœpit æmulari, eius quoque conuersationi derogare quousque etiam posset ab illius conuersatione compescere.

TETRASTICHON IX.

Dum lacerat Mysta insontis Patris ore maligno
Facta, citò stygias cogitur ire vias.
Nam cecidere lares, Sācto Genitore repulso;
Hęc odij tantum dona triumphus habet.

PARAPHRASIS.

I

IAm constructa magis feruebāt Atria amore Numinis; hinc multos flammata Caterua trahebat, N im

Nam Gens indomitos mores sub lege coercens,
Colla iugoque premens, soli seruire Tonanti
Gaudet, & assiduis animos frænare rebelles
Fletibus, ac vanos Mundi contemnere luxus.
Assolet vtq. bonos Plebs obtenebrare nocentum
Inuidiæ stimulis, stygioque armata veneno;
Ore ferit mores, quos nulla possidet arte.
Mysta colens quidam Sancti vicinia Cœtus,
Cui pestes Erebi dederunt prætexere fraudes,
Et niueas hominum verbis subuertere mentes.
Cœperat anguiferis odijs turbare Parentem,
Æmulus, & studijs Sanctos agitare sodales,
Atque pios animos fallaci flectere verbo.

2

Cumque se iam conspiceret eius profectibus obuiare non posse: & conuersationis illius opinionem crescere, atque multos statum vitę melioris, ipso quoq. opinionis eius præconio indesinenter vocari: inuidiæ facibus magis, magisque succensus deterior fiebat: quia conuersationis illius habere appetebat laudem; sed habere laudabilem vitam nolebat. Qui eiusdem inuidię tenebris cæcatus; ad hoc vsque perductus est, vt seruo Omnipotentis Domini infectum veneno panem quasi pro benedictione transmitteret, quem Vir Dei cum gratiarum actione suscepit, sed eum quæ pestis lateret in pane non latuit: Ad horam verò refectionis illius ex vicina sylua Coruus venire cōsueuerat, & panem de manu eius accipere. Qui cum more solito venisset, panem quem Presbyter

byter transmiserat Vir Dei antè Coruum proiecit, eique præcepit dicens. In nomine Domini Iesu Christi tolle hunc panem, & tali eum in loco proijce, vbi à nullo homine possit inueniri. Tunc Coruus aperto ore, expansis alis circa eundem panem cępit discurrere, atque crocitare, ac si

Aspicit hostis iners artes nil lædere Diuum,
Illius atque magis vires extendere famam,
Nomen & innumeras Cœtus glomerare Phalanges.
Presbiter inuidiæ liuenti percitus æstro,
Deterior factus, frendebat dentibus atris;
Crescentisque viri clarum affectabat honorem,
Moribus ast æquis sectari facta negabat.
Perfidus hinc hostis, furijs agitatus Auerni,
Fila dolis patriæ studuit præscindere vitæ
Colchidis arte, tegēs modico sub pane venenum.
Abnuit haud Mystæ Cerealia dona Magister,
Hinc Largitori reddit pro munere grates.
Non tamen hunc latuere doli, fraudesq; paratę.
Agmina dum Fratrum solito de more recumbunt
Mensis, iam latitans inter confinia syluæ
Coruus, ab innocua Benedicti sumere dextra
Annonam solitus, tempus speculatur edendi.
Euolat assuetis ater cum plausibus Ales:
Munificus dator huic offert circumlita viro
Munera, præcipiens, Regis sub nomine Olympi,
Vt cereale datum humano obduceret ori.
Circinat at crocitans fatalia pabula Coruus;

apertè

3
apertè diceret; obedire se velle, & tamen iussa implere non posse. Cui Vir Domini iterum, atque iterum præcipiebat dicens: Leua securus, atque illuc proijce, vbi inueniri non possit. Quem, diu demoratus, quandoque Coruus momordit, leuauit, & recessit. Post trium vero horarum spatium, abiecto pane redijt, & de manu hominis Dei annonam, quam consueuerat accepit. Venerabilis autem Pater contra vitam suam inardescere Sacerdotis animum videns, illi magis, quam sibi doluit. Sed prædictus Florentius, quia Magistri corpus necare non potuit, se ad extinguendas discipulorum animas accendit; itaut in horto cellæ cui Benedictus inerat, antè eorum oculos nudas septem puellas

3

Ora aperitq. tremens; nigrantes explicat alas;
Discurrensque diu, potuit qua voce professus,
Se parere suo Domino, nec velle morando
Spernere iussa, timens, Patris, quæ implere nequibat.
Ast iterum, atq. iterum verbis obiurgat amaris
Nursius hunc, cogens mandata facessere Rector.
Tutus, ait, crustum rostrata forcipe stringe;
Deijce namque locis, humanis gressibus altè
Tectis, ignaram valeat ne lædere plebem.
Restitit ille diu; accepit tandem, atq. recessit.
Tertia sed postquam reuoluti temporis hora
Expleuit metam, proiecto pane, remensus

Est

Est iter Ales, & annonam, præbente recepit
Patre, nec hic vnquam volucri succurrere linquit.
Cælicus at Præsul, Mystæ succrescere flammas
Irarum aspiciens, casum miseratus iniquæ
Mentis, quam proprijs damnis, plus condolet hoste.
Insontis tandem spectat Florentius artus
Nil læsisse Viri; Cypridis percurrit ad astus;
Autumat atq; animos sanctæ prosternere Prolis;
Nam septem nudas, forma superante, Puellas
Illorum antè oculos, cogit, Genitoris in hortis,

4

mitteret, quæ coram eis sibi inuicem manus tenentes, & diutius ludentes, illorum mentes ad peruersitatem libidinis inflammarent. Quod sentiens Vir Dei de Cella, lapsum adhuc conspiciens, tenerioribus discipulis pertimescens, idque pro sua solum fieri persecutione pertractans, inuidiæ locum dedit, atque oratoria cuncta quæ construxerat, substitutis Præpositis, adiunctis Fratribus ordinauit, & paucis secum Monachis ablatis habitationem mutauit. Moxque vt Vir Dei eius odia humiliter declinauit, hunc Omnipotens Deus terribiliter percussit. Nam cum prædictus Presbyter stans in solario Benedictum discessisse cognosceret, & exultaret perdurante immobiliter tota domus fabrica; hoc ipsum in quo stabat solarium cecidit, & Benedicti hostem conte-

rens extinxit : Quod vir Dei discipulus Maurus nomine statim venerabili Patri Benedicto, qui adhuc à loco eodem vix decem millibus passuum aberat, existimauit esse enunciandum dicens: reuertere, quia

4

Quæ, insertis manibus, faciles ornare choreas
Cœpere, vt niueos Venus inflammaret Alumnos.
Audijt hæc Heros, quem tunc Conclaue tenebat,
Et damnum Cunei metuens, Prolisq. tenellæ,
Prospiciensq. suis propriam nocuisse ruinam,
Inuidiæ cessit, sacras muniuit & Ædes.
Rectoresque dedit, regerent qui legibus aucta
Agmina, fraternosq. animos in pace tenerent.
De numero paucos secum deduxit, & vltro
Deseruit veteres rupes, noua tecta requirens.
Nursius vt Pastor postquam gregis ora reliquit,
Sæuitiamque hostis demisso corde refregit;
En Deus Omnipotens, hunc vulnere strauit amaro,
Namque super celsi degens laquearia tecti,
Lætus, vt abscessum risu sociabat iniquo;
Protinus ipsa domus tantū laqueare relaxans,
Constitit immota; at cecidit cum fornice Mysta
Præcipiti lapsu; hostis sic miser expirauit
Innocui Patris; subitò iam nuncius ibat
Sollicitis precibus, quem Maurus mittit eunti,
Millia quique decem solum distabat ab Æde,
Dignetur solitos; rediens inuisere Natos;

Presbi-

5

Presbiter, qui te persequebatur extinctus est, Quod Vir Dei Benedictus audiens, se se in grauibus lamentis dedit, vel quia inimicus occubuit; vel quia de inimici morte discipulus exultauit. Qua de re factum est, vt eidem quoque discipulo pœnitentiam indiceret, quod audiens talia, gaudere de inimici interritu præsumpsisset.

5

Nam subita hostiles Mors contudit ardua vires.
At Pater, incedens, hæc aure bibebat acerba,
Ingemuitq. diu, lacrymarumq. imbre rigauit
Ora; quod horrisona mors falce necauerat hostem;
Siuè quod illius letho gaudebat Alumnus.
Hinc iussit pœnis iuuenem placare Tonantem,
Crimen, & austero tantum purgare labore.

CAPVT X.

Quemadmodum accedens in Cassinum Montem, vniuersa illic idola confregit: & ibidem erexit Ecclesiam in honorem Sancti Martini, ac Sancti Ioannis Baptistæ.

1

SAnctus Vir ad alia demigrans loca, non hostem mutauit. Nam tanto post grauiora prælia pertulit, quanto contra se aper-

tè

cè pugnantem ipsum magistrum malitiæ inuenit. Castrum namq. quod Cassinum dicitur, in excelsi Montis latere positum est. Qui videlicet mons distento sinu hoc idem Castrum recipit, sed per tria miliaria in altum se erigens velut ad aera cacumen tendit, vbi vetustissimum fanum fuit, in quo ex antiquorum more gentilium, à stulto rusticorum populo Apollo colebatur. Circumquaque etiam in cultu Dęmonum luci succreuerant, in quibus ad huc eodem tempore infidelium insana multitudo sacrificijs sacrilegis insudabat. Illuc itaque Vir Dei perueniens,

TETRASTICHON X.

Qua nemus, & sacri surgunt Delubra Casini,
Vexilla erexit, Patre tonante, Fides.
Quæ Ditis fuerant, superi sunt Numinis Ædes;
Sacrilega & pietas, sub Pietate cadit.

PARAPHRASIS.

I.

AVsonius quamuis alienas quæreret Ædes
Legifer, infestum sensit tamen vndiquè Ditem;
Quin grauiora tulit certamina Principis Orci,
Nam pugnantis erat manifesta potentia dextræ.
In latere excelsæ Rupis, quæ vertice nubes
Transgreditur, celebris surgunt fundamina Castri;

Cassinum latij Patres cognomine dicunt.
Excipit ipsa sinu, latisque amplectitur vlnis
Oppidum, & indigenæ præbet solatia Genti.
Millia terna Iugum, excrescens, ferit æthera fronte,
Nubila despiciens, Phœbi se luce coronat.
Hic Delubra olim Clario ambitiosa Vetustas
Struxerat, atq. Deo radiorum thuris honores
Plebs ignara dabat, supplexq. in vota vocabat.
Sacrilegos silices vmbrarat sylua comanti
Fronde; Nemusq. sacrum vicinia tota colebat,
Tartareoq. Duci non debita dona litabat.
Fana petens Diuus, posita formidine, signum
Fregit; odoratas subuertit Apollinis aras;
Florentes saltus, Stygiæ Magalia Gentis
Disiecit, syluamq. omnem à radice reuulsit.

2

contriuit Idolum, subuertit aram, succidit lucos, atque in ipso Templo Apollinis oraculum B. Martini, vbi vero ara eiusdem Apollinis fuit, Oratorium S. Ioannis construxit. Et commorantem circumquaque multitudinem, prædicatione continua ad fidem vocabat. Sed antiquus hostis hæc tacitè non ferens, non occultè, vel per somnium, sed aperta visione eiusdem Patris se oculis ingerebat, & magnis clamoribus se vim perpeti conquerebatur, ita vt voces illius etiam fratres audirent, quamuis imaginem minimè cernerent. Vt enim discipulis suis Venerabilis Pater dicebat, corporalibus eius oculis idem antiquus hostis terri-

terrimus, & succensus apparebat, qui in eum, ore, oculisque flammantibus sæuire videbatur.

2

Atque vbi Cyrrhæi surgebant Atria Vatis,
Condidit adducta Martino mole sacellum;
Vndè at adorati fumabat Apollinis ara,
Instituit tibi conspicuum Penetrale, Ioannes,
In quo lingua fidem Genti vulgabat Agresti;
Dæmonis atque Genus, versum, transcribit Olympo.
Ast Erebi Princeps iam talia gesta perosus,
Non tacitè Patri, per amica silentia noctis,
Cum sopor internos inserpens occupat artus;
Stridet at impatiens, nuda sub imagine terrens
Lumina; confundens stygia cum voce querelas,
Dira pati affirmat, rabidosque subire dolores.
Quin fremitus, Cætus manifesta concipit aure,
Tartarei quamuis nec cerneret ora Tyranni.
Credite, Præsul ait, simulacrum tale Satelles
Exhibet Inferni, patitur dum luce videri:
Terribili figens ingentia cornua fronti;
Rictibus eructat flammas; nigrosque vapores
Naribus exhalat, putidamq. ex ore Mephitim.

3

Iam verò quæ diceret audiebant omnes. Prius enim vocabat hunc ex nomine. Cui cùm Vir Dei minimè responderet, ad eius mox contumelias erumpebat. Nam ei acclamabat dicens, Benedicte, Benedicte, & cum sibi nullo modo respondere conspiceret, protinus adiungebat. Maledicte, non Bene-

Benedicte. Quid mecum habes? Quid me persequeris? Sed iam vero spectanda sunt contra Dei famulum antiqui hostis noua certamina, cui pugnam quidem volens intulit, sed occasiones victoriæ ministrauit invitus.

3

Iam stygias voces cuncti sensere Clientes.
Ingeminat nomen Patris prius ore profano
Dæmon; ille tacens nil autumat addere dictis
Talibus offensus, tandem conuicia linguæ
Erumpens, ait, audi iam; maledicte, vocantem,
Cælica cur (hostis) Benedicti nomina iactas?
Cur tua progenies precibus mea corda lacessit?
Tu quid habes mecum? quid me sic voce retundis?
Sed spectanda feri veniunt certamina Regis,
Lethiferiq. gregis, pugnant qui Marte furenti
Insontem contrà; bellum cui contulit vltrò,
Inuitus sed ei præclara Trophæa ministrat.

CAPVT XI.

Quomodo orando Dæmonem lapidi insidentem ne moueretur exturbauit.

I

QVadam die cum fratres habitacula eiusdem cellæ construerent: lapis in me-

 dio

dio iacebat, quem in ędificium leuare decreuerant. Cumque eum duo, vel tres mouere non possent, plures adiuncti sunt. Sed ita immobilis mansit, ac si in terra radicitus teneretur, vt palam daretur intelligi,

TETRASTICHON XI.

Aggrauat attractam molem dum pondus
Auerni,
Implicat impulsum ne moueatur onus.
Sancta trahunt saxum niueæ suspiria mentis,
Iam sine vi, Ditis vim superare potis.

PARAPHRASIS.

I

Cultores olim nemorum, Patrisq. propago,
Erexere Larem exiguum sub paupere Claustro;
At lapis in medio tunc ingens fortè iacebat,
Quem cupiere manus in margine ducere Tecti,
Ille trahit duris, adducta fune lacertis,
Adduntur q. alij; sudant sub pondere vultus;
Machina sed semper cunctis immobilis hæsit,
Inque solo molem radicem egisse putares,
At patuit subitò larualis Dæmonis ira;

quod super eum ipse per se antiquus hostis sederet, quem tantorum virorum manus mouere non possent. Difficultate igitur facta, ad Virum Dei missum est, vt veniret,
oran-

orando hostem repelleret, vt lapidem leuare possent. Qui mox venit, & orationem faciens, benedictionem dedit, & tanta lapis celeritate leuatus est, ac si prius nullum pondus habuisset.

2

Desuper ipse sedens tantis conatibus obstat.
Feruet opus; socios lassat labor improbus artus;
Culmina sed cæpti nequeunt spectare Penates;
Opponat, referunt, quæ dura repagula Patri
Crudus Atlas Erebi, possint nec surgere muri;
Propterea pendent opera interrupta domorum.
Protinus aduenit; genibus superaggere rupis
Inflexis, precibusque indulgens, robur Auerni
Frangit, & infestum, ducta Cruce, contudit hostem.
Mox lapis ille actus celeri petit aëra tractu;
Ceu stipula ambiguis attollitur arida ventis.
Taliter hæc moles nodosa cannabe cincta,
Nisibus obsequitur, nec pōdere, tracta, resistit.

CAPVT XII.

Qualiter visum est Monachis eius coquinam totam igni conflagrare arte Sathanæ.

1

TVnc in conspectu Viri Dei placuit, vt in eodem loco terram foderent.

Quam cum fodiendo altius penetrarent, æreum illic idolum fratres inuenerunt. Quo ad horam casu in coquinam proiecto exire ignis repente visus est, atque in cunctorum Monachorum oculis, quod omne eiusdem ædificium consumeretur ostendit.

TETRASTICHON XII.

Tartareus flammæ simulans incendia Re-
ctor,
Euomit, at ficte, Tecta per atra faces.
Anxius auxilium Coetus vocat: ecce precan-
tis,
Semustis laribus, contulit ignis opem.

PARAPHRASIS.

I

Tellurem iussit socios, spectante Magistro,
Eruere, hic vbi fixa prius saxosa iace-
bant
Corpora; dumque ligo voluit squallentia terræ
Viscera, congeriemque soli, cumulumque re-
ducit;
Ærea signa fodit, simulachraq. vana deorum.
Fumificas inter trahebatur imago Culinas.
Cum furit ignis edax, totumque à culmine
Tectum
Vrere dissimulat, nigrasque incendere sedes.

2

Cumque iacendo aquam, & ignem quasi extinguendo perstreperent pulsatus eodem tu-
multu

multu Vir Domini aduenit. Qui eundem ignem in oculis fratrum esse, in suis vero non esse considerans, caput protinus in orationem flexit, & eos quos phantastico reperit igne deludi vocauit fratres, monuit vt oculos suos signarent, & fanum illud coquinæ ædificium existere cernerent, & flammas quas antiquus hostis finxerat amplius non viderunt.

2

Gens pauido trepidare metu, flammasque volantes
Sollicitat validis restinguere fontibus: vtque
Fit strepitus; cursusq. recursus tecta fragore
Implet; iam Pater excitus, dum conspicit ignes
Immutare oculos, afflictam & fallere Turbam,
Cum verè nullos torreret flamma Penates;
Protinus inflexit caput orans: atque sodales
Conuocat; hic artes aperit simulare fauillas
Dæmonis, vtq. Crucis munirent lumina signo.
Distulit imperio haud Agmen parere paterno;
Flamma repentè perit; tantumque apparet imago
Inuenti Idoli, fumanti in limine iacta.
Tunc patuere doli, simulataque facta Tyranni
Eiecti, sacras ausi terrere Phalanges.

CAPVT XIII.

Quemadmodum iuniorem Monachum sub muro prostratum exsuscitauit Sanctus Pater Benedictus.

I

RVrsus dum fratres parietem, quia res ita exigebat, paulo altius ædificarent, Vir Dei in orationis studio inter cellulæ suæ claustra morabatur; cui antiquus hostis insultans apparuit;

TETRASTICHON XIII.

Corruit vt paries operis compage soluta,
Sub mole heu Pueri membra sepulta iacent.
Reddit in extincto Benedictus funere vitam,
Contulit & socijs gaudia tanta dolor.

PARAPHRASIS.

I

DVm Pater in Tecti penetralibus, ora fatigat
Æthera, flammiferi voluens incendia cordis;
Sancta locat soboles alti fundamina muri,
Altius vtque trahit, magno molimine, Cœtus
Saxosum cumulum (sic aggeris optat egestas)
Fatalis Coluber se se conspectibus offert,
(Humanam speciem, falsò mentitus, & ora)

& quia

& quia ad laborantes fratres pergeret indicauit. Quod Vir Dei per Nuncium celerrimè fratribus indicauit dicens: Fratres, vos cautè agite, quia ad vos hac hora malignus ſpiritus venit. Is qui mandatum detulit, vix verba compleuerat, & malignus ſpiritus eundem parietem, qui ædificabatur euertit, atque vnum puerulum Monachum cuiuſdam Curialis filium opprimens ruina contriuit. Contriſtati ſunt omnes, ac vehementer afflicti, non damno parietis, ſed contritione fratris. Quod Venerabili Patri Benedicto ſtuduerunt celeriter cum luctu graui nunciare. Tunc eiſdem Pater ad ſe dilaceratum puerum deferri iubet; quem portare nonniſi in ſacco potuerunt, quia collapſi ſaxa parietis eius non ſolum membra, ſed oſſa contriuerant. Eumque Vir Dei præcepit ſtatim in cella in ſtrato quo orare conſueuerat proijci:

Patris &, inquit ouans, perge infeſtare laborem.
Protinus intentis operi, celer, auſa reportat
Nuntius, vt caueant grauiora pericula Ditis.
Præſulis ille refert monitum vix ore fideli,
Cum ruit extructi ſupremo à culmine muri
Machina, confuſuſq. manet labor ordine verſo,
Exanimata cadunt teneri ſub mole Puelli
Corpora, pondus iners artus confregit & oſſa.

 At-

Attoniti factis omnes, fratrisque ruina,
Demisere viri lacrymas, sonitumque dedere
Vocibus, & subitus pauidos timor occupat artus.
Non operis flebat casum miseranda Propago,
Damna sed amissi, vasto sub pondere, fratris.
Iam subitò referunt Genitori; flebile factum
Mærentes socij, fundunt, & pectore questus.
Ferte (Pater dixit) lacerati membra Sodalis.
Detulit extinctum sacci vis ampla cadauer;
Comminuit, namque ossa lapis, tenuesque medullas.
Nursius ast Heros. cameræ sub fornice, corpus
Ferri iussit, vbi sub nocte cubile quietem
Dat grauibus membris; supplex vbi Numen adorat.

3

missisque foras fratribus cellam clausit, qui orationi instantius quam solebat incubuit. Mira res! eadem hora hunc incolumem, atq. vt prius valentem, ad eundem iterum laborem misit, vt ipse quoque parietem cum fratribus perficeret, de cuius se interitu antiquus hostis Benedicto insultare credidisset. Cœpit verò inter ista vir Dei etiam Prophetiæ spiritu pollere, ventura prædicere, præsentibus etiam absentia nunciare.

3

Excludit Natos Genitor, mox, cardine verso,
Occuluit se intus; tollens ad sydera vultus,
Procubuit genibus, canis fletuque rigatis,
Postulat amissæ redeuntia munera vitæ,

Du-

Duplicat atque preces, puri & suspiria cordis,
Non fuit orantis validè spes irrita Patris;
Namque infans (ò rara fides) iam vescitur aura,
Et redeunt fractæ molli sub corpore vires.
Occupat ora vigor, motus quoq. lumina flectit,
Guttura blandiloque cesserunt verba loquelę.
Gressibus, attritum pes gaudet currere callem
Impiger; ac manibus disiecti prima laboris
Tentamenta subit, lapsæ & conamina molis.
Actibus his, Erebi Benedictus contudit astus
Principis, audentis niueæ insultare Cohorti.
Signifer ast Heros cunctis aperire futura
Cœperat, atq. Prophetarum iam more profari;
Non Tripodas Clarij, haud vani mendacia collis,
Astra, nec exta feræ, volucrum non ora sequutus.
At superum sensus, Diuino percitus igne,
Dissita præsenti, venturaque gesta canebat.

CAPVT XIV.

Prout imputauit Monachis noscens vbi, & quantum comedissent extrà Monasterium sine licentia.

I

MOs etenim cellæ fuit, vt quoties ad responsum aliquod egrederentur fratres, cibum, potumque extra cellam minimè su-

merent. Cumque hoc de vsu regulæ seruaretur, quadam die ad responsum fratres egressi sunt, in quo tardiori compulsi sunt hora demorari: qui manere iuxtà religiosam fœminam nouerant: cuius ingressi habitaculum sumpserunt cibum. Cumq. iam tardius ad cellam redissent benedictionem Patris ex more petierunt, quos ille protinus percunctatus est dicens: vbi comedistis? Qui responderunt dicentes; nusquam. Quibus ille ait; quare ita mentimini? Nunquid illius fœminæ habitaculum non intrastis? Nunquid hos, atque illos cibos non accepistis? Nunquid tot calices non bibistis? Cumque eis Venerabilis Pater, & hospitium mulieris; & genera ciborum: & numerum potionum diceret, recognoscentes cuncta quæ egerant ad eius pedes tremefacti ceciderunt;

TETRASTICHON XIV.

Fracta Parens Natis prodit ieiunia ventris,
 Fercula quanta, locum detegit, atque Domum.
Eminus acta animus præsago corde recludit;
 Abdita fatidico sunt & aperta Duci.

PARAPHRASIS.

I

MOs erat Agminibus Claustri inuiolabilis æquis,
Ferre pedem quoties, adytique excedere Limen
Acci-

Accideret Monacho; ora cibo, nec guttur Iaccho
Polluerat; sic Sancti lex iubet ipsa Magistri.
Relligiosa Cohors, olim Penetrale relinquens,
Progreditur Tectis; multum responsa morari,
Hospitioque piæ Matris succedere cogunt
Languentes fratres, recreant vbi corpora mensis.
Claustra petunt tandem, Titan dum mergitur vndis,
Et, genibus flexis, benè Patrem dicere poscunt.
Indulget Natis Senior; tum subdidit ardens:
Munere vbi frugum vires renocastis, Alumni?
Ficta refert, escis, nusquam se Turba refertam.
Præscius ipse senex; mendacia texitis? (inquit.)
Fœmineos placuit nunquid penetrare Penates,
Atque dapes, auidè, totis absumere malis?
Ore rei seriem pandit, libataque Bacchi
Pocula dinumerat, diuino pectore, Vates.
Obriguere metu fratres; ceruicibus antè
Procubuere pedes flexis, veniamque precantur,

2

seque deliquisse confessi sunt. Ipse autem protinus culpam pepercit; perpendens, quod in eius absentia vltrà non facerent; quem præsentem sibi esse in spiritu scirent.

2

Iam fassi noxam, transgressaque limina legum.
Flexilis at Genitor, lachrymarum tabidus imbre,
Crimina supplicibus patria pietate remisit.

Admonet vt fugiant, quidquid, præsente Magistro
Perficere haud audent: en eminus omnia cernit.

CAPVT XV.

Quomodo leniter, & modestè prodidit fratri germano Valentiniani Monachi, qui ad se venerat, de eo quod à comite ter inuitatus: tandem comedit in via.

I

FRater quoque Valentiniani eius Monachi, vir erat Laicus, sed religiosus. Qui vt serui Dei orationem perciperet, & germanum fratrem videret, annis singulis de loco suo ad cellam ieiunus venire consueuerat. Quadam igitur die dum iter ad Monasterium faceret, se se illi alter viator adiunxit, qui sumendos in itinere portabat cibos. Cumque iam hora tardior excreuisset dixit: Veni frater sumamus cibum ne lassemur in via. Cui ille respondit. Absit frater; non facio, quia ad Venerabilem Patrem Benedictum ieiunus semper venire consueui. Quo responso percepto, ad horam conuiator conticuit.

TETRASTICHON XV.

Quid quid iter dederat, venienti prodidit
Heros
Fatidicus, farcit qualiter ora dape.
Numinis arcanos referas, Benedicte, recessus;
Abdita, nil mirum, sunt at aperta tibi.

PARAPHRASIS.

I

Vir Monacho quidam germano sanguine
iunctus,
Hunc solitus senis bis visere mensibus vltrò
Elapsis, ieiunus iter metitur, & horas.
Lux aderat, qua promptus carperet apta via-
rum
Compita, venturus consurgit vbi Domus alta
Legiferi Patris, Delubraque sancta verentur;
Dogmata vbi frater tanti haurit mente Ma-
gistri.
Dum via proteritur, sequitur comes alter eun-
tem,
Fercula grata ferens, solatia tuta laborum:
Iam magnam partem Phœbi post terga iugales
Linquebant Axis superum, mediumque tene-
bant.
Fessus, ait, socius: lassat calor improbus ar-
tus,
Quaso famem meum dapibus depelle, sodalis.
Ille refert: absit; quid me fœdare alimentis
Sollicitas, Patris qui impastus limina semper
Inclino? socius siluit tunc tristis ad horam.

2

Sed post hæc, cum aliquantulum itineris spatium egissent, rursus admonuit vt manducarent. Consentire noluit, qui ieiunus peruenire decreuerat. Tacuit qui ad manducandum inuitauerat, & cum eo ieiunus adhuc pergere modicum consensit. Cumque & iter longius agerent, & eos tardior hora fatigaret, ambulantes inuenerunt in itinere pratum, & fontem, & quæque poterant ad reficiendum corpus delectabilia videri. Tunc conuiator ait. Ecce aqua; ecce pratum, ecce amænus locus, in quo possimus refici, & parum requiescere, vt valeamus iter nostrum postmodum incolumes explere. Cum igitur, & verba auribus, & loca oculis

2

Pergit vterque terens salebrosi compita saxi;
Atque iterum comitem importuna voce fatigat,
Præbe, inquit, lassis Cerealia munera membris.
Posteriora vetat constanter vota precantis.
Callidus at subitò socius nec plura locutus,
Prosequitur defessus iter, longosque viarum
Cursus; nulla datur primo nec meta labori.
Occiduas propius Titan vt spectat arenas,
Intereà in medio apparet florentis agelli
Fons, gelido fundens salientes ore liquores,
Quos nemus vmbriferum, ramorum & nexus opacat;
Fundit odorati surgentia gleba smaragdi

Ger-

Germina, decurrens humor, quæ murmure leni
Lambit, & argenteis circum complectitur vlnis.
Hic inter lucos plantata sedilia cernis,
Hospitibus pergrata vagis, lassisque colonis;
Prodigus omne locus fert delectabile visu:
Congeminat tunc ore preces, & verba viator,
Luxuriemque soli; fontes, & prata labanti
Ostendens; epulas secum consumere tandem
Cogit, & hic pedibus gratam conferre quietem.
Blanditijs tractus, ramorum & frigore; dumq.

3

blandirentur; hac tertia admonitione persuasus consensit, & comedit; vespertina vero hora peruenit ad cellam. Præsentatus autem Venerabili Patri Benedicto, sibi orationem petijt. Sed mox ei Vir Dei hoc quod in via egerat improperauit dicens. Quid est frater? malignus hostis, qui tibi per Conuiatorem tuum locutus est, semel tibi persuadere non potuit: secundo non potuit: ad tertium suasit, & te ad hoc quod voluit superauit. Tunc ille reatum suæ infirmæ mentis agnoscens eius pedibus prouolutus, tanto magis cœpit culpam deflere, & erubescere, quanto se cognouit etiam absentem in Benedicti Patris oculis deliquisse.

3

Corpora flammigero latratu syrius vrit,
Tela fugit, flammasque fatis, rabidosque calores.

Hinc

Hinc & propositum, ventrisq. repagula fregit,
Fartus, & ad Patris serò Penetralia venit.
Ora sed Heroïs postquam lustrauit amico
Lumine, mox sibi quod reddat placabile Numen,
Flagitat; at Vates tunc ipsa via exprobrat acta.
Frater (ait) comes ille viæ tua corda fefellit,
Ter conatus iners mentem tentator Auerni
Vertere, iam tandem vis tertia vicit amicum,
Perdomuitq. animum; ieiunia sancta fugauit.
Hospes at erubuit, lacrymarum & fonte rigauit
Ora, genasque simul; patris pedibusque volutus,
Noxam lauit aquis oculorum, Patre tonante
Vocibus, & supera percurrens facta loquela;
Agnouitque absens acies læsisse paternas.

CAPVT XVI.

Quomodo Rex Totila submisso vno ex suis iuuenculis cum ornamentis Regijs voluit experiri si prophetice quid posset dicere.

I

GOthorum temporibus, cum Rex eorum Totila Sanctum Virum Prophetiæ habere spiritum audiuisset, ad eius Monasterium pergens,

TE-

TETRASTICHON XVI.

Mente dolos serui Vates deprendit, & astus
Principis; hinc vafrum iussit abire virum.
Regales, inquit, fastus sepone; stat Agni
Vulpes haud multum tuta sub exuuie.

PARAPHRASIS.

I

CVm pede barbarico premeret gens dura Gothorum
Ausoniæ fines, populis iam Marte subactis;
Qui Totilas tenuit Gothicum sub lege Phalangem,
Audijt emeritæ Vatis præconia famæ,
Lumine fatidico, quod sæcla reuolueret Orbis,
Gesta futura potens veris prædicere dictis,

2

paulò longius substitit, eiq. se venturum esse nunciauit. Cui cum protinus mandatum de Monasterio fuisset vt veniret, ipse, sicut perfidæ mentis fuit, an Vir Domini Prophetiæ spiritum haberet explorare conatus est. Quidam vero eius spatharius, Riggo diccebatur, cui calceamenta sua præbuit, cumq. indui regalibus fecit, quem quasi in persona sua pergere ad Dei hominem præcepit. In cuius obsequio tres, qui sibi præ cæteris adhærere consueuerant comites misit: Scilicet Vuldericum, Rudericum, & Blindimum, vt antè serui Dei oculos ipsum esse Regem Totilam simulantes, eius lateri obambula-

bularent. Cui quoque alia obsequia, atq; spatharios præbuit, vt tam ex eisdem obsequijs, quam ex purpureis vestibus Rex esse putaretur.

2

Obductasque fibras metuenda prodere lingua.
Carpit iter, solita cum maiestate Tyrannus,
Ardua qua surgunt sacri Delubra Casini,
Certior vt facto fieret sententia vulgi.
Accessum simulat lento molimine pergens,
Indè gradum sistit longè, dum nunsiat ardens
Orator Vati, propius succedere Regem
Limina, sic cupiens animum explorare Parentis,
Num flatu supero veros prænosceret actus;
Siuè magis vanis deludat vocibus orbem.
Regales ocreas, chlamydem, diademaque cessit
Ensifero famulo: hic ficta sub imagine Regis,
Incessuque graui, magna comitante Caterua,
In Procerum medio, gemmis ornatus, & auro,
Ibat ouans: Regis tota præeunte Coharte,
Auditur longè Alipedum fragor; ore furenti,
Qui patulis efflant flammantes naribus; æstus,
Frænaque dente premunt, terrentque hinnitibus aures,
Signa dat ingenti sonitu vocale metallum
Aduentante viro, & iam proxima Tecta tenente.
Vndique discurrit Benedicti ignara Caterua
Facti, sollicitatque Patrem, vocitatque precando,

Cum-

3

Cumque idem Riggo decoratus vestibus, obsequentium frequentia comitatus, Monasterium fuisset ingressus, Vir Dei eminus sedebat; quem venientem conspiciens, cum iam ab eo audiri potuisset, clamauit dicens. Pone fili, pone hoc quod portas, non est tuum. Qui Riggo protinus in terram cecidit, & quia tanto viro illudere præsumpsisset, expauit; omnesque qui cum eo ad Dei hominem veniebant terræ consternati sunt. Surgentes autem ad eum propinquare minimè præsumpserunt, sed ad suum Regem reuersi, nunciauerunt trepidi in quanta velocitate fuerunt deprehensi.

3

Obuiet, vt Regis vultu, cumuletque decenti
Agmen honore, sacrum currit quod visere Templum.
Eminus ipse sedens Heros immobilis hæsit,
Obsequiumque negat ficto persoluere Regi.
Cominus vtque videt Regali in veste tumentem
Riggonem, verbis tunc talibus ora resoluit:
Cur verum fingis vano Diademate Regem?
Sceptra Ducis cur dextra gerit, seruire parata?
Pone citò, Fili, pretiosa insignia; pone:
Serue, tuo Domino velamina, redde coronam;
Indecet hanc famulo Procerum seruire Cohortem.
Corruit extemplò, præclusa voce superbus

Ensi-

Ensifer; expauitq. tremens; color ora reliquit,
Pronus & elusi vestigia Vatis adorat.
Cernere nam cœpit temeraria iussa Tyranni;
Seque pudet, Regis forma illusisse Prophetæ.
Riggonis socij subita formidine tacti,
Ora dedere solo collapsi; reddit honores
Cœtus iners Vati, nec vix accedere tentat;
At, pauidus surgens, retrò vestigia torsit;
Rettulit, & vafro deprensa pericula Regi.

CAPVT XVII.

Qualiter Totila Rex Gothorum supplex, & maxima cum reuerentia ad Sanctum Patrem Benedictum accessit visendum.

I

TVnc per se idem Totila ad Dei hominem accessit, quem cum longè sedentem cerneret, non ausus accedere, se se in terram dedit. Cui cum Vir Dei, bis, terque diceret surge, sed ipse antè eum erigi de terra non auderet; Benedictus Iesu Christi Domini famulus persemetipsum accedere dignatus est ad Regem prostratum. Quem de terra leuauit, de suis actibus increpauit, atque in paucis sermonibus cuncta, quæ erant illi ventura prenunciauit dicens: Multa mala facis, multa mala fecisti, iam aliquando ab iniquitate compesce.

TETRASTICHON XVII.

Signiferi Totilas, confusus, Vatis adorat
 Ora; necis tempus noscit, & imperij.
Antè pedes Patris domitor stetit Orbis, &
 Vrbis;
 Rex victor, victus iam sinè Marte cadit.

PARAPHRASIS.

I

Accepit postquam successus barbarus Heros,
Proripuit se celsa nitent qua limina Patris;
Spontè supercilium posuit, fastumque superbum,
Atque humilis, fera corda domans, mentemq. proteruam,
Incessu trepido, gressu titubante, petiuit
Atria monticolæ Vatis, quem fortè sedentem
Vt videt, ingenti adspectu conterritus hæsit,
Continuitque gradum, audet nec succedere Tectis;
Acclinusque, solum Regali poplite pressit.
Surge, sed ingeminat bis verbis, terque Magister,
Audebat nec adhuc sublimia genua leuare
Antè virum stantem; Benedictus at ipse iacenti
Occurrens; manibus Regales erigit artus.
Hunc Pater aggreditur dictis; atque increpat, ardens,
Perfidiamque animi damnat, mentemq. dolosam,

Tum

Tum paucis aperit verbis compendia vitæ,
Quæ sint, quæ fuerint, & quæ ventura parantur.
Quot populos à stirpe metis? quot Marte cruento
Fœdasti miserè? Italiam nunc tristis Erinnis,
Bellonæque furor, tetra cum Morte, triumphant.
Comprime iam rabiem; belli compesce furores;

2

Et quidem Romam ingressurus es, mare transiturus, nouem annis regnabis, decimo morieris. Quibus auditis Rex vehementer territus, oratione petita recessit; atque ex illo iam tempore minus crudelis fuit, & non multo postquam Romam adijt, Siciliam perrexit. Anno autem regni sui decimo Omnipotentis Dei iudicio, Regnum cum vita perdidit.

2

Romuleos aditus penetrabis victor, & Vrbis
Tarpeias Arces scandes, præcinctus ouanti
Daphnide; vela dabis percurrens æquora classi,
Sceptra nouemque reges, Astris labentibus, annos.
Videris vt decies flauentes victor aristas,
Falx inimica metet victricia Sceptra, Coronam.
Extinctusque cades, orbatus munere lucis.
Pectora tunc subitus Regalia perculit horror;
Diriguere comæ, gressusque coercuit ingens

Fer-

Formido, creberque pauor præcordia pressit.
Lumina languescunt: tacito vox conditur ore;
Regius atque decor pallentia labra relinquit:
Hinc rogat auxilium supplex, precibusque Parentis
Commendat proprios successus, ardua facta
Mauortis. Tecto mox terga tyrannica voluit;
Immanes discens, monitis, componere mores.
Ausonias Aquilas fregit, Romamque subegit,
Littora Siciliæ, sulcans freta salsa, petiuit;
Vt gemina augusti expleuit quinquennia Regni,
Qui regit imperio Cælum, Mundique Tyrannos,
Abstulit huic sanum, vnà cum Diademate vitam.

CAPVT XVIII.

Quomodo prædixit de Vrbe Roma in se corruenda.

I

PRæterea Antistes Canusinæ Ecclesiæ ad eundem Domini famulum venire consueuerat, quem Vir Dei pro vitæ suæ merito valdè diligebat. Is itaque dum cum illo de ingressu Regis Totilæ,& Romanæ Vrbis perditione colloquium haberet, dixit. Per hunc Regem Ciuitas ista destruetur, vt iam amplius non inhabitetur. Cui Vir Domini respon-

pondit: Roma à gentibus non exterminabitur, sed tempestatibus, coruscis, turbinibus, ac terræmotu fatigata, marcescet in semetipsa. Cuius prophetiæ mysteria nobis iam facta sunt luce clariora;

TETRASTICHON XVIII.

Nursiadum Vates, Antistitis ora dolentis
Solatus, Romæ fata futura canit;
Acta fidem firmant: non Mars; iniuria Cæli
Hanc terit: Arma soli, non vetat arma Poli.

PARAPHRASIS.

I

SÆpè Lares Patris Canusinus Præsul adibat;
Cuius amicitiam virtus constrixerat vno
Fœdere, nam canos Benedictus Præsulis actus
Miratus, voces audire, & reddere gaudet.
Dum simul alloquijs animo solatia præbent.
Armorum strepitus recolunt, quos impius hostis
Contulit Ausonijs terris, Capitolia subdens
Barbaricis palmis, Populos, sanctumque Senatum.
Diruta, Præsul ait, cinerique sepulta Quiritum
Atria cernentur, putri squallentia tabo.
Nursius at Vates tetigit tunc voce profatum:
Barbarico non victa cadet subiecta furori

Roma

Roma modò: at diras cum tempestate procellas
Sentiet, & pluuias fundet quas teter Orion;
Nec mora, conuulso repetita tonitrua Cœlo,
Et mugire Polum, discussis nubibus, ignes
Ætnæos experta, ruet disiecta fragore.
Nec non fatalem, terra minitante ruinam,
Romulidum turres motu dissoluet hianti
Insolitus tremor, & rigido situs ore vorabit,
Euenere sacri tandem præconia Vatis;

2

quia in Vrbe dissoluta mœnia, euersas domos, destructas Ecclesias tui bine cernimus, eiusque ædificia longo senio lassata quia ruinis crebescentibus prosternantur, videmus. Quamuis hoc Honoratus eius discipulus (cuius mihi relatione compertum est) nequaquam ex ore eius se audisse perhibet; sed quia hoc dixerit dictum sibi à fratribus fuisse testatur.

2

Nec minuenda fides factis, iam luce probatis.
Mœnia semisepulta iacent in puluere tetro;
Stat cumulus lapidum, Domus olim celsa Quirini,
Perque vias latè tristis bacchatur Erynnis,
Relligiosa Dei Vulcani destruit ardor
Limina; marmoreis splendentia Tecta columnis,
Iam constrata solo plantis inhonora teruntur.
Hæc quoque sacra Cohors tunc præsens combibit aure,
Et mihi dictanti, patefecit voce fideli.

CAPVT XIX.

Quemadmodum Dæmonium à Clerico effugauit.

I

EOdem quoque tempore quidam Aquinensis Ecclesiæ Clericus à Dæmonio vexabatur, qui à Venerabili Viro Constantio eiusdem Ecclesiæ Antistite per multa fuerat Martyrum loca transmissus, vt sanari posset. Sed Sancti Dei Martyres noluerunt ei sanitatis donum tribuere, vt quanta esset in Benedicto gratia demonstraretur.

TETRASTICHON XIX.

Æditurum stygiæ torquebat Rector arenæ,
Ferali quatiens membra misella manu.
Corde preces voluit Vates, sternitque Tyrannum;
His armis Erebi pellit, inermis, oues.

PARAPHRASIS.

I

ANgitur Æditnus Templis addictus Aquini;
(Cum, Benedicte, tuæ floreret gloria famæ)
Tartareus cuius possederat ora Satelles,
Illius & rabido torquebat membra dolore.
Ipse loci Pastor, sanctæ qui præsidet Aræ,
Sol-

Sollicitus, poscebat opem, Proceresque vocabat
Cælicolum, fusus queis sanguis præmia palmæ
Addidit, vt stygias dignentur frangere vires.
At renuit Diuum, suprema potentia, vinclum
Soluere languentis, vel debellare Tyrannum
Tænarij Regni, superas vt panderet Heros
Nursius ætherei gazas, & dona Tonantis.

2

Ductus itaque est ad Omnipotentis Dei famulum Benedictum, qui Iesu Christo Domino preces fundens, antiquum hostem de obsesso homine protinus expulit; cui sanato præcepit dicens. Vade, & post hæc carnem ne comedas: ad sacrum vero ordinem nunquam accedere præsumas. Quacumque autem die sacrum ordinem temerariè sumere præsumpseris, statim iuri Diaboli iterum mancipaberis. Discessit igitur Clericus sanus; & sicut terrere solet animum pœna recens, ea quæ Vir Domini præceperat interim custodiuit. Cum verò, post annos multos omnes priores illius de hac luce migrassent, & minores suos sibimet superponi in sacris ordinibus cerneret: verba Viri Dei quasi ex longo tempore oblitus postposuit, atque ad sacrum ordinem accessit. Quem mox is qui reliquerat Diabolus tenuit, eumque vexare quousque animam eius excuteret non cessauit.

2

Sistitur en Patri miser, Orci Principe tortus;
Hic, supplex, ambas tendens ad sidera palmas,
Numinis ardenti præcordia mente lacessit.
Comprimit hinc furias Erebi, iam Dite repulso.
Præterea, inquit, amice, caue ne feruida orexis
Te trahat, vt carnem distento in vĕtre reponas;
Thura time deferre Deo, fumantibus aris,
Flaminis exercens primos in Limine honores.
Immemor, hæc spernens, Orcus sua iura resumet,
Et tua membra feris audebit motibus hostis
Vexare, & fibras rapido torquere rotatu.
Exequitur tunc iussa Patris, sub corde recondens
Omnia; sed multis tandem labentibus annis;
Aspicit vt Proceres lethali falce resectos;
Nobiliore loco iam consedisse minores,
Iussorum oblitus, sanctas accedit ad Aras,
Ordinibusq. sacris animum insignire laborat,
Hostis Auernalis mox corporis obsidet Arcem;
Excutit atque virum contorto vortice, donec
Spiritus afflictos expulsus deserat artus.

CAPVT XX.

Quomodo planxit super Monasterij sui destructione à Barbaris.

I

VIr quidam nobilis Teoprobus nomine, eiusdem Benedicti Patris fuerat admoni-

monitione conuerſus: qui pro vitæ ſuæ merito magnam apud eum familiaritatem habebat. Hic cum quadam die eius Cellulam fuiſſet ingreſſus, hunc amariſſimè flentem reperit. Cumque diu ſubſiſteret eiuſque lacrymas non finiri videret: nec tamen, vt Vir Dei conſueuerat orando plangeret, ſed mærendo; quænam cauſa tanti luctus inquiſiuit. Cui Vir Dei illicò reſpondit. Totum hoc Monaſterium, quod conſtruxi: & cuncta quæ fratribus præparaui Omnipotentis Dei

TETRASTICHON XX.

Mente parens niuea penetrans confinia Olympi,
Clauſtra videt dira depopulanda manu.
Gaudia tunc animi lacrymarum miſcuit imbre,
Exhilaratque viri corda dolore Deus.

PARAPHRASIS.

I

VIr clarus titulis, & celſo ſanguine cretus,
Egregios faſtus vitæ irradiauerat actis;
Namque ſacro eloquio, Benedicto dona ſalutis
Tollente, Ætherei ſequebatur facta Parentis;
Cœnobiumque colens, animum quoque fœdere ſecum
Iunxerat, & ſtudio Patrem reſonebat amico;
Illius anguſtum conclaue Theoprobus olim

 (*Tale*

(Tale huic nomen erat) penetrat; plangore rigantem
Inuenit ora Virum, tepidoq. liquore madentem.
Ipse gradum sistens; lacrymarum nec tamen imbres
Cedere despectat, sed largum impellere fontem.
Non precibus gemitus miscet de more Magister,
Questubus at mæstis, vndas comitatur amaras.
Impatiens mox ille petit, quæ causa doloris?
Cur modò continuis mæroribus ora fatigas?
Talia quærenti concussus reddidit Heros:
Limina quæ posui, quæque & Delubra sacraui,
Eheu Barbarici fient trux præda furoris,
Et constructa cadent miris subiecta ruinis
Expulsis Natis, sic Conditor imperat orbis,
Qui simul aereos iaculatur fulmine montes,

iudicio gentibus tradita sunt. Vix autem obtinere potui, vt mihi ex hoc loco animæ concederentur. Cuius vocem Theoprobius audiuit: nos autem cernimus, qui destructum modo à Longobardorum gente eius Monasterium scimus. Nocturno enim tempore, & quiescentibus fratribus nuper illuc Longobardi ingressi sunt; qui diripientes omnia, nec vnum quidem hominem illic tenere potuerunt. Sed impleuit Omnipotens Deus, quod fideli famulo suo Benedicto promiserat: vt si res gentibus traderet, ani-

mias custodiret. Qua in re Pauli vicem video tenuisse Benedictum: cuius dum nauis rerum omnium pertulit iacturam, ipse in consolationem vitam omnium qui eum comitabantur accepit.

2.

Cuius & imperij prudentia Regna gubernat;
Vix, orans, potui soboli conferre salutem.
Audijt ista comes patrij speculator Athatis,
Hæc oculis stupidi longè perlegimus omnes,
Destructos aditus, euersaque Tecta domorum,
Quę Pater excelsę super ardua culmina Rupis
Surgere præcepit, Proli, serieque Nepotum.
Cum Nox obduxit tetra ferrugine terras,
Et sopor innocuæ præstrinxit lumina Turbæ,
Irruit insedes ingens exercitus, armis
Instructus; miseri laris omnia: Mulciber ardens
Consumpsit, totam flammis vndantibus Ædem;
Tum bona dirripuit manus impia militis atri.
Nec Deus orantis Benedicti vota fefellit;
Namque laris fido seruauit pectore Gentes,
Haud fures passus sanctam incestare Cateruam.
Qualis ab æquoreis iactatus Apostolus vndis,
Dum laceras puppes, disiectaq. carbasa sentit,
Omnibus amissis, socios ad littora duxit.
Lintea namq. Ratis regit aura Numinis alti,
Agmina sic gaudens audacibus eripit vndis.
Sic Benedictus opem Proli fert, Arce labante.

CAPVT XXI.

Quomodo de vasculo vini occultato in via admonuit delatorem ne biberet.

I

QVodam quoque tempore Exhilaratus noster, quem ipse conuersum nosti, transmissus à Domino suo fuerat, vt Dei Viro in Monasterio vino plena duo lignea vascula, quæ vulgo flascones dicuntur, deferret. Qui vnum detulit: alterum verò pergens in itinere abscondit. Vir autem Domini, quem facta absentia latere non poterant: vnum cum gratiarum actione suscepit; & discedentem puerum monuit dicens. Vide fili, ne de illo flascone quem abscondisti, iam non bibas: sed inclina illum cautè, & inuenies quid intus habeat. Qui confusus valdè à Dei homine exiuit: & reuersus volens adhuc probare quod audierat, cum flasconem inclinasset, de eo protinus serpens egressus est.

TE-

TETRASTICHON XXI.

Verna vafer Patri generosi munera Bacchi
Surripit, audentis pandit at ille dolum.
Serue, caue, dixit, recrees ne guttur Iaccho,
Vipera nam dulci fudit amara necem.

PARAPHRASIS.

I

Bina tulit Patri vinaria plena falerno
Vasa olim Famulus (Domini id mandata ferebant)
Struxerat ex tereti ligno quæ dextera Fabri.
Exequitur pręcepta sagax cum munere seruus,
Arripuitque viam, surgunt vbi Tecta Casini,
Dimidium doni scrobibus concredit opacis,
Pergens, atque vno nutus compleuit heriles.
Legifer at Vates iam viderat omnia mente;
Persoluit grates; nec dimidiata recusat
Munera; sed puero mox decedente reuelat,
Vas per iter, Domino subductum, dira Colubra
Claudere membra intus, tetram minitantia mortem.
Admoneas ori missum ne, quæso falernum,
Inter quod nemorum, crescentibus vndiq. dumis
Obduxti latebras: fac experiare latentem.
Fur confusus abit; factis & dicta probauit
Vatis, & effuso subducti nectare ligni,
Liber in herbiferis fugitiuus serpere campis
Anguis cæpit atrox, eductus carcere Iacchi.
Deuouet antra viri, bifidis & sibila linguis
Fundit, in obductis auidus se condere syluis.

2

Tunc prædictus Exhilaratus puer per hoc quod in vino reperit expauit malum quod fecit.

2

Extimuit famulus, casus spectator atrocis;
Surrexere comæ, gelidum formido cruorem
Occupat; & madidos contorquet anhellitus artus.
Tunc miser infesto complexus Verna pudore,
Exprobat infandum furti scelus ore dolenti.

CAPVT XXII.

Prout admonuit suum Monachum, qui à sacris fœminis mappulas acceperat, & celauerat.

1

NOn longè autem à Monasterio vicus erat, in quo non minima multitudo hominum ad fidem Dei ab idolorum cultu Benedicti fuerat exhortatione conuersa. Ibi quoque quædam Sanctimoniales fœminæ erant: & crebro illuc pro exhortandis animabus fratres suo mittere Benedictus Dei famulus curabat. Quadam verò die misit ex more: sed is qui missus fuerat Monachus; post admonitionem factam à Sanctimonialibus

TE-

TETRASTICHON XXII.

Muneribus Virgo cumularat Vatis Alumnum,
Occuluit tacito qui benè dona sinu.
Corripuit Gnatum Genitor, munusq; retexit:
Nulla latent Vatem, quæ benè dona latent.

PARAPHRASIS.

1.

INcolit extructa longè non Patris ab Arce
Plebs Vicum, vanis quæ Idolis thura ferebat;
Regis at æterni pandens oracula Vates
Nursius, aure bibunt veræ documenta salutis,
Et fidei pascunt Agrestes nectare mentem.
Hic quoque Virginei seruabant Claustra Manipli,
Cana verecundi aspicientes iura pudoris.
Sæpè Parens niueis solatia sancta Puellis
Contulit, Agmen iter fratrum nam prodit olympi:
Missum, in corde serens virtutum semina Cætus.
Ausonius Vates olim de more remittit,
Facundo teneras qui dirigat ore sorores.
Exequitur iussum Monachus; Cælestia dona

2.

fœminis rogatus mappas accepit, sibique eas abscondit in sinu. Qui mox, vt reuersus est, eum Vir Dei vehementissima ama-

ritudine cœpit increpare dicens: quomodo ingressa iniquitas in sinum tuum est? At ille obstupuit; & quid egisset oblitus, vnde corripiebatur ignorabat. Cui ait: nunquid ego illic non præsens eram, quando ab Ancillis Dei mappulas accepisti? Qui mox eius vestigijs prouolutus, stultè se egisse pœnituit, & eas quas in sinu absconderat mappulas proiecit.

2

Seminat alloquijs, & mollit voce Cateruam.
Autumat ad patrios tādem remeare Penates.
Turba puellaris, fratris miserata labores,
Linea dona dedit, grates vt redderet actis.
Abdidit illa sinu, minimè donaria spernens;
Limina mox repetit: Genitor sed fronte minaci
Ora ferit Nati; tactus mærore paterno;
Lumina cōtorquens, torua sic fronte nocentem
Alloquitur iuuenem, dictis & tundit amaris:
Quomodo noxa sinus ingressa est, corda retorquens?
Nec plura; obstupuit; vox interclusa resedit.
Criminis oblitus; trepidantia corda repungit.
Ira senis; tamen ipse dolos, causamque furoris
Nescit; mens varijs confunditur anxia curis.
Nunquid (ait Vates) non præsens, cernere cuncta.
Tunc potui casta lini mantilia dextra
Virgineus tibi dum Cuneus dedit? omnia certè
Lumine lustrabam, vt mappas sinus ipse recepit.

Cor-

Corruit antè pedes, supplex, veniamq. precatus,
Illacrymans, tristis purgat contagia culpæ,
Proijcit atque datum; sceleratosque abrogat
ausus.

CAPVT XXIII.

Quomodo cognouit animi elationem Monachi, qui antè se lumen prætendebat.

I

QVadam quoque die dum Venerabilis Pater vespertina iam hora corporis alimenta perciperet: eius Monachus cuiusdam Defensoris filius fuerat, qui ei antè mensam lucernam tenebat. Cumq. Vir Dei ederet: ipse autem cum lucernæ ministerio astaret, cœpit per superbiæ spiritum in mente sua tacitè voluere, & per cogitationem dicere. Quis est hic cui ego manducanti assisto, lucernam teneo, seruitium impendo? qui sum ego vt isti seruiam? Ad quem Vir Dei statim conuersus, vehementer cœpit increpare, & dicere. Signa cor tuum frater; quid est quod loqueris? signa cor tuum. Vocatisq. statim fratribus præcepit ei lucernam de manibus tolli: ipsum vero iussit à ministerio recedere, & sibi hora eadem quietum sedere. Qui requisitus à socijs quid habuerit in corde;

TE-

TETRASTICHON XXIII.

Dum properat tumidum fœdare superbia Natum,
Inflatæ menti fert Benedictus opem.
Pelle, ait, acta, Puer; blandè præcordia mordent,
Occultamq; parant hæc, sine morte, necem.

PARAPHRASIS.

I.

IAm iubar occiduas Phœbi lustrauerat oras,
Præcipitansq. Polo Nox, terram oppleuerat vmbris,
Cum Protracta Parens tandem ieiunia rupit;
Stat Puer antè premens ceræ funalia dextra.
Construxere dapes: Pater ora famelica nutrit,
Deserit haud Iuuenis mensam exhilarare lucerna,
Cæpit at elatas in mente euoluere curas:
Sic ait, & tacitè: cui talia debita præsto?
Mene adstare decet; seruile & munus obire?
Fert genus ista meum? vel nobile stemma Parentis?
Protinus ast Vates audet tentare latebras
Cordis, & arcanos Monachi versare recessus:
Mox iuuenem aspexit ciliis, & fronte senera:
Ne tardes munire, Puer, præcordia, dixit,
Cur tantò properas animum maculare veneno?
Corda Crucis signis, quæso, ne armare recuses.
Inclamatque suos, soluant vt pondera dextræ,
Atque iubet miserum patria discedere mensa,

Ser-

Seruitio vili pressum ; atque sedere quietum.
Ardent tum socij scitari, & quærere causam,
Cur Pater officium renuat, sociumque refellat.

2.

per ordinem narrauit, quanto superbiæ spiritu intumuerat: & quæ contra Virum Dei verba per cogitationem tacitus dicebat. Tunc liquidò omnibus patuit, quod venerabilem Benedictum latere nihil potuit, in cuius aure etiam cogitationis verba sonuissent.

2.

Intumuit cor, ait, vetitosque ruebat in actus;
Ambitioque procax Patri seruire nequibat;
Hi sensus vana velitabant mentis in aula.
Omnibus hinc patuit cordis penetrare profundum
Ingenio Vatem, clausasque recludere curas,
Pectoris arcanum cui cōsonat aure susurrum.

CAPVT XXIV.

Quemadmodum præ foribus Monasterij ducenta mediæ farinæ comperta sunt miraculosè prouenta.

I.

ALio quoque tempore in eadem Campaniæ regione fames incubuerat magna: quæ omnes alimentorum indigentia coangustabat. Iamque in Benedicti Monasterio

triti-

triticum deerat. Panes vero omnes penè consumpti sunt, vt non plusquam quinque ad refectionis horam fratribus inueniri potuissent. Cumque eos Venerabilis Pater contristatos cerneret: eorum pusillanimitatem studuit

TETRASTICHON XXIV.

Vatis, auara Ceres, Sobolem vexabat orexi,
Campanasque Vrbes insidiosa Fames.
Auxilium veniet (dixit) confidite, Nati,
In sterili Tecto surget opima penus.

PARAPHRASIS.

I

TEmpora voluuntur spatijs labentibus anni,
Campanisque Fames ingens traducitur oris;
Namque Ceres, varios gaudet frustrare labores
Agrestum; patulis prohibere, & germina campis,
Dum lætas sterilis fruges depascitur annus.
Aspicis haud glebas pingui flauescere arista,
Messoremque soli solitum deflere tributum,
Pabula nulla seges, duro expectata Colono
Contulit: at teneras vellebant dentibus herbas,
Omnes atque rapit succrescens ardor edendi,
Luridus hinc languor pallentes inficit artus.
Triticeæ Cuneos agitat penuria messis,
Iamq. fames sacri vacuauerat horrea Cœtus;

Nec

Nec saturare valent vix ora famelica, quinq.
Crusta, Gregis cupidi ieiunia soluere mensis.

2

modesta increpatione corrigere, & rursus promissione subleuare dicens: quare de panis inopia vester animus cōtristatur? Hodie quidē minus est: sed die crastina abundanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farinę modij antè fores cellæ in saccis inuenti sunt, quos Omnipotens Deus, quibus deferentibus transmisisset, nunc vsque manet incognitum. Quod cum fratres cernerent, Domino gratias referentes, didicerunt iam de abundantia in egestate non dubitare.

2

Fraternos animos casum respexit acerbum
Commouisse Pater; quia dura premebat egestas,
Nec potis afflictis quisquam succurrere rebus;
His fatur dictis, curarum demere fluctus
Sollicitans: soboles, quam sancta Pronœa refertit,
Roborat haud mentes summæ fiducia dextræ?
Alitibus præbens, cunctisq; animalibus escam,
Guttura seruorum modico non pane fouebit?
Desperare nefas, superas & temnere curas.
Si nunc dura fames languentia viscera mordet,
Esca nec impastos replet dulcedine ventres;
Crastina mœrorem veniens opulentia terget.
Aurea lux Phœbi tenebras vix pellit inertes,
Lætitiæq; face Ætherenm perlustrat Olympum,

Antè

Antè fores Tecti (mirum) iacuere farinæ
Bis centum modij, magni miracula Patris.
Nam latuere viros, effusi dextra datoris;
Pondera quisue tulit: sunt tantum hæc nota Tonanti.
Obstupuere viri quos anxius ardor edendi
Impulerat; superis tum dignas soluere grates
Instant, & precibus cælestia dona rependunt.
Pauperiem discunt ergo contemnere egeni.

CAPVT XXV.

Quomodo Monachis ad Monasterium construendum missis in visione apparuit, & modum, & formam quomodo construi opus esset designauit.

I

ALio quoque tempore à quodam fideli Viro rogatus fuerat, vt eius prædio iuxta Tarracinensem Vrbem, missis discipulis suis construereMonasterium debuisset. Qui roganti cõsentiens, deputatis fratribus, Patrem constituit, & quis ei secundus esset ordinauit. Quibus euntibus spopondit dicens, ite, & die illo ego venio, & ostendam vobis quo in loco Oratorium, in quo loco refectorium fratrum, in quo susceptionem hospitum, vel quæque sunt necessaria, ædificare debeatis; qui benedictione percepta, per-

perrexerunt illicò, & constitutum diem magnopere præstolantes, parauerunt omnia.

TETRASTICHON XXV.

Anxuris innocuam Prolem dimittit ad oras,
Vt struat in viridi Claustra verenda solo.
Huic Pater Idolum fert, dum sopor irrigat artus;
Abfuit: at præsens erudit ipse viros.

PARAPHRASIS.

I

INtereà certi reuolutis orbibus æui,
Vir fidei, verique tenax, accensus amore
Ausonij Herois, supplex, rogitabat, vt Ædes
Anxur vbi surgit, fundaret; vbi arua petentis
Luxuriant, segetesque ferunt, sudante Colono.
Annuit oranti Benedictus: cessit Alumnos,
Rectoremq. dedit, regeret qui nutibus omnes;
Sufficitque parem primus si fata subiret.
Cum iam prona Cohors mandata capessere, infit:
Pergite: ponè sequar, Tecti fundamina vobis
Monstrabo; Templiq. locum; Penetralia mensis
Apta magis; pandam hospitijq. solum, Atria cuncta;
Quidquid & innocuæ præbet solatia proli.
Ibat ouans studiosa Phalanx, siliceq. terebat,
Quam prius alma Crucis muniuit dextera Patris.

Signis:

Signis: an operi se, cum tetigere Penates
Accingunt: lateres, Vulcani ardente camino,
Igne coquunt: alij flammas nutrire parabant
Arboreis syluis; cæmentum pars queq. findit.
Ligna dolant alij, cæduntq. strepente bipenni.
Feruet opus, manuumque labor, sedisque voluptas.

2

quæ his qui cum tanto Patre venire potuissent videbantur esse necessaria. Nocte vero eadem qua promissus illucescebat dies: eidem seruo Dei, quem illic Patrem constituerat; atque eius Præposito Vir Domini in somnis apparuit, & loca singula vbi quid ædificare debuissent subtiliter designauit. Cumque vtrique à somno surgerent, sibi inuicem quod viderant retulerunt; non autem visioni illi fidem omnino dantes: Virum Dei sicut se venire promiserat expectabant.

2

Qualiter Hyblæi viridantia germina campi
Examen populatur Apum, verisque decorem.
Exercent varios per florea rura labores,
Dædaleisque fauis referunt purissima mella.
Per sata conuolitat, rutilis exercitus alis,
Donec opus crescat, cellas & nectare complet.
Optati deest socijs præsentia Patris,
Qui loca decernat laris & prior ordinet aulas.
Vt promissa dies Solis splendore coruscat,
Hesperus & tandem nocturna silentia spargit;
Nocte Parens illa Rectori cuncta reuelat,
Præpositoque Domus, prima fundamina sedis,
Diuer-

Diuersisque modis distincta cubilia signat;
Singula quaeq. docens, species, artisq. figuras.
Surgit vterq. simul correptus imagine somni,
Iam visi memores, blanda quod nocte sepultos,
Intulerat sopor vnanimi mox foedere pandunt,
Alter & alterius fruitur dulcedine spectri.
Non genuere fidem vanae mendacia formae;
Expectare Patrem, tutis & fidere dictis
Haud cessant; solitum nullis illudere verbis.
Lux decreta suas tandem compleuerat horas,

3

Cumque Vir Dei constituta die minimè venisset: ad eum cum moerore reuersi sunt dicentes: expectauimus, Pater, vt venires sicut promiseras, & nobis ostenderes, vbi quid aedificare deberemus, & non venisti. Quibus ipse ait: quare fratres, quare ista dicitis? Nunquid sicut promisi non veni? Cui cum ipsi dicerent: quando venisti? respondit. Nunquid vtrique vestrum dormienti non apparui, & loca singula designaui? ite, & sicut per visionem audistis, omne habitaculum Monasterij ita construite. Qui haec audientes vehementer admirati, ad praedictum praedium sunt reuersi; & cuncta habitacula, sicut ex reuelatione didicerant construxerunt.

3

Non tamen vlla vehit patrij consortia vultus.
Compita corripuit subitò, tetigitque Casinum
Nuncius, ante Patrem fundens has ore querelas:

Cur,

Cur, Genitor, sobolem verbo deludis inani?
En promissa dies, quę lumina grata spopondit,
Te tardante, virum cupientia corda fefellit.
Interrupta iacent opera, instructique labores,
Propterea possunt nec cœptæ assurgere sedes.
Lux at Aniciadum, mærenti talia dixit:
In vacuas, Nati, voces cur soluitis ora?
Nonne statim veniens dictorum gesta probaui?
Parce, Parens, illuc nondum videre sodales
Te; placido subdit dicenti Nuncius ore.
Nunquid, ait, cum blanda quies præcordia nocte
Tamberet, & vestris sopor irroraret ocellis;
Nonne dedi patrios coram dignoscere vultus?
Pectoris atque meas animo tentare latebras?
Taliter, ite citi, surgentia Tecta nouate.
Tunc hæsere oculis mirati verba loquentis.
Atque referre gradus illuc Claustrumq. locare
Sollicitant, somno iam cuncta regente paterno.

CAPVT XXVI.

Quomodo sub anathemate comminatus est duabus religiosis fæminis nisi continuissent linguam maledicam.

I

VIx ipsa communis eius locutio à virtutis erat pondere vacua: quia cuius cor se se in alta suspenderat, nequaquam verba de ore illius incassum cadebant. Si quid vero vn-

vnquam non iam decernendo, sed minando diceret, tantas vires sermo illius habebat; ac si hoc non dubiè, atque suspensè, sed iam per sententiam protulisset. Nam non longè ab eius Monasterio duæ quædam sanctimoniales fœminæ conuersabantur nobiliori genere exortæ, in loco proprio; quibus quidam religiosus Vir ad exterioris vitæ vsum præbebat obsequium. Sed sicut nonnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis: vt minus se in hoc mundo despiciant, qui plus se cæteris aliquid fuisse meminerunt; nec dum prædictæ sanctimoniales fœminę sub habitus sui fræno restrinxerant;

TETRASTICHON XXVI.

Perfida verba Pater prohibet glomerare sorores,
Ne petat obstantes fulmine Pontificum.
Pondus habere minas linguæ sensere procaces,
Dum sinè ponderibus iussa tulere necem.

PARAPHRASIS.

I

Vix Pater innocuus voces fundebat inanes;
Illius Ætherei super alta cacumina Tecti
Mens volat, atque oris pondus iam verba loquentis
Expressere viri, vacua haud rediere loquelæ.

Si

Si quem fulmineæ minitatur cuspide linguæ;
Quam vis nulla rotet certas sententia pœnas,
Igneus at sermo, iam robore plenus, & ausu,
Haud dubios tantum, sed tutos excutit ictus.
Ceu librat iusto partes examine Iudex;
Absoluit iustum atq. reum pœnis ferit vltrò,
Insolitas dirimens lites, & iura resoluens.
Incoluere Nurus geminæ vicinia Cœtus,
Nobilitate graues, & claro sanguine Auorum.
Relligiosa manus seruilia facta gerebat
Virginei Tecti, Dominisq. alimenta parabat.
Sæpe sed ingenuus mentes vt splendor obumbrat,
Atque tegit morum caligine, gentis honores:
Despiciatque minus se, qui præcellere multos
Aduertit, generisque iubar, proauumque decorem.
Vaniloquæ nondum vitium didicere loquelæ
Comprimere; aut mores habitu componere Matres,

2

& eundem religiosum virum, qui ad exteriora ministeria necessaria eis obsequia præbebat, incautis sæpè sermonibus ad iracundiam prouocabant. Qui cum diu ista tolerarет perrexit ad Dei hominem, quantasque pateretur verborum contumelias enarrauit. Vir autem Dei hæc de illis audiens, eis protinus mandauit dicens: corrigite linguam vestram, quia si non emendaueritis excommunico vos. Quam videlicet excommunicatio-

cationis sententiam, non proferendo intulit, sed intentando. Illæ autem à pristinis moribus nihil mutatæ, intra paucos dies defunctæ sunt, atque in Ecclesia sepultæ, Cumque in eadem Ecclesia Missarum solemnia celebrarentur, atque ex more Diaconus clamaret; si quis non

Vocibus incautis famulum sed sæpè lacessunt,
Illius haud cessant irarum accendere flammas.
Vir tolerare minas, & diræ iurgia linguæ
Impatiens, Sancto Genitori incusat Alumnas,
Qui subitò vocitans, Zelo repletus, & æstu:
Ite (ait) & geminis deferte Sororibus, atræ
Perniciosa premant tandem conuicia vocis,
Ne fortè intorquens sacratæ fulmina tedæ,
Virgineas animas feriam, Temploque repellam.
Ipse tamen, mitis, Nuribus vix, ore soluto,
Intentat pœnas, ausisque minatur acerbis.
Nil potuere minæ: serpunt contagia linguæ,
Spargere nec sistunt furialis verba veneni.
Vix pauci excessere dies, cum fila Sororum
Parca manu secuit tetra, præclusit & ora;
Lumina sic vetuit vitæ in statione manere.
Mox geminum Templis infert Libitina cadauer,
Et scrobibus clausis, cœno, cinerique litantur.
Cumque sacer superis ferret libamina Myste,
Ac Leuita comes Templis exire iuberet,
Queis scelerum labes prohibet considere mensis

3

communicat det locum: Nutrix earum, quæ pro eis oblationem Domino offerre consueuerat, eas de sepulchris suis progredi, & exire Ecclesiam videbat. Quod cum sæpius cerneret, quia ad vocem Diaconi clamantis exibant foras, atque intra Ecclesiam permanere non poterant; ad memoriam rediit, quæ Vir Dei illis adhuc viuentibus mandauit. Eas quippe se communione priuare dixerat, nisi mores suos, & verba corrigerent. Tunc seruo Dei cum graui mœrore indicatum est. Qui protinus manu sua oblationem dedit dicens. Ite, & hanc oblationem pro eis offerri Domino facite, & vlterius excommunicatæ non erunt. Quæ cum oblatio pro eis fuisset immolata, & à Diacono iuxta morem clamatum est; vt non cõmunicantes ab Ecclesia exirent, illæ exire ab Ecclesia vlterius visæ non sunt. Qua ex re indubitanter patuit, quia dum inter eos, qui communione priuati sunt minimè recederent, & communionem à Domino per seruum Dei recepissent.

3

Sacrificis, nineaque frui consortia Gentis
Christiadum; Nutrix quæ ferre iuuamina Natis
Assolet, & donis celsum placare Tonantem;
Adspicit e clausis rediuiua cadauera Bustis
Exire, & citius sanctis discedere Tectis.
Spectat Anus factum, quoties ac ore Minister

Im-

Improbat exclusos, Cereri nec Cœlite dignos.
Continuò memori Benedicti dicta notauit
Pectore, cum geminas minitanti voce Puellas
Corripuit rabidæ purgent ni crimina linguæ.
Nouit vt hæc Heros, miti tunc munera dextra
Obtulit; his (inquit) cumulate altaria donis;
Hæc poterunt Matrum sacros dissoluere nexus.
Munera vix dantur; repetit tum dicta Minister,
Iamq; oculos species Prolis nec turbat aniles.
Verba quid innocui constat potuere Parentis!
Soluere queis nexus datur; atque ligare potestas.

CAPVT XXVII.

Qualiter apportari præcepit Sacrosanctum Domini Corpus, & imponi super corpus Monachi defuncti, quod terra ipsa non sustinebat.

I

QVadam quoque die cum quidam eius puerulus Monachus, parentes suos vltra quam debebat diligens, atque ad eorum habitaculum tendens, sine benedictione de Monasterio exisset: eo die, vt ad eos peruenit, defunctus est. Cumque esset sepultus die altero, proiectum foras corpus eius inuentum est. Quod rursus tradere sepulturæ

 cura-

curauerunt: sed sequenti die iterum proiectum exterius, atq. exhumatum sicut prius inuenerunt. Tunc concitè ad Benedicti Patris vestigia currentes; cum magno fletu petierunt, vt ei suam gratiam largiri dignaretur. Quibus Vir Dei manu sua protinus communionem Dominici corporis dedit dicens: ite, atque hoc Dominicum corpus super pectus eius cum magna reuerentia ponite, eumque sepulturæ tradite. Quod cum factum fuisset, susceptum corpus eius terra tenuit, nec vltra proiecit. Perpendis, Petre, apud Iesum Christum Dominum cuius meriti iste vir fuerit, vt eius corpus etiam terra proijceret, qui Benedicti gratiam non haberet.

TETRASTICHON XXVII.

Euomit vt Monachi tumulata cadauera tellus,
Materno tandem continet illa sinu.
Detonuit placidi postquam iusta ira Parētis,
Insolitæ Matris detonuere minæ.

PARAPHRASIS.

1

CLam Puer aufugiens, repetit consortia sęcli,
Cùm nimius cogebat amor, feruorque videndi
Maternos vultus, & dulcia viscera fratrum.
Hinc citus arua terens, Benedicti deserit Ædes,
Alto

Alto nec curat submittere genua Magistro,
Et ceruice Crucem dextræ expectare reflexa.
Vix tetigere Lares patrios, adytusq. benignos
Plantæ, cum Pueri iam vita subire Penates
Cogitur, heu, Mortis, terræque sub æquore
claudi.
Crastina sed tellus pueriles euomit artus,
Sollicitatque viros foueis abscondere cæcis;
Nec mora membra solum tumulati eructat
Alumni.
Protinus Ausonio factum retulere Parenti,
Parceret, vtque rogans, pius, & daret ossa
sepulchro.
Nursius ast Heros, Cælestis fercula crusti
Porrexit subdens: hoc strata cadauera Nati
Tangite, maternis tellus hunc abdet & vlnis.
Imperium exequitur: mox Busti gaudet honore
Corpus, & ipsa sinu nec humus refouere re-
cusat.
Adspice quam prosit Benedicti gratia, Petre:
En velare nequit Gnatos Libitina rebelles.

CAPVT XXVIII.

De Monacho eius, qui dum fugeret de Monasterio, Draco teterrimus se illi opposuit.

I

QVidam autem eius Monachus mobilitati mentem dederat, & permanere in

 Mo-

Monasterio nolebat. Cumque eum Vir Dei assiduè corriperet, & frequenter admoneret, ipse vero nullo modo consisteret in Congregatione persistere, atque importunis precibus vt relaxaretur immineret. Quadam die idem Venerabilis Pater nimietatis eius tædio affectus, iratus iussit vt discederet. Qui mox vt Monasterium exijt, contra se assistere aperto ore Draconem in itinere inuenit. Cumque eum idem Draco qui apparuerat deuorare vellet, cœpit ipse tremens, & palpitans magnis vocibus clamare dicens, Currite, currite,

TETRASTICHON XXVIII.

Cum sacros adytus Benedicti liquit Alumnus,
Illius horrificus terruit ora Draco.
Corda colubrifero liuent fugitiua veneno
Infecta; hinc Orci territat illa Draco.

PARAPHRASIS.

I

Coenobij cultor, menti laxarat habenas,
Mobilis, atque Lares, & mœnia sacra perosus,
Optabat cupidus spatiosa per arua vagari,
Despiciens sancti taciturna silentia Claustri.
Increpat assiduis monitis Benedictus Alumnum
Incassum; rigidis obiurgat corda querelis;

Aggre-

Aggrediturq. minis; verbisq. lacessit amaris.
Namque reluctantes animos, vultusq. fatigat
Patris, & immodicis iras exasperat ausis;
Qui tandem calidi pertæsus verba precantis,
Annuit obductis se subducere Tectis.
Atria vix liquit; dirus cum terret euntis
Ora Draco; rictuque necem minitatur hianti,
Sibila tergeminis pertentat guttura linguis,
Pestiferam eructans, fatali fauce Mephitim.
Occupat extemplò formido corda vagantis,
Diriguitque metu; albescens, & in ore resedit
Pallor, & horrentis gressus, fera monstra coercent.
Inclamat vocitans, impletque timore sodales;
Terque quaterq. rogans, clamoribus Aethera pulsat.
Currite (ait) socij, miserum seruate labantem;

2

quia Draco iste me deuorare vult. Currentes autem fratres Draconem minimè inuenerunt: sed trementem, atq. palpitantem Monachum ad Monasterium reduxerunt. Qui statim promisit nunquam se esse iam de Monasterio recessurum; atque ex hora eadem in sua promissione permansit, quippe qui Santi Viri orationibus contra se assistere Draconem viderat, quem prius non videndo sequebatur.

2

Iam mea squamosi sunt viscera præda Draconis,

Rictibus en patulis me quærit condere in aluo,
Euomit iratus spumas, & sibilat ore,
Attollitq. ferox collum, glomeratq. tumentes
Spiras, atque celer ruit in mea damna superbus.
Audijt vt Cœtus gemitus, vocesque precantis,
Præbuit auxilium, veloxque trementia sepsit
Corpora; sed species apparet nulla Draconis;
Aspicit at miserum pænitantem, & multa loquentem:
Mox ad Tecta ferunt: ipse at parere Parenti
Spondet, nec sacris prorsus se effundere portis.
Quippè preces patriæ maculosi spectra Colubri
Opposuere sibi, cultas quia deserit Ædes.

CAPVT XXIX.

Quemadmodum infantem elephantino morbo laborantem sanauit.

I

SEd neque hoc silendum puto, quod illustri viro Abdomio narrante cognoui: Qui aiebat Patris sui puerum morbo elephantino fuisse correptum, itaut iam pilis cadentibus cutis intumesceret.

TE-

TETRASTICHON XXIX.

Putris arat scabies Puerum, pellemque flagellat,
Intus & exundans corpora pestis edit.
Fert Benedictus opem, crustasque repellit inertes;
Arte carens omni dextra, dat Artis opes.

PARAPHRASIS.

1

Quis non Pierio tollat miracula cantu,
Fama, per ora virum volitans, quæ prodit in Orbem?
En Puer, inuasit morbi quem lurida tabes,
Affixitque solo vultus, languente colore,
Iamque capillorum spoliauerat ora decore,
Et macies ægros Pueri decoxerat artus.
Horrida iam sanies pellem morientis arabat;
Et crescente lue, occultus iam proditur hostis.

2

Cumque increscente sanie occultari non posset; ad Virum Dei ab eodem Patre missus est, & saluti pristinæ sub omni celeritate restitutus est.

2

Præsul anhellantis despectans corpora Nati
Cælicus, arcet ope æthærea tetra agmina morbi,
Lethalemque luem, torquentem & viscera pestem.
Nam subitò teneri florescunt corpora Ephebi;
Et iuuenile iubar, reduces à funere vires

Excitat, & pulsæ redeunt primordia lucis.
Membra color vestit: pingit quoque purpura malas,
Cæsariesq. caput decorat, frontemq. venustam.
Redditur incolumis (mirum) Genitoris ocellus
Visceribus patrijs: dignas pro munere grates
Obtulit, in laudes & Præsulis ora resoluit.

CAPVT XXX.

Quomodo inuenta miraculosè pecunia, honestum quendam virum debitoris exactione leuauit.

I

NEque illud taceam quod eius discipulus Peregrinus nomine narrare consueuerat, quia die quadam fidelis Vir quidam necessitate debiti compulsus, vnum sibi fore remedium credidit, si ad Virum Dei pergeret, & quæ eum vrgeret debiti necessitas indicaret. Venit itaq. ad Monasterium, Omnipotentis Dei famulum reperit; quod à creditore suo pro duodecim solidis grauiter affligeretur indicauit. Cui Venerabilis Pater, nequaquam se habere duodecim solidos respondit, sed tamen eius inopiam blanda locutione consolatus, ait; vade, & post biduum reuertere, quia deest hodie quod tibi debeam dare.

TETRASTICHON XXX.

Flebat obæratus, Vir quem tristis egestas,
Diues & aduersa fœnoris arte premit.
Subuenis afflictæ, Benedicte, numismate menti,
Et paris optatas, pauper egenus opes.

PARAPHRASIS.

1

Non hic prætercam, quod tu (Peregrine) solebas
Prodere, cum patrios iactabas voce Triumphos,
Olim pauper, egens, alienoque ære ligatus,
Afflictos animos, quos acta pecunia torquet,
Signifero Heroi ferat vt solatia, pandit.
Ergo celsa petit magni Penetralia Patris;
Sollicitet quantum importuni creditor æris
Corda viri, repetens duodeni credita nummi
Exprimit: ille refert mentis sepone timores,
Namque dies animi succurret crastina curis.

2

In ipso autem biduo, more suo in oratione fuit occupatus. Cum die tertio, is, qui necessitate debiti affligebatur redijt, super arcam Monasterij, quæ erat frumento plena, subito tredecim solidi sunt inuenti. Quos Vir Dei deferri iussit, & afflicto petitori tribuit dicens, vt duodecim redderet, & vnum in expensis proprijs haberet.

Excitat, & pulsæ redeunt primordia lucis.
Membra color vestit: pingit quoque purpura malas,
Cæsariesq. caput decorat, frontemq. venustam.
Redditur incolumis (mirum) Genitoris ocellus
Visceribus patrijs: dignas pro munere grates
Obtulit, in laudes & Præsulis ora resoluit.

CAPVT XXX.

Quomodo inuenta miraculosè pecunia, honestum quendam virum debitoris exactione leuauit.

I

NEque illud taceam quod eius discipulus Peregrinus nomine narrare consueuerat, quia die quadam fidelis Vir quidam necessitate debiti compulsus, vnum sibi fore remedium credidit, si ad Virum Dei pergeret, & quæ eum vrgeret debiti necessitas indicaret. Venit itaq. ad Monasterium, Omnipotentis Dei famulum reperit; quod à creditore suo pro duodecim solidis grauiter affligeretur indicauit. Cui Venerabilis Pater, nequaquam se habere duodecim solidos respondit, sed tamen eius inopiam blanda locutione consolatus, ait; vade, & post biduum reuertere, quia deest hodie quod tibi debeam dare.

TE-

TETRASTICHON XXX.

Flebat obærratus, Vir quem triſtis egeſtas,
Diues & aduerſa fœnoris arte premit.
Subuenis afflictæ, Benedicte, numiſmate menti,
Et paris optatas, pauper egenus opes.

PARAPHRASIS.

1

Non hic prætercam, quod tu (Peregrine) ſolebas
Prodere, cum patrios iactabas voce Triumphos,
Olim pauper, egens, alienoque ære ligatus,
Afflictos animos, quos acta pecunia torquet,
Signifero Heroi ferat vt ſolatia, pandit.
Ergo celſa petit magni Penetralia Patris;
Sollicitet quantum importuni creditor æris
Corda viri, repetens duodeni credita nummi
Exprimit: ille refert mentis ſepone timores,
Namque dies animi ſuccurret craſtina curis.

2

In ipſo autem biduo, more ſuo in oratione fuit occupatus. Cum die tertio, is, qui neceſſitate debiti affligebatur rediijt, ſuper arcam Monaſterij, quæ erat frumento plena, ſubito tredecim ſolidi ſunt inuenti. Quos Vir Dei deferri iuſſit, & afflicto petitori tribuit dicens, vt duodecim redderet, & vnum in expenſis proprijs haberet.

2

Ire, redire iuuat, lux vt ferat omnia votis.
Intereà precibus Cœlestia culmina pulsat.
Tertia sidereum cum lux exornat Olympum,
Limina Pauper adit, nec spe fraudatus amica,
Nam super oppletam Cereali munere capsam,
Cernitur æs miseri quod debita soluet egeni,
Atque vno maius: mox omnia porrigit illi;
Bis sex Præsul (ait) iustè, Vir redde petenti;
Pauperiemque domus aucta solare moneta.

CAPVT XXXI.

Quonam pacto quendam, qui venenum ebiberat, sanum, & liberum reddidit.

I

QVidam vir grauissima aduersarij sui æmulatione laborabat. Cuius ad hoc vsque odium prorupit, vt ei nescienti in potum venenum daret. Qui quamuis vitam auferre non valuit, cuius tamen colorem mutauit, itaut diffusa in corpore eius varietas lepræ morem imitari videretur.

TETRASTICHON XXXI.

Pressa veneniferis hærebant viscera succis,
Lambebantque Viri lurida damna cutem.
Restituit membris Benedicti dextra vigorem,
Et sinè vi medica, fit medicina manus.

PARAPHRASIS.

1

AEmula dextra virum verbis, odijsque lacessit,
Agglomeratq. dolos, falsæ & dicteria linguæ,
Insidiasque parat; versutus qualiter Auceps,
Pennigeris auibus pedicas, nexusq plagarum
Apparat, atq. feras haud cessat mille fugaces
Artibus auferre, infenso vel fallere visco.
Insontes odij strauit nec machina vultus.
Hostis vt in cursum iam retia multa parasse
Adspicit, ad cyathi lethali mixta liquore
Pocula confugiens, infecit membra venenis.
Haud rabidum virus vitalia fila refregit,
Horrida sed scabies latè diffusa per artus,

2

Sed ad Dei hominem deductus salutem pristinam citius recepit. Nam mox vt eum contigit omnem cutis illius varietatem fugauit.

2

Intumet; ipsa gemmas imitatur & vlcere lepram.
Dum maculis iam corpus arat, vitioq. cruentat.

Antè pedes Sancti Genitoris sistitur æger;
Cœlite qui postquam languentia corpora dextra
Contigit, orta lues afflictos deserit artus.
Florescitque cutis, niueum vestitque colorem;
Purpureusq. rubor geminata corallia vultus
Occupat, & maciem, morbumque repellit inertem.

CAPVT XXXII.

Quomodo vitreum vas oleo plenum per fenestram præcipitari iussit, & illæsum est compertum.

I

EO quoque tempore, quo alimentorum inopia Campaniam grauitèr affligebat, Vir Dei, diuersis in gentibus Monasterij sui cuncta tribuerat, vt penè nihil in Cellario, nisi parum quid olei in vitreo vase remaneret. Tunc quidam Subdiaconus Agapitus nomine aduenit, magnoperè postulans, vt sibi aliquantulum olei daret. Vir autem Domini, qui cuncta decreuerat in terra tribuere, vt in Cœlo omnia reseruaret, hoc ipsum parum quod remanserat olei,

TE-

TETRASTICHON XXXII.

Rupibus ex altis plenum vas pinguis olini
Proiectum, haud casus tristia damna tulit.
Quam seruare fidem Genitori spreuit Alumnus,
Seruat oliuiferis Amphora diuitijs.

PARAPHRASIS.

1

Euboicas olim Cæli inclementia fruges
Decoxit; nam pingue solum renuebat aristas
Reddere, & Æmonij fragrantia dona Lyæi.
Lurida namq. fames cunctas afflixerat Vrbes,
Gustur & impastum suspiria mæsta trahebat,
Vndique corporibus solatia certa requirens.
Dux, inopum Custos, Benedictus, cuncta petenti
Contulerat, resonent inhiantia viscera plebis;
Nullaq. mox onerant Natorum fercula mensam.
Nam dare cuncta Parens in terris largior imbre
Sueuerat, agglomerans Cælestibus omnia regnis.
Amphora adhuc latices olea seruabat agrestis,

2

iussit petenti dari. Monachus verò qui Cellarium tenebat, audiuit quidem iubentis verba, sed implere distulit. Cumque post paululum, si id quod iusserat datum esset inquireret, respondit Monachus se minime de-

dedisse, quia si illud ei tribueret, omninò fratribus nihil remaneret. Tunc iratus illis præcepit, vt hoc ipsum vas vitreum, in quo parum olei remansisse videbatur, per fenestram proijcerent, ne in Cella aliquid per inobedientiam remaneret. Factum est ita. Sub fenestra autem eadem ingens præcipitium patebat saxorum molibus asperum. Proiectum itaq. vas vitreum venit in saxis, sed sic mansit incolume, ac si proiectum minimè fuisset, itaut neque frangi, neque oleum effundi potuisset. Quod Vir Dei præcepit leuari, atq. vt erat integrum petenti tribui.

2

Et pius hoc Heros Monacho concessit egenti;
Promus at imperio renuit parere Magistri,
Distulit, hinc tardus, socio indulgere roganti.
Scitatur Senior, num prouidus acta Minister
Ordine complerit; se iussa capescere Patris
Posse negat; nam Tecta manent viduata liquore
Palladis, & vexat sacros penuria fratres.
En subitò irarum voluens in pectore flammas,
Proijcere è specula vitreum vas dulcis oliui,
Sancta reluctantis quicquam ne Claustra viderent
Mentis, magne iubes Pater: haud mora, iussa retardat.
At locus è specula præruptus in ima dehiscens
Cernitur; hic rupes saxorum mole rigentes,
Dissita præcipiti perstringunt lumina visu.

Ecce

Ecce ampulla ruit, valido pellente lacerto,
Subdita saxa tenens, pēdenti in marmore sedit,
Nec subiti sensit damnata pericula casus;
Namq. intacta manet nullo fluitante liquore.
Protinus hanc iussit fratres deferre Magister,
Incolumemque dari, lychni fomenta petenti.

3

Tunc collectis fratribus, inobedientem Monachum de infidelitate sua, & superbia coram omnibus increpauit.

3

Præterea Senior, repletus lumine Diuum,
Concilium acciri Cœtus, totamque Cateruam
Mandat, & obstantes animos, mentemque rebellem
Corrigit, infidi trepidantiaque ora Ministri.
Cur tua decepit stygius præcordia Præses?
Prouidus immensa qui dirigit omnia cura
Omnipotens Rector, prębens animalibus escam;
Ardua quiq. simul, modica & discrimine nullo
Digerit, & tristi pariter succurrit egeno,
Abnuet afflictæ sua dona parare Cohorti?
Quam iuuat excelsę munus dignoscere dextræ,
Iam solitæ innumeros opibus ditare maniplos?
Assidua quantum cura soletur ouile
Pastor, inexhaustis, & nutriat agmina donis?
Vanos pone metus: lapsis confidere rebus
Profuit, & vigilem Patris sperare salutem,
Sit licet extremis virtus agitata periclis.
Astibus ergo hostis, Ditique resistite, Nati,
Et vosmet regnis, læti seruate supremis.

CA-

CAPVT XXXIII.

Quemadmodum ex vase vacuo fecit orando, vt exuberaret oleum abundanter.

I

QVa increpatione completa, se se cum ijsdem fratribus in orationem dedit. In eo autem loco vbi cum fratribus orabat, vacuum erat ab oleo dolium, & coopertum. Cumque Sanctus Vir in oratione persisteret, cœpit operimentum eiusdem dolij oleo excrescente subleuari. Quo commoto, atq. subleuato oleum quod excreuerat, ora dolij transiens, pauimentum loci in quo incubuerat inundabat. Quod Benedictus Dei famulus, vt aspexit, protinus orationem compleuit, atque in pauimentum oleum fluere cessauit. Tunc diffidentem, inobedientemque fratrem latius admonuit, vt fidem habere disceret, & humilitatem. Idem verò frater salubriter correptus erubuit, quia Venerabilis Pater virtutem Omnipotentis

TE-

TETRASTICHON XXXIII.

Dum votis onerat Præsul conuexa Polorum,
Palladis exuperat dolia plena liquor.
Funditur excrescens oleum: deferueat ardor
Orantis, sistet tunc sua dona Polus.

PARAPHRASIS.

I

Dixit, & vnanimi supremum Numen adorant
Pectore, & ingeminant largo suspiria fletu.
Hic vbi corda preces concordi fœdere promunt,
Vas olei vacuum (quod scilicet vndiq; clausum,
Vix aer terebrat, per aperta foramina pergens)
Cernitur; orat adhuc Heros, & supplice vultu
Vocibus indulget, flammas sub pectore voluens,
Diuinasque faces, & amica incendia cordis.
Hinc liquor excrescens (mirum) viridantis oliuæ,
Obstantesque seras, tectique foraminis intus
Eleuat, & vasis spiramina clausa recludit.
Humor iam exsuperans instrata Asarota tegebat.
Palladios latices succrescere vt audit amicus
Numinis Aetherei; soboli data meta precanti;
Crescentes riuos, & Cœli dona coercet.
Flammeus at Præsul, diuino percitus æstu,
Latius ore petit rigidi temeraria Promi
Facta, fidemque breuem mentis; frontemque superbam.

Eru-

Erubuere genæ, correptaque corda Ministri;
Et didicit recto deinceps incedere gressu,
Pauper, & in summa Patris confidere dextra,
Elatumque animum, & voces frænare protervas.

2

Domini, quam admonitione intimauerat, miraculis ostendebat. Nec erat iam vt quisquam de eius promissionibus dubitare posset, quia in vno eodemque momento, pro vitreo vase penè vacuo plenum oleo dolium reddidisset.

2

Obstupuere viri; patriæ miracula mentis
Mirati, trepida cordis caligine tersa;
Mox capere fidem sancto præstare Parenti,
Palladio impleuit cum grandia dolia succo,
Exiguamque penum, donis cumulauit opimis.

CAPVT XXXIV.

Quo pacto Monachum à Dæmone possessum sanum reddiderit.

I

QVadam die cum ad B. Ioannis oratorium, quod in ipsa Montis celsitudine positum est, pergeret, ei antiquus hostis in Mulomedici specie obuiam factus est, cornu, & tripedica ferens. Quem cum requisisset dicens, quo vadis; ille respondit. Ecce ad Fra-

Fratres vado, potionem eis dare. Itaque perrexit Venerabilis Benedictus ad orationem, qua completa concitus rediјt. Malignus vero spiritus vnum seniorem Monachum inuenit aquam haurientem, in quem statim ingressus est, eumque in terram proiecit, & vehementissimè vexauit.

TETRASTICHON XXXIV.

Corripuit stygius Monachi Podalirius artus,
Inferna quatiens subdita membra manu.
Corporis obsessa Ditem deturbat ab Arce,
Artibus obsistens Dæmonis, arte Pater.

PARAPHRASIS.

I

Struxerat in rigida sublimis Rupe Casini,
Vertice vbi superi ferit æthera celsa Tonantis
Limina Zacharidæ Senior. Cum pergeret illuc,
Occurrit Patri sæuus Phlegetontis Alumnus,
Signa ferens Medici, gerulis qui Pharmaca Mulis
Propinat; pedica, cornuq; grauatus adunco.
Extemplò Præsul causam scitatur eundi:
Rettulit ille: tuis porto medicamina Natis.
Nursius intereà Heros celsa cacumina scandit,
Pronus, & ædiculæ venerandum limen adorat;
Mox, prece completa, festinus Claustra reuisit.
Ecce Erebi Fratris senioris membra Machaon
Presserat, & diro torquebat corpora nisu.

Ceu

Ceu Lupus aggreditur mollis cum terga iuuencæ,
Imbellis premitur ferali Bucula rictu,
Sollicitus donec raptoris detegat iras,

2

Quem cum Vir Dei ab oratione rediens tam crudeliter vexari conspiceret, ei solummodo alapam dedit, & malignum ab eo spiritum protinus exclusit, ita vt ad eum redire vlterius non auderet.

2

Pastor, & audacis prædonis furta retundat.
Sic Pater, adueniens, fraudes vt spectat Auerni,
Crudelesq. hostis motus agitantis Alumnum,
Illius ora petit medico tunc verbere dextræ,
Bacchantemque Lupum, stygium detrudit ad Orcum,
Obsessæque manu dissoluit vincula mentis.

CAPVT XXXV.

Qualiter Rusticum vinctum miserabiliter aspiciendo solum eius vincula dissoluit.

1

GOthorum quidam Zalla nomine perfidiæ fuit Arrianæ; qui Totilæ Regis eorum temporibus contra Catholicos Ecclesiæ religiosos viros ardore imanissimæ crude-

crudelitatis exarsit: itaut quisquis ei Clericus, Monachusue ante faciem venisset, ab eius manibus viuus nullo modo exiret. Quadam vero die auaritiæ suæ æstu succensus in rapinam rerum inhians, dum quendam Rusticum tormentis crudelibus affligeret, eumque

TETRASTICHON XXXV.

Dirus auaritia compulsus Zalla, reuinxit
Agricolam, donec proderet æris opes.
Præsulis aspectus nectentia lora refregit,
Luminaque obstricto sunt pia, sica viro.

PARAPHRASIS.

I

Vir quondam immanis, Gothica de gente creatus,
Christiadis, sacrisque viris infensior hostis,
Hæreseos tenebris scelerati immersus Arÿ,
Agmen & hunc Plebis Zallam cognomine dicit.
Dum Totila Ausonios fines, & sceptra teneret
Imperÿ, Christi furibunda mente Clientes
Insequitur, manibus cupiens euertere Gentes
Emeritas, superum & sanctos temerare Penates.
Syluicolas sacros, & Limina dia tuentes,
Assiduis odÿs, furialique ense trucidat.
Hic & auaritiæ flamma succensus iniqua,
Diuitÿs inhians; aurique cupidine raptus,

Arti-

Artibus Autholici tristes populatur Agrestes.
Militis in rabidas infelix incidit iras
Rusticus; hunc laqueis, nodosa & cannabe
cinctum

per supplicia diuersa laniaret: victus pœnis rusticus se se, & res suas Benedicto Dei famulo comendasse professus est, vt dum hoc à torquente creditur suspensa interim crudelitate ad vitam horæ raperentur. Tunc idem Zalla cessauit tormentis rusticum affligere, sed eius brachia loris fortibus astringens, antè equum suum cœpit impellere, vt quis esset Benedictus, qui eius res susceperat demonstraret. Quem ligatis brachijs rusticus antecedens duxit ad sancti Viri Monasterium, cumque antè ingressum Cellæ solum sedentem reperit, & legentem. Eidem autem subsequenti, & sæuienti Zallæ rusticus dixit. Ecce iste est de quo dixeram Benedictus Pater. Quem cum feruido spiritu, & peruersæ mentis insania fuisset intuitus, eo terrore quo consueuerat acturum se existimans, magnis cœpit vocibus clamare, dicens:

Torsit, & horrisono vinclorum verbere carnes
Tergaq. proscindit, geminata rotante lacerto
Lora, cruentatis crebro sub vulnere membris.
Tunc vir, pœnarum rabido crescente dolore,
Dum flagra dira sonant, & sanguinis imbe
inundat,

Bar-

Barbarici pietas nec mollit corda furoris:
Desine (Agrestis ait) torquere insontis egeni
Corpora; diuitias celat nam Nursius Heros,
Omnia tam fido iam sub Custode reliqui.
Tunc suspensa fides flagrorum damna coercet,
Protraxitque miser pereuntis stamina vitæ.
Dira Gothi rabies strinxit sed fune Coloni
Brachia, iussit Equi tandem præuertere gressus,
Conscius vt Patris fieret, bona tectaq; potitus.
Rusticus Alipedem præcedere cogitur Hostis,
Cannabe præcinctus, geminoque volumine ferri.
Post iter; Herois tetigere iugumque, laresque;
Vestibulum antè ipsum, sanctum inuenere sedentem
Ambo Senem, gemina lustrantem luce libellum.
Vinctus ait; (Miles) Benedictum conspice Patrem,
Relligione sacrum, nulli pietate secundum.
Ora supercilio Herois lustrare seuero
Cœpit; voce minax, rigida tum fronte superbus:

3

Surge, surge, & res istius rustici redde quas accepisti: ad cuius vocem vir Dei protinus oculos leuauit à lectione, eumque intuitus; mox etiam rusticum qui ligatus tenebatur attendit. Ad cuius brachia cum oculos deflexisset, miro modo tanta se celeritate cœperunt illigata brachijs lora deuoluere, vt dissolui tam concitè nulla hominum festi-

Non Gens indomitas mores sub lege coer
Colla iugoque premens, soli seruire Ton
Cogens, & assiduis animos frænare rebe
[illegible] ac vanas Mundi contemnere lu
[illegible] Plebs obtenebrare noce
Inuidiæ stimulis, stygioque armata vene
In[illegible] mores, quos nulla possidet arte
[illegible] quidam Sancti vicinia Cœtu
[illegible] Erebi dederant prætexere frau
Insontes hominum verbis subuertere me
Tentat anguiferis odijs turbare Parent
Exemplis, & studijs Sanctos agitare soda
[illegible] animos fallaci flectere verbo.

2

Cumque se iam conspiceret eius pro
bus obuiare non posse: & conuersatio
lius opinionem crescere, atque multo
tam vitæ melioris, ipso quoq. opinion
præconio indesinenter vocari: inuid
cibus magis, magisque succensus de
febat: quia conuersationis illius habe
petebat laudem; sed habere laudabil
tam nolebat. Qui eiusdem inuidiæ te
cæcatus; ad hoc vsque perductus est,
uo Omnipotentis Domini infectum v
panem quasi pro benedictione trans
ret, quem Vir Dei cum gratiarum
suscepit, sed eum quæ pestis lateret
non latuit: Ad horam verò refectio
lius ex vicina sylua Coruus venire c
rat, & panem de manu eius acciper
cum more solito venisset, panem que

natione potuissent. Cumque is qui ligatus fuerat cœpisset subitò astare solutus: ad tātæ potestatis vim tremefactus Zalla, ad terram corruit, & ceruicem crudelitatis rigidæ ad eius vestigia inclinans, orationibus se illius commendauit. Vir autem sanctus à lectione minimè surrexit; sed vocatis fratribus, eum introrsus tolli, vt benedictionem acciperet præcepit. Quem ad se reductum, vt à tantæ crudelitatis insania quiescere deberet admonuit.

3.

Redde senex, inquit, bona; iam citò redde Colono
Quidquid in occultum Tecti custodia seruat.
Lumina bina Parens attollit, & ora tuetur
Militis, immoto minitantis membra peterrat
Corpore; mox acie miserum speculatur Agrestem.
En solo intuitu cessere tenacia lora,
Spirarumque rigor subnectere desijt artus,
Laxanturq. manus, Predonis cannabe fracta.
Terruit exemplo Patris alta potentia Zallam,
Expauitque metu, stupidusq. per ora cucurrit
Horror; & excrescens Furis præcordia torsit,
Corruit ante pedes Diui, ceruice reflexa,
Auxiliumque gemens, rogitat, veniamque precatur.
Ille sed immota percurrens fronte libellum,
Intrepidusq. manens, subsellia prima tenebat.
Prǽtereà obductum Natorum conuocat Agmen,
Introrsusque trahit Predonem, poplite flexo,
Vt

Vt Crucis accipiat munus, signante lacerto
Robora delapsi generis, columenque salutis.
Cum stetit antè ipsum Miles; tunc ore rigenti:
Cur tam sæua nimis feritas tua corda venenat?
Te Lea, vel Tigris, squallentibus edidit antris
Prædo ferox? rabidis an cincta Megæra colubris.

4

Qui fractus recedens, nil vlterius petere à Rustico præsumpsit, quem Vir Dei, non tangendo, sed respiciendo soluerat.

4

Te nascente, truci circundedit ora lacerto?
Barbara vel pauit si guttura, lacte ferino,
Mater; tu modo Romuleos hic indue mores;
Sola places supero clementia, crede, Tonanti,
Et cordis pietas nullis nocitura Colonis,
Flammis namq. petit, quos tecum insania funsi
Detinet, innocuas cogitque lacessere gentes.
Desine membra viri duris vrgere lupatis
Pauperis, atque oculis mitis te subtrahe nostris;
Sic iubet Omnipotens, vastum qui temperat Orbem;
Fulmine, ni facias, fugium te trudet ad Orcum.
Vocibus his tandem confractus corde satelles
Insanus, stimulis, curisque agitatus anhelis,
Tristis abit, nec opes torti quæsiuit Agrestis,
Lumine, quem soluit Præsul, radioque minaci.

natione potuissent. Cumque is qui ligatus fuerat cœpisset subitò astare solutus: ad tātæ potestatis vim tremefactus Zalla, ad terram corruit, & ceruicem crudelitatis rigidæ ad eius vestigia inclinans, orationibus se illius commendauit. Vir autem sanctus à lectione minimè surrexit; sed vocatis fratribus, eum introrsus tolli, vt benedictionem acciperet præcepit. Quem ad se reductum, vt à tantæ crudelitatis insania quiescere deberet admonuit.

3

Redde senex, inquit, bona; iam citò redde Co-
(lono
Quidquid in occultum Tecti custodia seruat.
Lumina bina Parens attollit, & ora tuetur
Militis, immoto minitantis membra peterrat
Corpore; mox acie miserum speculatur Agre-
stem.
En solo intuitu cessere tenacia lora,
Spirarumque rigor subnectere desijt artus,
Laxanturq. manus, Prædonis cannabe fracta.
Terruit exemplo Patris alta potentia Zal-
lam,
Expauitque metu, stupidusq. per ora cucurrit
Horror; & excrescens Furis præcordia torsit,
Corruit ante pedes Diui, ceruice reflexa,
Auxiliumque gemens, rogitat, veniamque pre-
catur.
Ille sed immota percurrens fronte libellum,
Intrepidusq. manens, subsellia prima tenebat.
Præterea obductum Natorum conuocat Agmen,
Introrsusque trahit Prædonem, poplite flexo,

Vt

Vt Crucis accipiat munus, signante lacerto
Robora delapsi generis, columenque salutis.
Cum stetit antè ipsum Miles; tunc ore rigenti:
Cur tam sæua nimis feritas tua corda venenat?
Te Lea, vel Tigris, squallentibus edidit antris
Prædo ferox? rabidis an cincta Megæra colubris.

4

Qui fractus recedens, nil vlterius petere à Rustico præsumpsit, quem Vir Dei, non tangendo, sed respiciendo soluerat.

4

Te nascente, truci circundedit ora lacerto?
Barbara vel pauit-si gustura, lacte ferino,
Mater; tu modo Romuleos hic indue mores;
Sola places supero clementia, crede, Tonanti;
Et cordis pietas nullis nocitura Colonis,
Flammis namq. petit, quos caeca insania fusti
Detinet, innocuas cogitque lacessere gentes.
Desine membra viri duris vrgere lupatis
Pauperis, atque oculis mitis te subtrahe nostris;
Sic iubet Omnipotens, vastum qui temperat Orbem;
Fulmine, ni facias, stygium te trades ad Orcum.
Vocibus his tandem confractus corde satelles
Insanus, stimulis, curisque agitatus anhelis,
Tristis abit, nec opes sorti quæsiuit Agrestis,
Lumine, quem soluit Præsul, radioque minaci.

natione potuissent. Cumque is qui ligatus fuerat cœpisset subitò astare solutus: ad tātæ potestatis vim tremefactus Zalla, ad terram corruit, & ceruicem crudelitatis rigidæ ad eius vestigia inclinans, orationibus se illius commendauit. Vir autem sanctus à lectione minimè surrexit; sed vocatis fratribus, eum introrsus tolli, vt benedictionem acciperet præcepit. Quem ad se reductum, vt à tantæ crudelitatis insania quiescere deberet admonuit.

3

Redde senex, inquit, bona; iam citò redde Colono
Quidquid in occultum Tecti custodia seruat.
Lumina bina Parens attollit, & ora tuetur
Militis, immoto minitantis membra peruerrat
Corpore; mox acie miserum speculatur Agrestem.
En solo intuitu cessere tenacia lora,
Spirarumque rigor subnectere desijt artus,
Laxanturq. manus, Prædonis cannabe fracta.
Terruit exemplò Patris alta potentia Zallam,
Expauitque metu, stupidusq. per ora cucurrit
Horror; & excrescens Furis præcordia torsit,
Corruit ante pedes Diui, ceruice reflexa,
Auxiliumque gemens, rogitat, veniamque precatur.
Ille sed immota percurrens fronte libellum,
Intrepidusq. manens, subsellia prima tenebat.
Prætereà obductum Natorum conuocat Agmen,
Introrsusque trahit Prædonem, poplite flexo,

Vt

Vt Crucis accipiat munus, signante lacerto
Robora delapsi generis, columenque salutis.
Cum stetit antè ipsum Miles; tunc ore rigenti?
Cur tam sæua nimis feritas tua corda venenat?
Te Lea, vel Tigris, squallentibus edidit antris
Prædo ferox? rabidis an cincta Megæra colubris.

4

Qui fractus recedens, nil vlterius petere à Rustico præsumpsit, quem Vir Dei, non tangendo, sed respiciendo soluerat.

4

Te nascente, truci circundedit ora lacerto?
Barbara vel pauisti gustura, lacte ferino,
Mater; tu modo Romuleos hic indue mores;
Sola placet supero clementia, crede, Tonanti;
Et cordis pietas nullis nocitura Colonis,
Flammis namq. petit, quos cæci insania furti
Detinet, innocuas cogitque lacessere gentes.
Desine membra viri duris vrgere lupatis
Pauperis, atque oculis mitis te subtrahe nostris;
Sic iubet Omnipotens, vastum qui temperat Orbem;
Fulmine, ni facias, Stygium se trudet ad Orcum.
Vocibus his tandem confractus corde satelles
Insanus, stimulis, curisque agitatus anhelis,
Tristis abit, nec opes torti quæsiuit Agrestis,
Lumine, quem soluit Præsul, radioque minaci.

natione potuissent. Cumque is qui ligatus fuerat cœpisset subitò astare solutus: ad tātæ potestatis vim tremefactus Zalla, ad terram corruit, & ceruicem crudelitatis rigidæ ad eius vestigia inclinans, orationibus se illius commendauit. Vir autem sanctus à lectione minimè surrexit; sed vocatis fratribus, eum introrsus tolli, vt benedictionem acciperet præcepit. Quem ad se reductum, vt à tantæ crudelitatis insania quiescere deberet admonuit.

3.

Redde senex, inquit, bona; iam citò redde Co- (lono
Quidquid in occultum Tecti custodia seruat.
Lumina bina Parens attollit, & ora tuetur
Militis, immoto minitantis membra peterrat
Corpore; mox acie miserum speculatur Agre-
stem.
En solo intuitu cessere tenacia lora,
Spirarumque rigor subnectere desijt artus,
Laxanturq. manus, Prædonis cannabe fracta.
Terruit exemplò Patris alta potentia Zal-
lam,
Expauitque metu, stupidusq. per ora cucurrit
Horror; & excrescens Furis præcordia torsit,
Corruit ante pedes Diui, ceruice reflexa,
Auxiliumque gemens, rogitat, veniamque pre-
catur.
Ille sed immota percurrens fronte libellum,
Intrepidusq. manens, subsellia prima tenebat.
Præterea obductum Natorum conuocat Agmen,
Introrsusque trahit Prædonem, poplite flexo,

Vt

Vt Crucis accipiat munus, signante lacerto
Robora delapsi generis, columenque salutis.
Cum stetit antè ipsum Miles; tunc ore rigenti:
Cur tam sæua nimis feritas tua corda venenat?
Te Lea, vel Tigris, squallentibus edidit antris
Prædo ferox? rabidis an cincta Megæra colubris.

4

Qui fractus recedens, nil vlterius petere à Rustico præsumpsit, quem Vir Dei, non tangendo, sed respiciendo soluerat.

4

Te nascente, truci circundedit ora lacerto?
Barbara vel pauit si gutture, lacte ferino,
Mater; tu modo Romuleos hic indue mores;
Sola placet supero clementia, crede, Tonanti;
Et cordis pietas nullis nocitura Colonis,
Flammis namq. petit, quos cæca insania furti
Detinet, innocuas cogitque lacessere gentes.
Desine membra viri duris vrgere lupatis
Pauperis, atque oculis mitis te subtrahe nostris;
Sic iubet Omnipotens, vastum qui temperat Orbem;
Fulmine, ni facias, Stygium te trudet ad Orcum.
Vocibus his tandem confractus corde satelles
Insanus, stimulis, curisque agitatus anhelis,
Tristis abit, nec opes torti quæsiuit Agrestis,
Lumine, quem soluit Præsul, radioque minaci.

CAPVT XXXVI.

Quomodo infantem cuiusdam rustici iam mortuum exsuscitauit.

I

QVadam die cum fratribus ad agri opera fuerat egressus, quidam vero Rusticus defuncti filij corpus in vlnis ferens orbitatis luctu æstuans,

TETRASTICHON XXXVI.

Stamina ferali quæ fregerat vngue Puelli
Parca ferox, reuocat Nursius ore Senex;
Voluit vt ad Superos flammatæ incendia mentis,
Debilis, indomitæ proripit arma Deæ.

PARAPHRASIS.

I

Signifer Ausonius, Natorum prole sequente,
Arua terens, duro glebas scindebat aratro;
Sic manibus fruges, proprioq. labore parabant.
Rusticus illacrymans, vix & singultibus auram
Ore trahens; Sobolis pallentia membra ferebat,
Innida, quæ teneræ, primo surgente iuuentæ
Germine, Mors rigido dextra resciderat vngue,

ad Mo-

2

ad Monasterium venit, Benedictum Patrem quæsiuit. Cui cum dictum esset, quia idem Pater cum Fratribus in agro moraretur, protinus antè Monasterij Ianuam corpus extincti filij proiecit, & dolore turbatus ad inueniendum Venerabilem Patrem se concitus in occursum dedit. Eadem verò hora Vir Dei ab agri opere cum fratribus reuertebatur, quem mox, vt orbatus Rusticus aspexit, clamare cœpit; redde mihi filium meum; redde mihi filium meum. Vir autem Dei ad hanc vocem substitit dicens; Nunquid ego tibi filium tuum abstuli? Cui ille respondit, mortuus est veni resuscita eum. Quod mox vt Dei famulus audiuit, valde contristatus est dicens. Recedite, fratres, recedite, hæc nostra non sunt, sed Sanctorum Apostolorum; quid nobis onera vultis imponere,

2.

Audierat sancti miracula crebra Parentis;
Fert gressus subitò surgunt vbi Tecta Casini,
Vestigatque Senem, lacrymis suffusus amaris.
Accipit vtque solum duro renouare ligone,
Agminibusque sacris flauas decerpere aristas.
Antè fores posuit Nati puerile cadauer;
Protinus ipse spei fido munimine fultus,
Mollit iter, celeri per prata virentia motu;
Et nihil ignotum, nil deserit irrenolutum;
Subuolat in segetes; nunc huc; modò dexter ab illo

 Tra-

Tramite subsiliens, oculis sata plurima lustrat,
Optatum donec tueatur luce Satorem.
Intereà finem captis imponere rebus
Cœperat, & solitas Præses remeabat ad Arcer;
Cum Pater orbatus, verbis inclamat anhælit,
Redde mihi Natum, mea viscera redde, Ma-
gister.
Obstupuere omnes: tum subsistit arduus Heros;
Postea ad hæc; tibi subduxi num Germen,
Agrestis? *(ruit,*
Ille refert: animam superas transmisit ad au-
Dennò, tu, puero vita da currere metas.
Audijt hæc postquam turbato pectore Præsul,
Pergite iam, Fratres; dorsum cur imparè no-
strum
Pondere comprimitis? bissena Caterua Senatus

3

quæ non possumus portare? At ille, quem nimius cogebat dolor, in sua petitione perstitit, iurans, quod non recederet, nisi eius filium resuscitaret. Quem mox Dei famulus inquisiuit, dicens; vbi est? Cui ille respondit: ecce corpus eius ad ianuam Monasterij iacet. Vbi dum Vir Dei cum fratribus venisset, flexit genua; & super corpusculum infantis incubuit, se seq. erigens ad Cœlum palmas tetendit dicens. Domine non aspicias peccata mea, sed fidem hominis huius, qui resuscitari filium suum rogat, & redde in hoc corpusculum animam quam abstulisti. Vix in oratione verba compleuerat, & egrediente anima, ita corpusculum pueri totum

con-

contremuit, vt sub oculis omnium qui aderant apparuerit concussione mirifica, fremendo palpitasse. Cuius mox manum tenuit, & eum Patri viuentem, atque incolumen dedit.

3

Præstat Apostolici hæc; valet hic rescindere fatum.
Rusticus impatiens, verbis audacibus, infit:
Hic prius Omnipotens adigat me fulmine ad Orcum;
Vel mage, detecto vastæ telluris hiatu,
Opto vias Erebi, caligine circumfusus
Cernere, quam sinè Prole redux inuisere Tectum.
Tum Pater: inuisum nobis reclude cadauer:
Villicus antè fores, inquit, resupina iacere
Corpora Cœnobij; Benedictus vt attigit Aedes;
Se super incubuit, porrecto funere Nati;
Mox stetit, & supplex palmas vtrasq. tetendit:
Numen, ait, ne spectes, Legifer, & Sator Orbis,
Crimina nunc famuli, sed corda, fidemque Coloni,
Qui rogat extincti luces à nocte vocari;
Spiritus (ò Genitor) concessa sedilia linquens,
Pallentes animet vultus, vitamque reducat.
Vix ea dicta Parens expleuit; protinus artus
Contremuere, virum turba spectante, Puelli,
Paulatimque vigor languenti in pectore sedit;
Purpureusque rubor vultus, geminumque labellum

Inficit, ad primam remeant dum corpora vitam.
Præsul at, apprensa dextra, sua pignora Patri
Reddidit; hic digno extollens miracula plausu,
Ad solitas lætus torsit vestigia terras.

CAPVT XXXVII.

Hic incipit vita, & transitus S. Scholasticæ Virginis Sororis suæ; & quomodo oratu intentissimo largissimas induxit pluuias.

I

SOror namque Beatissimi Benedicti Scholastica nomine, Omnipotenti Domino ab ipso infantiæ tempore dedicata: ad eum semel per annum venire consueuerat, ad quam Vir Dei non longè extrà ianuam in possessionem Monasterij descendebat. Quadam vero die venit ex more, atque ad eam cum discipulis venerabilis eius descendit Frater. Qui totum diem in Dei laudibus, sacrisque colloquijs ducentes, incumbentibus iam noctis tenebris simul acceperunt cibos. Cumque adhuc ad mensam sederent, & inter sacra colloquia tardior se hora protraheret;

TE-

TETRASTICHON XXXVII.

Fraternam rogitat dilecta Scholastica mentem,
Vt noctem secum falleret eloquijs.
Quod renuit Frater, largis fert imbribus Æther;
I, nunc, Virgo inquit, mutua verba nega.

PARAPHRASIS.

I.

Virgo erat Angelici germana Scholastica Patris
Nomine, supremo, teneris surgentibus annis,
Virgineis inserta Choris, desponsa Tonanti;
Signiferi obliquo postquam duodena cucurrit
Tramite signa, sonet radio qui Regna nitenti,
Fraternos animos metiri Virgo solebat.
Longe haud à Claustris gratis amplexibus Heros,
Gaudia ruris vbi viridanti germine florent,
Obuia Germanæ præbet solatia menti.
Expectata venit lux: iam Soror anxia Fratris
Nec mora, sollicito molimine Tecta reuisit,
Vultibus optatis consolatura laborem.
Ad loca Vir Domini socia cum prole tetendit.
Mutua quod dederint consortia grata leuamen
Cordibus innocuis; culti nec plectra Maronis;
Nec tuba Mæonij potis est expromere Vatis.
Numinis in laudes lucem comitantur euntem.
Incipit infestas cum Nox obscura tenebras
Soluere, non lautis recreant præcordia ferclis.

Tardior hora ducta, sanctis immixta loquelis

Dona videt mensa; noctis simul Hesperus index.

I

eadem Sanctimonialis fœmina soror eius, eum rogauit dicens: Quæso te, Frater, vt ista nocte me non deseras: vt vsque mane aliquid de Cœlesti vitæ gaudijs loquamur. Cui ille respondit. Quid est quod loqueris soror? manere extra cellam nullatenus possum. Tanta verò erat Cœli serenitas, vt nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autem fœmina, cum verba Fratris negantis audisset; insertas digitis manus super mensam posuit: & caput in manibus Omnipotentem Dominum rogatura, declinauit: Cumque leuaret de mensa caput, tanta coruscationis, & tonitrui virtus, tantaque inundatio pluuiæ erupit, vt neque venerabilis Benedictus;

I

Intereà Virgo: mecum, Germane, soporem
Fallere ne renuas (donec sol lampade noctem
Alterna pellat, tenebrasque nitore flagellet)
Gaudia Cœlicolum voluens, thalamosq. beatos,
Quæ, Soror, ardentem vexat sententia mentem?
Lex vetat exiguum Conclaue relinquere Claustri
Frater, ait; cur sollicitas his corda loquelis?
Emicat innubis blandè indulgentia Cœli,
Auraque somniferis nubes arcere susurris

Gau-

Gaudet, & æthereus telluri prodere gazas.
Sensa soror postquam mærenti retulit aure
Fraterna mentis, consortia sancta negantis;
Implicuit manuum articulos, mensamque lacertis
Comprimit, atque Polum, flexa ceruice, fatigat.
Finierat: subitò rutilus cum flumina vasto
Gurgite præcipitat, disruptis nubibus, Aether.
Horrida tempestas crepitanti verbere terram
Pulsat, & horrifico discindit Tecta fragore.
Ignea flumineis adduntur fulmina lymphis;
Ingenti strepitu totusque reuoluitur Orbis.
Prodigium Cæli, repetitaque fulgura terrent
Fraternos animos, ægris & nexibus arctant,

3

neque Fratres, qui cum eo aderant extra loci limen quo consederant pedem mouere potuissent. Sanctimonialis quippè Fœmina, caput in manibus declinans, lacrymarum fluuium in mensam fuderat, per quas serenitatem aeris ad pluuiam traxit. Nec paulò tardius post orationem inundatio illa secuta est. Sed tanta fuit conuenientia orationis, & inundationis, vt de mensa iam caput cum tonitruo leuaret? quatenus vnum, idemq. esset momentum, & leuare caput, & pluuiam deponere. Tunc Vir Dei inter corruscationes, & tonitrua, atque ingentis pluuiæ inundationem, videns se se ad Monasterium non posse remeare, cœpit conqueri contri-

ſtatus,dicens, parcat tibi Deus omnipotens, Soror: quid eſt quod feciſti? Cui illa reſpondit. Ecce rogaui te, & exaudire me noluiſti; rogaui Deum meum; & exaudiuit me. Modo ergo ſi potes egredere, & me dimiſſa ad Monaſterium recede. Ipſe autem exire

3.

Obtruduntq. viam ſolitas ne tendat ad Arces,
Neue Cohors remeet ſacros fruitura Penates.
Virgô caput flectens, palmis vix velat ocellos;
Imber at effuſus flentis velut ora rigauit;
Aereas potuit ſic Aetheris abdere nubes,
Atque ſerenati recludere lumina Tecti.
Hinc & aquas reſtinguit aquis, hilaratque Polorum
Sidera; mente tonans, commota tonitrua placat;
Fulmina, fulminibus verborum, auertit ab Axe.
Qualiter arboreis conſcendens Ardea ramis,
Aucupis extemplo globulis percuſſa baliſtæ
Decidit, & moriens linquit ſub funere voces;
Nubila tunſa precum lacrymantis taliter ictu,
Haud mora ſecedunt Cœli ſtatione relicta.
Tunc ſacer Antiſtes retrò veſtigia ſenſit
Flectere nec poſſe,inquit; cur ſoror,ore fatigas
Nubila, ſicque trahis, mirè, ad tua vota Caternam?
Ecce (refert) ſuperæ rogitanti contulit Arcis
Rex; mihi quod (Frater) conſtanti mente negaſti.

Innuo

I nunc, optati remoue consortia vultus;
Liber abi; Aeternus Motor nam te imbre retardat.
Legifer hinc Heros, pluuijs oppressus obortis,

4

extrà Tectum non valens; quia remanere spontè noluit in loco, mansit inuitus. Sicque factum est, vt totam noctem peruigilem ducerent; atque per sacra spritualis vitæ colloquia, se se vicaria relatione satiarent.

4

Spontè negans precibus charæ indulgere Sororis,
Cogitur æger adhuc inuitos vertere sensus.
Hinc trahit insomnis monitis Cælestibus horas
Noctis, & eloquij Diuini nectare pascit
Pectora Germanæ, pandens secreta Tonantis.
Cælica sic Virgo, Astrorum spectante Phalange,
Fraternum pectus dijs nutrire loquelis
Gaudet, ab æquoreis donec Sol exerit vndis
Auratum crinem, quo stratos excitat artus.

CAPVT XXXVIII.

De eo, quod Sororis eius Scholasticæ animam vidit in modum Columbæ in Cælum tendentem.

I

CVmque die altero eadem Venerabilis Fœmina ad Cellam propriam recessisset.

set, Vir Dei ad Monasterium rediit. Cum ecce post triduum in Cella consistens, eleuatis in aera oculis, vidit eiusdem sororis suæ animam de corpore egressam, in columbæ specie Cœli secreta penetrare. Qui tantæ eius gloriæ congaudens, Omnipotenti Deo in hymnis,& laudibus gratias reddidit,eiusque obitum fratribus denunciauit. Quos etiam protinus misit, vt eius corpus ad Monasterium deferrent, atque in sepulchro, quod sibi ipsi præparauerat ponerent.

TETRASTICHON XXXVIII.

Dum volat ad superos sub imagine Virgo
Columbæ,
Felicem lustrat lumine Præsul Auem.
I, Soror æterni, dixit, cape lilia Sponsi,
Innuba namque Nurus, Sponsaque perpes eris.

PARAPHRASIS.

I

CRastina flammigeræ cum Lucifer aduehit Orbi
Gaudia lucis, adit sua, læta Scholastica, Tecti
Septa; sacrosq; lares cum Præsule Turba requirit.
Tertia cæruleum lustrauerat orbita Mundum,
Præses in obducto Claustri Conclaue sedebat;
Lumina cum tollens, animam volitare per auras

Vir-

Virginis inspectat, superiq. cacumina Olympi
Scandere; quam niueę velabat forma Columbę.
Illicò supremo, cordis dulcedine grates,
Persoluit Regi, lethumque reuelat Alumnis.
Ite ait, & mecum componite membra Sororis,
Vnà fraterno tumulentur vt ossa sepulchro;

2

Quo pacto contigit, vt quorum mens vna semper in Deo fuerat, eorum quoque corpora nec sepultura separaret.

2

Sic quibus vna fuit rectæ sententia mentis,
Mixta sub obscuro claudantur corpora busto.

CAPVT XXXIX.

Quomodo Mundum vniuersum in vnius solaris radij splendore conspexit.

I

ALio quoque tempore Seruandus Diaconus, atque Abbas eius Monasterij, quod in Campanię partibus à Liberio quondam Patricio fuerat constructum, ad eum visitationis gratia ex more conuenerat; eius quippè Monasterium frequentabat: vt quia idem quoque Vir doctrinæ gratiæ cœlestis affluebat, dulcia sibi inuicem vitæ verba transfunderent, & suauem cibum cœlestis patriæ quia adhuc perfectè gaudendo non pote-

poterant, saltem suspirando gustarent. Cum vero hora iam quietis exigeret, vt membra sopori dari debuissent, in cuiusdam turris superioribus locis, se Venerabilis Benedictus: in eius quoque inferioribus se Seruandus Diaconus collocauit.

TETRASTICHON XXXIX.

Nursius immensum radij sub luce tuetur
  Dux Orbem, nec non ipsius Artificem.
Maxima; iam cedunt paruis; lux alma, tenebris;
  Inque simul spectat fulgere nocte diem.

PARAPHRASIS.

I

Alta petens iterum Seruandus Tecta Casini;
Praesul vbi felix nutrit Campania fruges
Coenobij quondam illustri quod sanguine natus
Liberius statuit; venerandum visere Patrem
Ardet, & obsequio vultus inclinat, & actus.
Saepius ille, libens, optati limen Achatis
Proterit, & studio patrij succensus Olympi,
Innocuam supera pascit dulcedine mentem.
Caelica nam Senior facundae nectare linguae
Dogmata profundens, pectus solatur amici.
Parte sed ex alia Seruandus corda vicissim
Praesulis Ausonij exhilarat, refouetq. loquela;
Namque frui prohibent, hic dum velamina carnis

Gau-

Gaudia Cælituum, saltem suspiria mentem
Tranquillent, superas tellus si denegat Arces.
Intereà terra quoniam ferrugine Mundum
Humida Nox pingit, tacito sociata Sopore,
Inuitat placidæ corda indulgere quieti.
Occupat aeriæ Benedictus culmina turris;
Huius & in medio Seruandi strata iacebant.

2

quo videlicet in loco inferiora superioribus paruus continuabat ascensus. Antè eandem verò Turrim largius erat habitaculum, in quo vtriusq. discipuli quiescebant. Cumq. Vir Domini benedictus, adhuc quiescentibus fratribus instans vigilijs nocturnæ orationis tempora præuenisset: ad fenestram stans, & Omnipotentem Deum deprecans, subitò intempesta noctis hora respiciens, vidit fusam lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse, tantoque splendore clarescere, vt diem vinceret lux illa, quæ in tenebris radiasset. Mira autem valdè res in hac speculatione secuta est; quia, sicut post ipse narrauit, totus etiam Mundus velut sub vno solis radio antè oculos eius adductus est.

2

Inferiora manent illic connexa supremis
Adscensu paruo, fert qui solatia plantis.
Turris & antè fores latum conclaue patebat,
Hinc carpebat ibi geminata Caterua soporem:
Dum Nox atrato terras velamine obumbrat.
Nursius ast Heros noctis praeuenerat horam,

Ven-

Venturasque preces, & grata silentia somno.
Mente Deum cupida, supplex, in vota vocabat,
Cætera dum pubes alta grauitate quietis
Membra sepulta tenens, oblinia cæca ciebat.
Ad speculam stabat, nox intempesta terebat
Aetheris vt medium; subitò lux alma flagellat
Effusas tenebras, & syrmate dissipat vmbras.
Haud minus in nebulis effulsit splendor obortus,
Vnius ac nitidi fax luceat ampla diei,
Emicat aucta magis, medijs quin orta tenebris
Lampas, flamminomos superans Hyperionis ignes.
Hic miranda viri rapiunt miracula mentem.
Luminibus nituere suis collecta sub vno

3

Qui Venerabilis Pater, dum intentam oculorum aciem in hoc splendore coruscæ lucis infigeret, vidit Germani Capuani Episcopi animam in sphera ignea ab Angelis in Cœlum deferri. Tunc tanti sibi testem volens adhibere miraculi: Seruandum Diaconum, iterato bis, terque eius nomine cum clamoris magnitudine vocauit. Cumq. ille fuisset, insolito tanti viri clamore turbatus, ascendit, respexit, partemque iam lucis exiguam vidit. Cui tanto hoc obstupescenti miraculo, Vir Dei per ordinem, quæ fuerant gesta narrauit. Statimque in Casinum Castrum religioso viro Teoprobo mandauit, vt ad Capuanam

Tita-

Titanis radio circum quæ conspicit Orbis,
Quidquid & alta tegunt glomerata volumina gyro.
Cuncta velut modica cernit descripta tabella,
Astra, Polumque, ambiret quidquid & Amphitrite.
Vel quæ tergemini species simulare Trigonis
Assolet, vt parua constringit mole colores,
Cæruleum rubeo iungens, violasq. smaragdis,
Mille theatrali fingens spectacula forma.
Tunc Pater immota dum combibit omnia luce,
Splendorisque faces auido speculatur amore;
En videt è terris librantem ad sidera gressus,
Flammigero inuectam curru, incinctamque Cateruis
Angelicis, animam Capuanæ Antistitis Vrbis.
Facta sed vt socijs, certo cum teste probaret,
Seruandum intereà compellat vocibus vltrò
Terque quaterq. Pater tanto clamore repentè
Territus insolito, citius Penetralia scandit
Celsa Ducis, visamque facem euanescere vidit,
Exiguâ spectauit adhuc effulgere luce.
Omnia mox Heros venienti pandit amico;
Germanique iubet scrutari continuò actus,
Viuat an incolumis; Cælorum an præterat Astra.

4

Vrbem sub eadem nocte transmitteret, & quid de Germano Episcopo ageretur agnosceret & indicaret. Factumque est, vt Reuerendissimum virum Germanum Episcopum, is qui missus fuerat iam defunctum repe-

reperiret, & requirens subtiliter, agnouit eodem momento fuisse illius obitum, quo vir Domini eius agnouit ascensum.

4

Omnia vestigant subtili indagine; tandem
Præsulis agnoscunt obitum, vitæque beatæ
Initium, vigiles horas tetigisse Parentis
Occidui Claustri, validæ sub imagine flammæ,
Æthereos vidit thalamos cum scandere Divum.

CAPVT XXXX.

Quomodo mortis suæ diem prænunciauit, & præsentibus, & absentibus discipulis.

I

EOdem vero anno quo de hac vita erat exiturus, quibusdam discipulis secum conuersantibus; quibusdam longè manentibus sanctissimi sui obitus denunciauit diem; præsentibus indicens vt audita per silentium tegerent; absentibus indicans, quod, vel quale signum fieret, quando eius anima de corpere exiret. Antè sextum vero sui obitus diem aperiri sibi sepulturam iubet. Qui mox correptus febribus,

TE-

TETRASTICHON XXXX.

Proxima promissi sentis dum pręmia Olympi,
Sancte Ser.ex,vitæ & tædia corda tenent.
Agminibus proprijs diuortia sacra recludis,
Mens & ad optatas mortis anhelat opes.

PARAPHRASIS.

1

Iam fessus senio, meritisque grauatus, & annis
Ausonius Præses, labentis ponere carnis
Exuuias ardet, superasque euadere ad Arces.
Vltimus hinc vitæ tandem cum voluitur annus,
Corporis occasum dilectis pandit Alumnis;
Nonnulli longè iam dissita regna colebant;
Altera pars secum socialia Claustra tenebat.
Hos iubet arcanum sub corde obducere lethi;
Signa sed absenti tradit, cum spiritus artus
Deseret, & sedes felicis proteret Aulæ.
Antè dies amplo quam Phæbus sex iubar orbi
Deferat, obscuri reserari limina Busti
Imperat; aduentante febri, prænuncius ardor

2

acri cœpit ardore fatigari. Cumque per dies singulos languor ingrauesceret; sexto die portari se in Oratorium à discipulis fecit, ibique exitum suum Dominici Corporis, & sanguinis perceptione muniuit: atque inter

di-

reperiret, & requirens subtiliter, agnouit eodem momento fuisse illius obitum, quo vir Domini eius agnouit ascensum.

4

Omnia vestigant subtili indagine; tandem
Præsulis agnoscunt obitum, vitæque beatæ
Initium, vigiles horas tetigisse Parentis
Occidui Claustri, validæ sub imagine flammæ,
Aethereos vidit thalamos cum scandere Dinum.

CAPVT XXXX.

Quomodo mortis suæ diem prænunciauit, & præsentibus, & absentibus discipulis.

I

EOdem vero anno quo de hac vita erat exiturus, quibusdam discipulis secum conuersantibus; quibusdam longè manentibus sanctissimi sui obitus denunciauit diem; præsentibus indicens vt audita per silentium tegerent; absentibus indicans, quod, vel quale signum fieret, quando eius anima de corpere exiret. Antè sextum vero sui obitus diem aperiri sibi sepulturam iubet. Qui mox correptus febribus,

TE-

TETRASTICHON XXXX.

Proxima promissi sentis dum pręmia Olympi,
Sancte Senex, vitæ & tædia corda tenent.
Agminibus proprijs diuortia sacra recludis,
Mens & ad optatas mortis anhelat opes.

PARAPHRASIS.

I

IAm fessus senio, meritisque grauatus, & annis
Ausonius Præses, labentis ponere carnis
Exuuias ardet, superasque euadere ad Arces.
Vltimus hinc vitæ tandem cum voluitur annus,
Corporis occasum dilectis pandit Alumnis;
Nonnulli longè iam dissita regna colebant;
Altera pars secum socialia Claustra tenebat.
Hos iubet arcanum sub corde obducere lethi;
Signa sed absenti tradit, cum spiritus artus
Deseret, & sedes felicis proteret Aulæ.
Antè dies amplo quam Phœbus sex iubar orbi
Deferat, obscuri reserari limina Busti
Imperat; aduentante febri, prænuncius ardor

2

acri cœpit ardore fatigari. Cumque per dies singulos languor ingrauesceret; sexto die portari se in Oratorium à discipulis fecit, ibique exitum suum Dominici Corporis, & sanguinis perceptione muniuit: atque inter

di-

discipulorum manus imbecilia membra sustentans, erectis in Cœlum manibus stetit, & vltimum spiritum inter verba orationis efflauit. Qua scilicet die duobus de eo fratribus vni in cella commoranti, alteri autem longius posito reuelatio vnius, atque indissimilis visionis apparuit. Viderunt namque quia strata pallijs, atque innumeris corrusca lampadibus via, recto orientis tramite ab eius cella in Cœlum vsque tendebatur. Cui venerando habitu ...

2

Vrit anhellantes artus, torretque medullas,
Audet & æstiuos, crescens superare calores;
Mox gelidus torquet lethali frigore morbus
Viscera, sicque senis trepidos depascitur artus,
Viribus & stratis mortis denunciat horam.
Tabida cumque lues vires augeret iniquas,
Aeger & ipse animus discrimina dura probaret;
Sexta (fatalis postquam luctamina morbi
Sustinuit) luce inter sacri limina Tecti
Fertur; corpus vbi Domini sub imagine crusti
Sumpsit; iterque parat Cælesti pane refertus.
Natorum Cuneus languentes sustinet artus
Grandæui Patris: hic palmas ad sidera tendit;
Atque preces fundens, animum transmisit ad Astra,
Dulcia lethali precludens lumina somno.
...nc via sublimis, miris ornata tapetis,

Cor-

Cernitur à geminis eiusdem Patris Alumnis;
Hic paruos aditus; at longius arua tenebat
Alter; sed visu pariter dignantur eodem.
Semita lampadibus nitet illustrata corru-
scis,
Exiguosque lares Herois, nectit Olympi
Sedibus Eois; quam Vir grauis asserit vltrò.

3

Vir desuper clarus assistens, cuius esset via quam cernerent inquisiuit. Illi autem se nescire professi sunt. Quibus ipse ait. Hæc est via, qua dilectus domino Cœlum Benedictus ascendit. Tunc itaque Sancti Viri obitum sicut præsentes discipuli viderunt, tam absentes ex signo, quod eis prędictum fuerat agnouerunt. Sepultus vero est in Oratorio B. Ioannis Baptistæ, quod, destructa ara Apollinis ipse construxit. Qui & in eo specu, in quo prius habitauit nunc vsque, si petentium fides exigat, miraculis coruscat.

3

Talia sic Senior, geminis cernentibus, infit:
Quæ via flammigeris splendes radiata pyropis,
Ducit Aniciadum Prolem super Aetherie
Axem.
Vt Soboles præsens; sic & dispersa per Orbem,
Dilecti nouit Genitoris flebile fatum.
Illa quidem signis; hæc verò luce ministra.
Syluicolæ Vati, quod struxerat ipse Sacellum,
Gens vbi sacrilegos referebat Apollini hono-
res,

Ossa

Ossa sinu recipit, gratisque amplectitur vlnis .
Quaeque dedere prius Sancto incunabula Ephebo
Antra, sub excelsa Sublaci horrentia Rupe;
Nunc quoque, si qua fides, populis miracula panduns,

PROTOMARTYR
BENEDICTINVS

LIBRIS QVATVOR
explicatus,

IN QVIBVS ILLIVS ORTVS,
Miracula, & Martyrium
Poeticis luminibus
exornantur.

Google

PROTOMARTYRIS BENEDICTINI.

LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Placidus septennis S. P. Benedicto erudiendus traditur. Futuræ sanctitatis mirandum specimen, adhuc in tenella ætate præbuit. In lacum prolapsus, à Mauro, sicco vestigio aquas premente, incolumis extrahitur. Casini Accola cum S. P. Benedicto factus, ibidem à Tertullo eius Genitore inuisitur. Casinense Cœnobium ab eodem S. Placidi Parente amplis redditibus, ipso annuente, locupletatur.

QVi prius augusti cecini præconia Patris,
Magna pari aggredior Nati miracula cantu;
Ingenuos mores; longæ certamina pugnæ;
Extructosque lares, opibus ditata superbis
Agmina surgentis, celsa sub rupe, Casini.
Nisibus adde meis robur, tu suffice vires
Sancte Parens; si penè sequi vestigia fratris
Moribus haud valeo, modulis tamen acta secutus,
Recludam miranda viris; imitanda Cateruis

Ordiar: in Gnatis lucet Genitoris imago.
Tu Placide, Ausonij generosa propago Quirini,
Tertulli Soboles, Regali sanguine creta;
Magnarum contemptor opum, Trabeæque, Togæque,
Pauper vt eriperes Cœlum meliore triumpho,
Et fieres aliter tecto sub paupere diues,
Illecebras spreßi, quas cæca superbia laudat,
Indicens latio diuortia pupulus Orbi.
Dirige deuotæ mentis resonantia plectra,
Audentemq. Chelyn discordes tendere neruos.
Tu mentem, tu Diue, præi; tu carminis orsa
Euehe, multipliciq. oculos intende labori.
Non mea Castaliæ rapuit præcordia famæ,
Daphnide vel crines ornandi vana cupido;
At cognatus amor, meditataq. facta sequendi
Ardor, inexpletæ referens solatia menti.
Orbis apex, domitrixque Maris, Regum inclyta sedes,
Cuius ad imperium ceruicem flectit Auerni
Rector, & impauidi nectuntur colla Tyranni.
Quæque Duces terris, Heroas donat Olympo,
Seruatur quorum Rupes Tarpeia Triumphis
Axis, vbi Cœtus viget immortalis Auorum;
Præbuit hæc Placido vitalis pocula lucis
Roma, ibi Tertullus subsellia prima tenebat
Illius Genitor, latiæ velut Arbiter Arcis,
Atque leuamen erat, nulli pietate secundus;
Diuitijs solitus proprijs succurrere egenis,
Plebs nimio hunc Patrem patriæ clamore vocabat.
Non hic thesauros latitare sinebat in arce,
Nec

Nec scrobibus damnabat opes, haud flaua metalli
Pondera visceribus solitus praecludere terrae,
Fusior imbre magis; sed corda famelica gaudet
Exhilarare cibis, & opem conferre labanti.
Hinc inopum numerosa Cohors sua tecta frequentans,
Pauperie excussa proprias remeabat ad Ædes.
Argento hunc onerat; donis cerealibus illum;
Virgineum resonet plus aequa dote pudorem;
Solaturque Nurus viduatas sorte Mariti,
Sic nec heri partes, Promi sed munera tractat.
Hoc census augere fuit, cumulareque gazas.
Quatuor Augusta de Coniuge Pignora sumpsit,
Nobilibus latura decus Proauis, superAstraq.
Euectura Genus, specimenq. futura Parentum.
At primum Placidus Genitricis claustra reliquit;
Hanc Victorinus gemina de Prole Parentem
Fecit, & ipse nouo cumulauit gaudia partu;
Tertius Eutychius faecunda prodit ab aluo;
Flania materni praeclusit viscera ventris.
His ditauit humum, nec non decorauit Olympum,
Progeniem referens superis, terraeq. verendam.
Maior at excrescens Placidus, cum lacte bibebat
Innocuos mores, studiumq. Poli, esset ephebus
Quamuis, deliciis auctus, luxuque Paterno;
Indicium ingenitae dotis, seniique gerebat
Ingenua sub fronte; decus transcenderat æuum.
Vix gressus formare potis, pietatis vt actus

Exequitur, primæ voluens documenta salutis.
Cœperat Ausoniam Benedicti fama per Vrbem
Ingenti vulgare tuba Patris ardua facta.
Viueret ille licet sub opaca inglorius Antro,
Proditur ecce tamen, tacitæque silentia vocis
Rumpit, & exempli clangoribus omnia complet.
Nulla diù in tenebris degit sinè nomine virtus.
Iam Pater expleto primæ trieteridis anno;
Sol velut eois dùm vultus exerit vndis,
Luminis aurato collustrans syrmate Mundum,
Cuncta trahit, læto exhilarans præcordia vultu;
Sic ille, haud aliter, speleai caute relicta,
Virtutum radios recludens, corda reuulsit,
Attraxitque simul. multi dulcedine capti
Colla Magisterij sub vinclo haud spontè recusant
Flectere, vt eloquij valeant haurire liquorem.
Hinc subitò extruxit duodena in rupibus altis
Limina, præclaris præbentia Tecta Cateruis,
Præruptis Sublacus vbi sua mœnia iactat.
Tertullus postquam accepit quæ Præsul agebat
Syluicola, & quantos circùm allexisset Alumnos,
Virtute æquali Vati, qui Regis Olympi
Prodidit aduentum humanæ sub tegmine formæ.
Ardua namque trahens ieiunia Rupis in aluo
Horrificis artus spinis, crudoque flagello
Subdiderat carnes animo, sensusque rebelles
Cœlicus orator Benedictus, cultor & Antri.

Vt

Vt bibit hæc Heros latius, comitatus, habenas
Alipedis quassans, gemmis ornatus & auro,
Deuia vestigat sancti Magalia Patris.
Hunc Placidus septennis adhuc, vultuque tenellus
Subsequitur, famulis stipatus, & Agmine longo
Excelsorum Equitum, Imperij quos educat Aula.
Nouit vt accessum venientum Nursius Heros,
Protinus occurrit Cœtu sociatus: at Hospes
Romuleus lustrans venerabilis ora Parentis,
Sistere Cornipedem iussit, terrisque volutus,
Imbre madens, vultus Benedicti pronus adorat,
Miratusque viri effigiem, frontisque benignæ
Lumina, funde preces, inquit; placare Tonantem
En iuuat, inflictæ vt tergat contagia noxæ.
Tunc Pater excipiens spectandos Hospitis actus,
Erigit, accurrens, inflexi corporis artus;
Claustra subire rogat, paruos nec spernere census.
Paruit Ausonius Princeps, nec plura loquutus,
Succedit laribus; spectabile Limen adorat;
Qualis Alumnorum præscripta modestia vultus
Ornet, & angelicis præsignet moribus aptos
Obtutus, cernens, stupuit, gressusq. repressit.
Cælicus Antistes diuino præditus æstu,
Hospitij postquam persoluerat ordine cuncta,
Eloquij cœpit Domino impertire leuamen,
Cælorum secreta aperit, lumenque beatum

Cœlicolum, mentes superum quo nectare pascat
Rector, inaccesso quò se splendore coronet.
Semita sidereas homines quæ ducat ad Arces;
Quam vitanda soli sint gaudia, quamque fugaces
Deliciæ sæcli, sequitur quas cæca Voluptas.
Retibus his stygius circumplicat ora Satelles,
Tracta cupidinibus præcordia, mergere flammis
Vt queat amentes animas, Orcique perenni
Supplicio, vt secum tolerent sine fine dolores.
His super accensus latia satus Hospes in Vrbe,
Fletibus augustum pectus eanosque rigabat.
Talibus & verbis tetigit pia verba Magistri:
Me satis humani docet experientia casus
Dæmonis insidias, miseræq. pericula Gentis,
Criminibusq. meis pœnas sub Dite repostas.
Tu, Pater innocue, his animas nunc eripe damnis,
Adde preces, superi vultus mollire Satoris,
Deleat, ipse pius, nostræ vt contagia culpæ.
Mox Placidum sanctis vt moribus imbuat, offert,
En carum pignus, Pater inquit, spontè relinquo
Dulcis amicitiæ, pueriles excole sensus,
Palladias artes, & mores insere Ephebi
Pectori, & in sobolem virtutem pande Magistri,
Atq. simul Patris; Superis mea germina Prolis
Prima sacro, bibat ipse prior documenta salutis.
Oscula sed Gnato libans: i, dixit ocellus
Matris, imago Patris, solatium & vna voluptas:

Vtere forte tua, calles inquire Polorum;
Subque Magisterio Benedicti fuge perennis
Vitæ delicias, virtutes adijce menti.
Pauper eris terrena premens, at ditior ibis
Ad Regni Cœlestis opes, hic vana perosus.
Haud renuit pretiosa Pater donari a Nati.
Charius, Heroum nec quidquam maxime, nobis
Linquere Prole vales; sunt pignora mutui amoris.
Sanctus ait Præsul; mentem exercere tenellam
Prima mihi sit cura; feram sub pectore Nati
Semina virtutum, vt crescat cum moribus ætas,
Indolis & claræ fructus mihi reddat adultus.
Mox Pueri dextram tenuit, dehinc talia fatur:
Adspice, præclari Herois iustissima cura,
Spes potior Genitoris, auitæ gloria Gentis,
Quidquid humus profert, totoq. renidet in orbe,
Sunt stipulæ, fumusq. leuis, cinerisq. fauilla;
Retia queis Auceps Iuuenes circumuenit Orci.
Protere diuitias auri; scutare Polorum
Regna, Acherontæis nunquam temeranda ruinis.
Blanditias sepone Patris, dilectaque Matris
Oscula, fraternos lusus, aulæa, Penates,
Sollicitasque manus seruorum, fulcra tapetis
Auro intertextis obducta, Palatia, mensas;
Maior in angustis tibi surgit adorea Claustris;
Pauperies vbi regnat; olus, modicumque legumen
Insternunt mensis epulas; os tristis Iacchus
Implet, & afflictis villosa cubilia membris
Solamen referunt, stipulis super addita duris.

 Colla

Colla sacro submitte iugo; tua subijce corda
Legibus, atque libens, chari sectare Magistri
Dogmata, teque Choris, iam non piger, insere nostris;
Pone supercilium, magnæque Propaginis orsa,
Imperijs te subde meis, vt liber Olympi
Compita tuta premas, subselliaque alta Tonantis.
Hic humilis sectare Gregis vestigia, Nate,
Moribus his assuesce, Puer; patientis Iesu
Carpe Crucem, vitæ fugientis mente voluta,
Quam breue sit tempus; quam Mors inopina dierum
Falce secet cursum, scrutetur & acta Tribunal
Numinis æterni, linguæ qui dicta loquacis
Iudicio trutinat, pœnis & punit Iniquos.
His perculsus auet se se nouus addere Alumnus
Cœtibus Herois Nursini, & sancta Magistri
Verba sequi, & sacros imitarier Ordinis actus,
Calcatisque opibus, teneris indicere membris
Bella, triumphatoq. solo, se dedere Christo.
Protinus ad patrios accurrit spontè lacertos
Rectoris Cœtus, geminis obstrictus ab vlnis
Poscit opem, reserans puerilis pectoris ignes.
Tunc Latij Proceres senum quos duxerat Heros
Tertullus, lacrymis animum mirentur obortis
Inuicti Iuuenis, meditantem, atq. ore mouentem
Talia, spernentemq. Patris surgentia fastus
Munera, diuitiasq. Domus, patriasq. Quirites,
Traxerat vndè Genus, proauita & stemmata Gentis,

Indi-

Indigus vt luces traheret sub paupere Tecto.
Hinc subitò lætus Tyrio fucata veneno
Tegmina deposuit, nigro fuscare Cucullo
Membra magis cupiens, fatuus quo vulgus abhorret.
Romuleus Genitor villosa veste Puellum
Obductum premit amplexu; mox applicat ori
Oscula; Cænobijsic Præses; cuncta Caterua;
Atque Cohors omnis Patris; Agmen at intus Alumnum
Protinus inducens, patrio subducit ab ore.
Lætus at Augustus Genitor remeauit ad oras
Tybris, & immensa fusus dulcedine, cuncta
Ordine narrauit Matri,& Primoribus Vrbis,
Nomen, & excelsa Benedicti creuit in Aula.
At Puer ore bibens contempti obliuia luxus,
Omnigenis tenerum pectus virtutibus implet.
Corporis assiduos motus, durosque labores,
Vincit, & insomnis gaudet producere noctes.
Continuis precibus Diuorum corda lacessens,
Aestibus immodicis ad cælica gaudia anhelat,
Impiger atque ardet dictis parere paternis.
Furua vaporosa terras caligine Mater
Implerat, Cuneosq. iubens dare membra quieti
Præsulis arbitrium, Placidum ad Conclaue vocauit,
Vt sopor insuetis solamina ferret ocellis.
Exequitur pia iussa Puer, Crucis atq. refertus
Munere, demulcet tacitis præcordia donis.
Nursius at Genitor, pretiosa silentia noctis
Percurrens precibus, supero se proluit imbre

Numinis, insertusq. Choris, secreta Tonantis
Inspicit, atque animo Cælorum arcana tuetur.
Ecce super Placidi constrata cubilia pendet
Aligerum pennata Cohors, quam Gratia palla
Stellata incedens, oblongo syrmate Cætum
Insequitur gradiens, diuinum & spirat odorē:
Pone Fides, Pietasq. venit, Clementia, Diuum
Relligio, sanctusq. Timor, castique Pudoris
Intemeratus Amor candentia Lilia gestans,
Virtutesque omnes decoratæ insignibus artis
Quæque suæ, thalamos circum colludere cernit
Nursius inspector; Pueri tum pectus honore
Afflare insolito, mulcere & labra liquore
Ambrosio, hinc animo superas inolescere dotes.
Aduertit Genitor, Charitum & succrescere curas
Prolis in augustæ gestis, teneraque loquela.
Sicque Pudicitia Idalios extinxerat æstus,
Cana verecundis liniens præcordia succis.
Relligio, rerum sacrarum infundit amorem;
Protraxisse famis ieiunia donat Egestas,
Mitigat irarum gliscentia semina virtus
Pacis, & æquatos librat Clementia motus;
His Pater hæsit: vbi iucundos pectore somnos
Perflabat Puer accurrit, sed Turma volatu
Excessit celeri, rutilasque recessit ad Arces.
Mox sanctus Rector Placido scitatur ab ipso,
Turbarint num fortè graues insomnia sensus?
Nulla, ait, oppressæ menti turbasse quietem
Visa fuisse magis tranquilla nocte sepultum,
Quam prius in stratis, lino, plumisq. refertis.
Sed tacitus secum Moderator visa reuoluens,

Ob-

Obseruat mentem præscriptis legibus aptam,
Arduus, vt nullum refugit tolerare laborem.
Iam specimen cunctis virtutũ factus Alumnis,
Quum vix prima bibit nec tyrocinia Claustri,
Miles inermis adhuc, surgentis surculus æui,
Blanditijs aßuetus, luxus inter amænos,
Murice, carbaseoq. simul circundare amictu
Corpora, largifluo pectus recreare sopore;
Iam tamen inualidos rugosis vestibus artus
Aggrauat, haud solitis stimulatur honoribus Aulæ.
Aßiduus precibus; cunctorum iussa capessens,
Obsequitur socijs, nec vile facessere quicquam
Abnuit, at patrio semper pendebat ab ore:
Hæc gignunt animæ Cælesti rore madentes:
Torquebat laticum tristem penuria Cœtum,
Promptus Aniciadum Soboles; cum sponte cucurrit,
Qua lacus innumeros in gurgite congerit imbres,
Carcere septa velut, cursus tardare perennes
Cogitur vnda sequens, vasto cumulata sub antro.
Hic Puer innocuus, quem nulla pericula cautũ
Effecere, tenens manibus caua vasa lacunæ,
Mergit aquis, liquido sed pondere testa grauata
Motibus indocilis, nisus superauit heriles,
Et secum rapuit vultus conantis Ephebi.
Ibat inexpertus fluuialis præda furoris,
Gurgite sub vasto; haud aliter quam cymbula rimis
Oppleta innumeris, vndas dum combibit alueo,
Mergitur humētis mox facta rapina Profundi.

Hau

Hauserat ore vadum Placidus, iam fontis iniqui
Infima visurus; subito clamore Magister
Compellat Maurum, fratri succurre, petenti
Auxilium, dixit, quem vis inimica profundi
Gurgitis eripuit, quęrens submergere lymphis.
Vix hæc cum Maurus, repetitis gressibus, vndæ
Terga premit, rabidæ nec damna voraginis hausit.
Ceu quondam æthereæ plantis dum Claviger Arcis,
Ad Dominum ire parans, humentis marmora Ponti
Peruia ritè sibi substrauit, Numine fretus.
Sic Maurus sancti Genitoris iussa capessens,
Insolitum tentauit iter, dextraque capillos
Cinxit, & ad litus iam membra madentia traxit.
Vt nouus auctarii domit
Vim pressisse l
bantem
Obrigu
Qu

esse-

Obsequium patrij qui paruit ocyus oris
Vocibus, atq. operi coniunxit verba iubentis.
Magne Parens, quid ais? stagnantis fluminis, infit
Frænator, quid ais, supremi Regis Olympi
Conscius arcani? sunt hæc miracula sancti
Imperij; sunt attexenda tuis, Pater, acta
Prodigijs; ignarus ego dignabar honore
Haud tali, vario fœdatus crimine culpæ.
Dum sic alterno pugnant certamine, Maurus,
Nursius & Præses; Placidus pia bella diremit
Tertius adueniens; speculabar raptus ab vndis
Villosum tegumen Genitoris in aëre pendens,
Obnubensq. caput, me tendere ad ima vetabat.
O mira Excelsi Iuuenis primordia! mentis
Lumine qui potuit socio inconcessa tueri.
Iam quid auern[illegible] fraudes tenuere Colubri?
Quid Puer[illegible] ere satellitis astus?
[illegible] odà classita Regnis
[illegible] edicto bella mouere,
[illegible] uriosaue minaces,
[illegible] nnis iniquæ
[illegible] mina sternet
[illegible] ia robur.
[illegible] uit ira,
[illegible] endi,
[illegible] minacesus;
[illegible] ulans?
[illegible] ncendia voluens,
[illegible] inquit, fraude
[illegible]
[illegible] louet Pastore reuulso

Per-

Hauserat ore vadum Placidus, iam fontis iniqui
Infima visurus; subito clamore Magister
Compellat Maurum, fratri succurre, petenti
Auxilium, dixit, quem vis inimica profundi
Gurgitis eripuit, quęrens submergere lymphis.
Vix hæc: cum Maurus, repetitis gressibus, vndæ
Terga premis, rabidæ nec damna voraginis hausit.
Ceù quondam æthereæ plantis dum Claniger Arcis,
Ad Dominum ire parans, humentis marmora Ponti
Peruia ritè sibi substrauit, Numine fretus.
Sic Maurus sancti Genitoris iussa capessens,
Insolitum tentauit iter, dextraque capillos
Cinxit, & ad litus iam membra madentia traxit.
Vt nouus auctarũ domitor perspexit aquarum
Vim pressisse lacus, Placidumque leuasse labantem,
Obriguit, geminisque oculis immobilis hæsit.
Qualis ab excussa vexatus imagine somni;
An vigilet dubius; potius vel tecta recludant,
Quę variam terrent insomnia lurida mentem,
Hinc tremit, & totum spirant sua corda pauorem.
Sic & aquæ domitor Maurus, formidine pulsus,
Vix credit, refugitq. pericula tanta videre.
Cuncta sed extemplò sãcto retulere Parenti,
Ipsius in meritis & facta stupenda refundunt.
At Senior contrà velocis iactat Alumni,

Obse-

Obſequium patrij qui paruit ocyus oris
Vocibus, atq. operi coniunxit verba iubentis.
Magne Parens, quid ais? ſtagnantis fluminis, inſit
Frænator, quid ais, ſupremi Regis Olympi
Conſcius arcani? ſunt hæc miracula ſancti
Imperij; ſunt attexenda tuis, Pater, acta
Prodigijs; ignarus ego dignabar honore
Haud tali, vario fœdatus crimine culpæ.
Dum ſic alterno pugnant certamine, Maurus,
Nurſius & Præſes; Placidus pia bella diremit
Tertius adueniens; ſpeculabar raptus ab vndis
Villoſum tegumen Genitoris in aëre pendens,
Obnubenſq. caput, me tendere ad ima vetabat.
O mira Excelſi Iuuenis primordia! mentis
Lumine qui potuit ſocio inconceſſa tueri.
Iam quid auernalis fraudes tenuere Colubri?
Quid Puero ſtygij nocuere ſatellitis aſtus?
Ite Acherontei fures; modò claſſica Regnis
Præcinite in veſtris; Benedicto bella mouete,
Infernos armate dolos, furiaſque minaces,
In caput ecce ruet veſtrum labor omnis iniquæ
Fraudis, & inferni nec vis, fundamina ſternet
Ordinis incæpti; præſtant contraria robur.
Aſt Erebi Rector liuenti incanduit ira,
Artifici inſpiciens artes leſiſſe nocendi,
Atq. auxiſſe nouas Benedicti Germina ceſus;
Incæptis igitur deſiſtere cogar inultus?
Sic ſecũ: atq. magis flãmarum incendia voluens,
Ingeminumque acuens, Ducis, inquit, fraude veneni
Stamina præſcindam; ſedeuet Paſtore reuulſo

Per-

Hauserat ore vadum Placidus, iam fontis iniqui
Infima visurus; subito clamore Magister
Compellat Maurum, fratri succurre, petenti
Auxilium, dixit, quem vis inimica profundi
Gurgitis eripuit, quęrens submergere lymphis.
Vix hæc cum Maurus, repetitis gressibus, vnda
Terga premit, rabidæ nec damna voraginis hausit.
Ceu quondam æthereæ plantis dum Claniger Arcis,
Ad Dominum ire parans, humentis marmora Ponti
Peruia ritè sibi substrauit, Numine fretus.
Sic Maurus sancti Genitoris iussa capessens,
Insolitum tentauit iter, dextraque capillos
Cinxit, & ad litus iam membra madentia traxit.
Vt nouus auctarũ domitor perspexit aquarum
Vim pressisse lacus, Placidumque leuasse labantem,
Obriguit, geminisque oculis immobilis hæsit.
Qualis ab excussa vexatus imagine somni;
An vigilet dubius; potius vel tecta recludant,
Quę variam terrent insomnia lurida mentem,
Hinc tremit, & totum spirant sua corda pauorem.
Sic & aquæ domitor Maurus, formidine pulsus,
Vix credit, refugitq. pericula tanta videre.
Cuncta sed extemplò sãcto retulere Parenti,
Ipsius in meritis & facta stupenda refundunt.
At Senior contrà velocis iactat Alumni,

Obse-

Obsequium patrij qui paruit ocyus oris
Vocibus, atq. operi coniunxit verba iubentis.
Magne Parens, quid ais? stagnantis fluminis, infit
Frænator, quid ais, supremi Regis Olympi
Conscius arcani? sunt hæc miracula sancti
Imperij; sunt attexenda tuis, Pater, acta
Prodigijs; ignarus ego dignabar honore
Haud tali, vario fœdatus crimine culpæ.
Dum sic alterno pugnant certamine, Maurus,
Nursius & Preses; Placidus pia bella diremit
Tertius adueniens; speculabar raptus ab vndis
Villosum tegumen Genitoris in aëre pendens,
Obnubensq. caput, me tendere ad ima vetabat.
O mira Excelsi Iuuenis primordia! mentis
Lumine qui potuit socio inconcessa tueri.
Iam quid auernalis fraudes tenuere Colubri?
Quid Puero stygij nocuere satellitis astus?
Ite Acherontei fures; modò classica Regnis
Præcinite in vestris; Benedicto bella mouete,
Infernos armate dolos, furiasque minaces,
In caput ecce ruet vestrum labor omnis iniquæ
Fraudis, & inferni nec vis fundamina sternet
Ordinis incæpti; præstant contraria robur.
Ast Erebi Rector liuenti incanduit ira,
Artificiis inspiciens artes læsisse nocendi,
Atq. auxisse nouos Benedicti Gemmina cæsus;
Incæptis igitur desistere cogor inulens?
Sic secũ: atq. magis flãmarum incendia voluens,
Ingeniumque acuens, Ducis, inquit, fraude veneni
Stamina præscindam; sed aues Pastore reuulso

Per-

Hauſerat ore vadum Placidus, iam fontis iniqui
Infima viſurus; ſubito clamore Magiſter
Compellat Maurum, fratri ſuccurre, petenti
Auxilium, dixit, quem vis inimica profundi
Gurgitis eripuit, quęrens ſubmergere lymphis.
Vix hæc cum Maurus, repetitis greſſibus, vndæ
Terga premit, rabidæ nec damna voraginis hauſit.
Ceu quondam ætherea plantis dum Claniger Arcis,
Ad Dominum ire parans, humentis marmora Ponti
Peruia ritè ſibi ſubſtrauit, Numine fretus.
Sic Maurus ſancti Genitoris iuſſa capeſſens,
Inſolitum tentauit iter, dextraque capillos
Cinxit, & ad litus iam membra madentia traxit.
Vt nouus auctarũ domitor perſpexit aquarum
Vim preſſiſſe lacus, Placidumque leuaſſe labantem,
Obriguit, geminiſque oculis immobilis hæſit.
Qualis ab excuſſa vexatus imagine ſomni;
An vigilet dubius; potius vel tecta recludant,
Quę variam terrent inſomnia lurida mentem,
Hinc tremit, & totum ſpirant ſua corda pauorem.
Sic & aquæ domitor Maurus, formidine pulſus,
Vix credit, refugitq. pericula tanta videre.
Cuncta ſed extemplò ſãcto retulere Parenti,
Ipſius in meritis & facta ſtupenda refundunt.
At Senior contrà velocis iactat Alumni,

Obſe-

Obsequiumpatrij qui paruit ocyus oris
Vocibus, atq. operi coniunxit verba iubentis.
Magne Parens, quid ais? stagnantis fluminis, infit
Frænator, quid ais, supremi Regis Olympi
Conscius arcani? sunt hac miracula sancti
Imperij; sunt attexenda tuis, Pater, acta
Prodigijs; ignarus ego dignabar honore
Haud tali, vario fœdatus crimine culpæ.
Dum sic alterno pugnant certamine, Maurus,
Nursius & Preses; Placidus pia bella diremit
Tertius adueniens; speculabar raptus ab vndis
Villosum tegumen Genitoris in aëre pendens,
Obnubensq. caput, me tendere ad ima vetabat.
O mira Excelsi Iuuenis primordia I mentis
Lumine qui potuit socio inconcessa tueri.
Iam quid auernalis fraudes tenuere Colubri?
Quid Puero stygij nocuere satellitis astus?
Ite Acherontei funes; modò classica Regnis
Præcinite in vestris; Benedicto bella mouete,
Infernos armate dolos, furiasque minaces,
In caput ecce ruet vestrum labor omnis iniquæ
Fraudis, & inferni nec vis, fundamina sternet
Ordinis incæpti; præstant contraria robur.
Ast Erebi Rector liuenti incanduit ira,
Artificii inspiciens artes lesisse nocendi,
Atq. auxisse nomen Benedicti Germina casus;
Inceptis igitur desistere cogor inulans?
Sic secũ: atq. magis flãmarum incendia voluens,
Ingeniumque acuens, Ducis, inquit, fraude veneni
Stamina præscindam; sed ouet Pastore reuulso

Per-

Hauserat ore vadum Placidus, iam fontis iniqui
Infima visurus; subito clamore Magister
Compellat Maurum, fratri succurre, petenti
Auxilium, dixit, quem vis inimica profundi
Gurgitis eripuit, quęrens submergere lymphis.
Vix hæc cum Maurus, repetitis gressibus, vndæ
Terga premit, rabidæ nec damna voraginis hausit.
Ceu quondam æthereæ plantis dum Claniger Arcis,
Ad Dominum ire parans, humentis marmora Ponti
Peruia ritè sibi substrauit, Numine fretus.
Sic Maurus sancti Genitoris iussa capessens,
Insolitum tentauit iter, dextraque capillos
Cinxit, & ad littus iam membra madentia traxit.
Vt nouus auctarũ domitor perspexit aquarum
Vim pressisse lacus, Placidumque leuasse labantem,
Obriguit, geminisque oculis immobilis hæsit.
Qualis ab excussa vexatus imagine somni;
An vigilet dubius; potius vel tecta recludant,
Quę variam terrent insomnia lurida mentem,
Hinc tremit, & totum spirant sua corda pauorem.
Sic & aquæ domitor Maurus, formidine pulsus,
Vix credit, refugitq. pericula tanta videre.
Cuncta sed extemplò sãcto retulere Parenti,
Ipsius in meritis & facta stupenda refundunt.
At Senior contrà velocis iactat Alumni,

Obse-

Obsequium patrij qui paruit ocyus oris
Vocibus, atq. operi coniunxit verba iubentis.
Magne Parens, quid ais? stagnantis fluminis, infit
Frænator, quid ais, supremi Regis Olympi
Conscius arcani? sunt hæc miracula sancti
Imperij; sunt attexenda tuis, Pater, acta
Prodigijs; ignarus ego dignabar honore
Haud tali, vario fædatus crimine culpæ.
Dum sic alterno pugnant certamine, Maurus,
Nursius & Præses; Placidus pia bella diremit
Tertius adueniens; speculabar raptus ab vndis
Villosum tegumen Genitoris in aëre pendens,
Obnubensq. caput, me tendere ad ima vetabat.
O mira Excelsi Iuuenis primordia! mentis
Lumine qui potuit socio inconcessa tueri.
Iam quid auernalis fraudes tenuere Colubri?
Quid Puero stygij nocuere satellitis astus?
Ite Acherontei fures; modò classica Regnis
Præcinite in vestris; Benedicto bella mouete,
Infernos armate dolos, furiasque minaces,
In caput ecce ruet vestrum labor omnis iniquæ
Fraudis, & inferni nec vis, fundamina sternet
Ordinis incepti; præstant contraria robur.
Ast Erebi Rector liuenti incanduit ira,
Artificii inspiciens artes læsisse nocendi,
Atq. auxisse nouos Benedicti Germina casus;
Inceptis igitur desistere cogar inultus?
Sic secum atq. magis flammarum incendia voluens,
Ingeniumque acuens, Ducis, inquit, fraude veneni
Stamina præscindam; sed oues Pastore reuulso

Per-

Perdere iam facilè, & sanctas subuertere sedes.
Qua Pater Agminibus bis senas fixerat Aedes,
Proxima constructis, equa non mente Sacerdos,
Limina sacra colens, Diui infestabat ouile.
Inuidiæ stimulis agitatus talia profert:
Adspice quam stirpem vicinia tota sequatur!
Quam tua despexit Penetralia! (Miles ab Orco
Exurgens) inquit; tua sic contemnitur ætas,
Assiduusq. labor, quo fercula sancta propinas
Christiadum populis, legisq. arcana recludis?
Vtere Medeæ succis; tege funera libo,
Atque colubriferis Nursinum tolle venenis;
Hæc Mystæ suggessit atrox in corde Satelles.
Sic animus succensus auet sub munere crusti
Abdere vipereum virus, gutturq. Parentis
Fallere, pauperiem fingens resouere petentis
Auxilium; retegens at colchica damna Magister,
Reppulit hostiles astus, Ceneremq. nefandam.
Irrita mortiferi sensit dum spicula panis
Mista vafer, sacram tentat iugulare Cateruam.
Hinc ad Acidalios animum conuertit amores,
Et septem nudas iussit penetrare Puellas
Inter Alumnorum viridaria septa, choreas
Fingere, & innocuam visu incestare Cateruam.
Inseruere manus, flammæq. vibrantur amoris
Motibus impuris, turpisq. libido triumphat.
Carmina nam miscent blandis amplexibus, ore
Certatimq. vomunt lasciuis nomina linguis,
Inuitantque viros ad connubialia gesta.
Hæc fieri vt sentit Præsul, perterritus hæret,

Exi-

Extimuitque magis, sobolis ne forte iuuenta,
Fœmineis allecta modis, fœdo ossibus igni,
Implicito, damnosa Cupidinis arma probaret.
Quid faciam? secum, inquit, me ferus impetit hostis,
Progeniemque meam; fugiam; noua Tecta requiram;
Hostiles facilè sic declinare furores
Proderit, atq. migrans Prolē saluare tenellam;
Sic prece sollicitat Cælum, poscitq. iuuamen.
Illius afflictis nam sola potentia rebus
Accurrit; Superis hinc tantum fidere prodest.
Vidit ab excelsa Sator Orbis sede gementem
Dilectū famulū, geminantem & pectoris æstus;
Artibus & quantis auctum Florentius Agmen
Impeteret, sanctumq. Virum obtruncare veneno
Perfidus auderet: persoluet funere pœnas
Hostis atrox, inquit, geminos vocat ocyus omni
De grege Cælicolum Iuuenes, Diuumq. ministros:
Qualibus angatur Benedictus casibus, infit,
Nonimus, ærumnas quales patiatur ab hoste:
Ite citi, auxilium Nemorū, Claustrisq. Magistra
Deferte, ambiguis Anien vbi serpere lymphis
Cernitur; aerei teneat Delubra Casini;
Sternat adorati sub Imagine Numinis Aras;
Sacrilegosq. lares vrat, lucosq. prophanos,
Indigenisq. ferat meritis, & voce salutem;
Namque ignara mali Plebs, dogmata mente tenaci
Relligionis amat falsæ, & Phlegetontis adorat
Numina, queis animæ stygio cumulantur in Orco.

Vix ea: cum Iuuenes, ventorum tramite menso
Remigio alarum, celeri super alta volatu
Culmina se sistunt, sacris loca culta Maniplis.
Cæsaries illis capitis discriminat aurum,
Et crispata cadens, argentea colla flagellat;
Pinxerat ora rubor, candore & mixta niuali
Purpura, flammiuomo fucauerat igne pruinas
Malarum, rutili variarant ora pyropi.
Aurea palla humeros, intus sed carbasus ornat
Pectora, diuinum spirant ast omnia odorem.
Poplite fusa tenus velamina; tegmina crurum
Vestibus haud vllis remanent vmbrata, videri
Hinc oculis possunt, aciemque lacessere gemmis
Auro intertextis, calamina digna cothurno.
Vna pares reddit maiestas, splendor & vnus
Designat superum Ciues hos esse Polorum.
At Pater, Aligerum aspectu perterritus hæsit;
Cui blanda ætherei sic ore loquuntur Ephebi:
Cur, dilecte Deo, mentem plangore fatigas?
Desine sollicito Omnipotentem corde precari;
Iam Rex Cælicolum messi te asciscit opimæ,
Inuisas rupes, & inhospita corda relinque;
Quære nouas terras; noua Regna colenda parantur;
Insere cultori, fidei documenta, Casini,
Pelle triumphantis cultus Phlegetontis, & hostes
Ejice tartareos simulantes Numinis ora;
Subde nemus flammis; arces & thure calentes
Obrue, Cælicolis hic detur honos, & magno
Sylnicolæ, dium qui prodidit indice Regem.

Frange

Frange deos quos Turba timet, flammisque litentur,
Veraque Christiadum pietas in Plebe virescat:
Sic iubet Omnipotens: tu iussa capesse Tonantis,
Qui nec oues, Cætumq tuum sinet ire relictum;
Sed magè præcipiet vigili custode tueri;
Nempè Dei dextrà: nobiscum protere Rupem;
His socijs percurre viam; noua Claustra require.
Ille locus totius erit decus Orbis, & Vrbis,
Et Vaticanam illustrabit Prole Tiaram,
Innumeros cernens ostro fulgere Nepotes.
Vos sequar, ô inquit, Patriæ Cælestis, Alumni;
Imperijs parebo Poli; sacra dogmata Genti
Ignota prodam, inferni fera monstra reuellam.
Cogit Alumnorum subitò moderator Ereni
Concilium; mediusq. sedens, mox talia fatur:
O mea Progenies patrij nutrita liquore
Eloquij, thalamis iam præsignata beatis;
Rex iubet Omnipotens, nutu qui sydera torquet,
Principi auernalis vulgi me indicere bellum,
Vndè Casinatum nemorosum limen adorat
Circum confugiens populus; quà fictus Apollo
Decipit insanas animas, sepelitq. sub Orco;
Erigere humanæ citius vexilla salutis,
Eripere & letho Diuinæ morte redemptos.
Ergo Dei mandata sequar, Cereremq. Polorum
Ignauis frangam; inuidiæ fugiamq. furores.
Vos, quibus hostilis meritorum præmia pugnæ
Seruantur, vigili feruore resistite rebus
Aduersis, nec grata refringere vincula legum.

Quæ-

Quærite, sed cunctis animum indurate Periclis.
His dictis, laribus duodenos partit Alumnos,
Cœnobij statuens Patrem, qui fræna teneret,
Et mitis sciret retinacula soluere mente.
Imbribus immodicis Gnati expressere dolorem,
Quos patrius torquebat amor; sed vt oscula Proli
Libauit cunctæ Genitor; mox Agmina signans
Voce, manuque simul, vitæ Vexilla figurans;
Terga dedit lacrimans, gemino comitante Ministro
Numinis ætherei, primùm qui iussa tulere,
Iste Pedum manibus, gestabat & ille Tiaram,
Nobile tum Patri, serisque Nepotibus omen;
At patrios gressus Placidus, Maurusque sequuntur,
Atque alij pariter, quos et delegerat vltrò.
Ibat mæsta Cohors socijs, Laribusq. relictis;
Cumq. Alternorum tetigissent mœnia, tandem;
Hanc fouet hospitio Seruandus, Templa Sebastis
Qui regit, instructis dapibus solatia fessis
Præbet, & instratis lectis, dat membra quieti.
Postera Phœbeis efulsit vt orbita flammis,
Carpit iter, reliquumq. viarũ Turba cucurrit,
Donec ad Herculeæ pertingat Mœnia terræ,
Antè Iubar Solis graciles quã duplicet vmbras.
Hic Pater hospitio socia cum Prole receptus,
Fundamenta iacit Templi sub nomine Erasmi,
Qui tulit extinctus fidei certamine palmam.
Imperat hic comites super aera ducere culmen,
Atq. operi incœpto postremum imponere finem.

Cuncta parát soboles, nec iussa implere moratur.
Impiger ille tamen præmissis Arcis Ephebis
Aethereæ scandit sylvas, saltusque Casini;
Non illum Ditis certamina dira retardant;
Non labor assiduus, nec gesta vetusta virorum,
Qui responsa petunt vbi feruet Apollinis ara.
Dumq. Pater graditur terræ per deuia solus,
Siderei Iuuenes (quorum custodia gressus
Dirigit Herois, si quando ambage viarum
Perderet Hospes iter) signabant indice callem
Tramitis ignoti, donec iuga certa recludat.
Relligiosa premit tandem loca, Rupis opacæ,
Qua nemus inuisũ feruet, Templũq. profanum.
At renuit nemoris Delubrum visere Præsul,
Ni quater obductis decies alimenta negasset
Visceribus, crucians malesana guttur orexi,
Et prius ætherios Proceres in vota vocaret.
At socij extructis Penetralibus, ora requirunt
Orantis Patris, promptiq. cacumina scandunt.
Lætitia ingenti comites excepit, Eremi
Antistes, iunctique simul nemus omne securi
Funditus euertunt flammisq voracibus vrunt.
Sic & Apollinei prosternunt Numinis aram,
Comminuuntq. dei Idolum, resonante bipenni.
Templum vbi surgebat Clarij, Martine, sacrauit
Oraclum tibi: sed Phœbea vbi creuerat Ara
Zacharidæ posuit, nemorosa in Rupe Sacellum.
Mox cum Prole domum sibi, sylvicolisq. locauit,
Et fabrica muros super ardua saxa nouauit,

Sub-

Substruxit cameras , triclinia , cunctaque claustris
Opportuna sacris , & mœnibus omnia cinxit .
Ordinis hic statuis sedem , legemque Cateruis
Hic dedit , vt latiæ esset gloria prima Tiaræ ,
Innumerosque Polo Gnatos virtutibus auctos
Gigneret , & patrium augeret per sæcula nomen .
Mox iter incœpit populis recludere Cœli
Dogmata Christiadum reserando, viãq. salutis.
Hinc sator assiduus , fideique fidelis arator ,
Oppida , perq. domos veri præconia pandens ,
Erudiensq.omnes segetem glomerabat opimam.
Huic aperit leges ; illi mandata Tonantis ,
Dæmonis insidias aliјs , animique ruinam ,
Plebi & adoratos lapides , vel ligna, recludit.
Ast Erebi Princeps, furijs agitatus amaris,
Cui nec honos primus ; fidæ nec pectora Gentis
Donantur ; nec thure calens altaria Templo ;
Ira excandescens , diris vlulatibus Orcum
Implet , & inuisas statuit propellere Gentes .
Conciliumq.vocans Furiarum congerit Agmen;
Tartareos comites , queis vis scelerata nocendi
Ceditur , atq. animas diris torquere flagellis
Cogit,& immanes formas, lemurumq. figuras,
Atque gigantæas vmbras , quæ fallere luces
Nocte solent , gelidæ per iniqua silentia lunæ .
Omnes alloquitur , deiectus ab Arce Casini
Spiritus , inuidiæ fatali percitus æstro ;
O socij quos sors eadem caligine sepsit ;
Cœlorum extorres , æternis ignibus acti ;
Pellimur en iterum Nursini fraude Parentis

Sedi-

Sedibus antiquis, amisso thuris honore;
Iam syluas, Templumque simul, mox Icona flammis
Subdidit, arrepisq. iugis, sibi Tecta locauit,
Innumerasque animas hac nostra abrasit ab Aula.
Quare agite, & mecũ sobolem turbate malignã
Patris, imaginibus varijs, laruisque profanis.
Sæuiat Alecto, horrentesque reuerberet Alas,
Et Soror horrificis serpentibus aëra turbet,
Sollicitetque fugæ, nostra iam Rupe relicta.
Vos ò nocturni Lemures, qui lumina falsis
Decipitis formis, vmbrisq. vagantibus, artis
Luditis ingenio, tetras simulante figuras, (rat,
Attonitas hominum mentes, dum somnus ober-
Fingite quæ Libye progignit monstra ferarum,
Vel quid multifido desæuit vertice Lerna;
Siue colubriferi rictus squammasq. Draconis,
Cerbereosque canes nostri portenta Baratri;
Dum nox horrifica terris ferrugine regnat,
Pectora terribili Cœtus trepidare pauore
Sentiat, & laruis perterritus indè recedat.
Vnanimes cuncti, magno cum murmure spondent
Auxilium, vires acuunt, odiumq. nocendi
Suggerit arma; studet peior num quisq. videri.
Sola dolos fabricant mendacia Regna nocentum.
Qualiter audaci reboant cum tympana pulsu,
Militiæq. Duces vocitant, Martisq. ministros,
Vndique discurrunt equitum, peditumque manipli,

Quos vel Martis honos incendit; vel magis ardor
Sanguinis hostilis discriminat, ordine versa.
Taliter accensæ legiones Ditis iniqui,
Per loca tartareæ Plebis sinè lege vagantur,
Accenduntq. feras in mutua prælia mentes,
Antè triumphalis spondetur adorea agonem.
Vt nox incubuit, membrisque cubile soporem
Præstabat, patulis seruans obliuia terris;
Ecce manus Lemurum, nebulosi Tecta Casini
Occupat & varia proturbat imagine somnum.
Hi portenta vident geminas simulantia formas,
Nubigenas Centauros, tellurisque gigantes.
Ille lupos vlulare audit; rugire Leones
Alter, & infestam ignes eructare Chimæram
Credit, & impositas moles exurere Claustri.
Iste catenarum tractus, strepitusq. rudentum
Concipit, & gemitus Nurnumq. Virorumq.
Atque Canum, rabido laniantum corpora morsu,
Vipera serpit humi, spiras hic colligit Anguis;
Squameus atq. Draco rictus expandit hiantes.
Vmbra volans quandoque caput sub nubibus abdit,
Corpora quæ imminuens liquidas mox transit in auras.
His attrita Cohors; nec non cælestis amicus
Numinis, assiduo quem visa tremenda furore
Tam magè sollicitant, odij quam fortior vrget
Hostica vis, stygium vt pepulit prior ipse Tyrannum.

Mille

Mille dolis studuit sancto insultare Parenti;
Sæpè vomit flammas. & plurima cornua fronti
Applicat; hirsutiq. Capri, atq. lybistidis Vrsæ
Ora modò simulat; Pecudisq. Suisq figuras.
Perfidus ingeminans mox iurgia, voce maligna,
Præsulis inuertit Nomen: Benedicte, vocaris
Inquit, at ipse reor, contraria nomina sumes.
Hinc maledictus eris, nostri populator honoris,
Dum propria Dominum, furtim de sede repellis.
Quæ tibi damna tuli? cur Templa latentia sylvis,
Imperio subiecta meo, fur inuide sternis?
Hostis ero, semperque tibi fera bella parabo;
Insidijsque vafris Gnatos è caute reuellam.
Nursius at Miles constanti robore cinctus,
Temnit auernalis minitantia verba Tyranni;
Quippè Dei auxilio furiales arietat ausus
Ditis, & inuicto hostiles Crucis ense retundit
Insidias; patrijs hortatur & Agmen amicum
Vocibus, effigies paueant ne Principis Orci,
Lædere quæ nequeunt animas, custodia Regis
Quas superum seruat, dioque cruore refercit.
Spicula terrifici Phlegetontis inania cursant,
Intentantque necem, sed vulnera nulla sequuntur,
Missile namquè volat nusquam penetrabile telum.
Fidite sydereo Regi, quem cura suorum
Sollicitat, nec opem negat opportuna petenti
Auxilia, incolumemque refert, nil fraude refractum,

 Siuè

Siuè Lupi rictus, seu Tigridis exerat vngues;
Siuè iubas fului velit ostentare Leonis;
Aut mage tartareæ flammas simulare Chimæræ;
Lernæumque caput fæcundius, ense resectum;
Dirius & si quid stygium contaminat antrum;
Stemma Crucis Diæ fugat ocyus ora latentis
Dæmonis, & laruas Nomen dissoluit IESV.
Talibus acceptis Benedicti sedula Proles,
Robore collecto, species derisit inanes;
Sibila, rugitus, & verba minantia Ditis.
Hinc fabricæ muros, nulla formidine pulsi,
Sollicitant Placidus, Maurusque comes; sed Alumnorum
Ardua progenies, nullo concussa labore,
Optat in inceptum Casus effundere vires.
In medio ast operis moles saxosa rigebat,
Congeries hac tante rei surgebat ad astra,
Si protracta super muros vi culmen adornet.
Hunc silex ingens circumdatus omnia lassat
Brachia, quæ valido conamine pondera flagrant
Vellere, sed nequeunt penitus tellure mouere;
Namq. ferus Coluber concussa in mole sedebat.
Pars vrget sudibus; ferro pars impetit altum
Pondus, at in cassum lassat gens cuncta rudentes.
Ceu Formica lari ferclum dum viribus impar
Condere festinat, nisus vbi vincere nouit,
Applicat audaces socias: ast irrita præstant
Terga aliæ secum, nec hiantia gutture replent,
Fracta dolore Cohors. Genitori cuncta reportat;

Quem Placidus, Maurusque rogant, vt cominus Agmen
Subleuet, immoto remouens obstacula saxo.
Distulit haud Præsul sobolem exaudire precantem;
Et duplices subitò tendens ad sydera palmas
Ingemuit, precibus Cæli conuexa fatigans;
Inuidus extemplò deprensa sedilia liquit
Osor, & insequitur citò lora trahentia moles.
Rapta velut stipula, audaci cum turbine sursum
Erigitur subitò, medium contorta per amplum.
Eruite, inquit, humum Præsul; penetrate ligone
Viscera telluris; dabitur recludere fraudes,
Quas stygius Coluber conspectibus abdere tentat.
Paruit Agmen; humum fodit, signumq. retexit
Numinis; Artis opus cui iam vicinia honoris
Dona dabat, falsorum errore sepulta Deorum,
Vulcano iussit Benedictus signa sacrari,
Vt meritam fumo, flammisq. regustet acerram,
Strata stat effigies, squallent vbi tecta coquinæ;
Protinus ignis edax, nebulosa volumina adangens,
Conclauis laquearia petit, consumere tentans,
Fit clamor, strepitusque virum, sonitusque dolentum;
Conantumq. focos cohibere liquentibus vndis.
Rector ne hæc nouit, mæstis succurrere Gnatis
Approperat; lucesperstrinxerat hostis ab orco,
Quippè nec ipse Pater flagrãtes hauserat ignes

 Lumi-

Luminibus quales soboles tolerare fatetur.
Talibus instructus Domini Vir, Stemmate vitæ
Educto dextra, flammas propellit Auerni,
Effictas aperit fraudes, fictasque fauillas.
Adstantes pariter nouere Satellitis artes,
Illæsosq. lares, & spectra simillima flammis.
Hinc Hostis vires, pulsa formidine temnunt.
Iam muri facies surrexerat, inuida Ditis
Detinet haud rabies incæptæ culmina molis;
Nam Placidus, sociique simul molimine toto,
Materiem glomerant, nectente bitumine saxa,
Mœnia sic peragunt, stygio certamine victo.
Nam crescebat opus Prolis sudoribus auctum
Præsulis Ausonij, pietas quam sancta regebat;
At niger impostor celsa speculatus ab Arce
Facta virum, infremuit, rabida & contabuit ira.
Surgentisq. Domus statuit prosternere murum;
Vincar ego, sic secum, magna potentia manes
Quæ regit infernos, cedet iuuenilibus ausis?
Ocyus acta ruam, & pœnas temerarius ardor
Fortè dabit: cupioq. nefas aperire Magistro.
Tunc prece Cælestis Vir sollicitabat Olympum;
Hunc malus aggreditur Genius, tum voce trementi,
(Nam dolor internas oppresserat igne medullas)
Ecce tuos pergo, Pater inuide, visere Fratres,
Nec plura; acceleransque gradus malesana coquebat

Præ-

Prælia; iussit at hæc charis Benedictus Alumnis
Recludi citius, ne ignaros occupet Hostis.
Vix ea dicta refert dius quem miserat Heros;
Cum ruit extructus supremo à culmine murus;
Irritus atque labor periit compage soluta;
At Puer interceptus opem suspirat inani
Pectore; pondus iners contexit membra tenellæ
Prolis, & ossa simul vis importuna refregit.
Ora sepulta iacent, saxosa mole grauata,
Atq. exangue manet totum sinè corpore corpus.
Fit sonitus, clamorque virum ferit æthera planctu,
Audiit & gemitus Pater in Penetralibus orans,
Et casum miseratus, ait, mihi ferte cadauer,
Disiectasque fibras validis subducite saxis.
Congeriem retrahunt, & membra cruenta reponunt
In Conclaue Dei Vir vbi prece corda fatigat
Numinis; ille fores verso mox cardine, cludit,
Exclusis socijs; imo de pectore voces
Has lacrymans fudit: vitæ sator, atque Redemptor,
Christe Deus, præbe vitalia robora fractis
Artubus, atq. iterum foueat calor ossa Pueli;
Amissum teneant præcordia secta tenorem.
In stationem oculi redeant: plantæque, manusque
Officium properent solito reparare labore.
O nunquam frustrate meam spem dulcis IESV,
Nunc opus est famulo tutamina ferre roganti;
Da tu scare gradus animæ, vitalis & auræ

Dona frui, stygiæ confusa robore dextræ,
Tu Satanæ contude dolos, rabiemq. malignam,
Inque tuum cedat victoria parta trophæum.
Vix ea: cum veniens animauit Spiritus artus,
Orbibus & frontis motum, membrisq. tenellis
Indidit, & proprium fibræ tenuere vigorem.
Pallentes rubuere genæ, iuuenile reuixit
Gutturis atq. decus, linguæ redeunte loquela.
Ac velut è somnis excussus, luce reducta
Surgit, & in patrios amplexus, immemor actus
Euolat, innocuæ repetens signacula dextræ.
Tunc rediuiua Pater, geminis amplectitur vlnis
Membra, manu tum signat, ouans, & diruta iussit
Arte nouare, prius stygiali fraude reuulsa.
Obstupuit numerosa Cohors, pro munere grates
Reddidit æthereo Regi, qui vota Parentis
Aspicit, emeritæq. dedit miracula menti.
Rumor at intereà Tertulli perculit aures,
Arua Casinatum sanctum penetrasse Magistrum,
Et Placidum duxisse suum, quem pascit ameno
Eloquio, cupidus superas traducere ad Arces;
Ardet amans, Gnatiq. sui dare brachia collo
Expetit, & sancto præsens se sistere Patri.
At prius illius vestigat corda; nec audet
Ferre pedem qua Tecta virent, ni cana voluntas
Approbet id Patris, notas dans quærere terras
Indulget placitis, Cœtus qui torquet habenas

Patri-

Patricij; accedat proprio ferat oscula Nato
Præsul ait, subitò missis pia dicta tabellis
Tertullo soboles aperit; qui quinque vocauit
Ingenuos Proceres, sociosq. reduxit ad Arces
Natus vbi, Sanctusq. Parens cæleste colebant
Numen, tartarei deuicto Marte Tyranni.
Hos Equitum, peditumque Cohors, & frontis Ephebi (ni
Egregiæ sequitur numerosa Phalanx, at Alum-
Innumeri Heroum vistigia pone legebant.
Cernere pars ardet nebulosi Claustra Casini;
Pars ruit obsequium patriæ præstare Parenti,
(Tali Magnus Eques Tertullus gaudet honore)
Cunctaque Romulidum Penetrale Iuuentus inundat.
Ast Heros humili cupiens incedere gressu,
Vix secum paucos retinens secedere iussit
Ad proprias Ædes reliquos, sic compita pressit.
Mœnia, Tecta, Nurus, Gnatos, Aulamque reliquit,
Inter vbi Proceres Vrbis prior ipse sedebat.
Incedebat Equo volitans; quatiebat arenas
Vngula Cornipedis, mãdentis dentibus aurum.
Sentit onus, gaudens tanto sub pondere, longas
Sollicitat calcare vias; expectat herilis
Nec dextræ motus, rigidi nec spicula calcis;
Præpete sed cursu terit arua iacentia, donec
Oppida conspiciat Domino regnata sedenti;
Namque ibi iura dabat latè camposq. serebat
Vomere multiplici, valido sudante Colono.
Innumeras pascebat oues, pariterque Capellas

Porrigere obseruat lactentibus vbera Natis,
Fœtibus atque suis auidum ditare Colonum.
Oppida multa Heros quoq. sub ditione tenebat,
Campanumque solum Tertulli sentit habenas.
Spargitur en rumor subiectas visere terras
Patricium, cunctas gentes qui lege coërcet,
Quas alit herbiferis felix Campania glebis.
Rupis herus qua Præsul ouat, stygiusque Tyrannus
Antè triumphator populos fallebat agrestes.
Nursius ipse Parens venientem expectat amicum
In Templi foribus, proprijs comitatus Alumnis.
Cominus vt sancti Genitoris, Romulus Heros
Ora genasque videt, pendentem in pectore barbam,
Afflictos artus, nimium quos tristis orexis
Coxerat, obseruans, specie conterritus atra
Obstupuit, cursumque manu frænauit euntis,
Continuitq. gradum, telluris in æquore donec
Sisteret; atq. Patrem venientem prospicit, antè
Pronus adorauit, genibus vestigia flexis,
Illius eximios mores miratus, & ora.
Principis at contrà porrectos eleuat artus
Legifer erecti Cœtus, Dominumque salutat.
Hic stetit: accurrensq. suo dedit oscula Gnato,
Et madidis simul imbribus ora nitentia lauit.
Mox & Alumnorum Cuneos inspectat amico
Lumine celsus Eques, aditisque recentibus ardet
Cum socijs succedere; sed prius Atria gaudet

Vise-

Visere, Zacharidæ quæ struxerat antè Magister
Et cultor nemorum Benedictus, rupe relicta
Qua bibit illimes Anienis Sublacus vndas.
Dum sublata vides falsorum Templa Deorum,
Infamesque aras, syluam, saltusque profanos,
Lætitia plenus, lacrymarum flebat oborto
Flumine, vixque valet cordis sedare tumultus.
Laudat Apollinei protritam Numinis aram,
Dispositamque Domum, sacris habitata Cateruis
Limina, queis pietas cum Relligione triumphat.
His permotus, opes immensas obtulit vltro
Surgenti Soboli; quidquid sub Rupe Casini
Fertile despiciunt oculi, quod lasset Agrestum
Brachia siuè Boues pascit fœtasque bidentes;
Omnia concessit sanctæ per sæcula Proli,
Illius vtque datum foret irreuocabile semper,
Testatis tabulis firmauit dicta, nec vnquam
Talia posse iubet diuelli à Sede Casini.
Præterea sancto Villas, & Castra Parenti
Contulit atque solo quidquid succrescit in illo.
Quid quid arat pandus, depresso vomere Taurus
Inter Vulturni fines, vitreique Ligirli,
Nec non & Sacri lymphas; his proxima rura
Carseolana parit tellus, cerealia præbens
Munera, quæ dictis florent contermina rebus;
In medioque vigens, Romanus cuncta Senator

Largitur, Benedicte, tibi; Claustrisq. Casini.
Splendet in Vrbe Domus centenis fulta columnis;
Atria porticibus vestit variata figuris
Innumeris, mira quas dextera sculpserat arte
Marmore de pario, veterum monumenta Quiritum;
Aspicis Heroas Cidaris quibus aurea crines
Cingit, Aniciadum sublimis gloria Patrum.
Mille Duces quorum virtus contermina Cælo est
Sustinet acer Equus, fatali strage cruentus.
At laris in medio fons murmurat imbre perennis,
Multiplicique tubo latices effundit amœnos,
Et vocale melos per aperta foramina fingens
Egreditur, saliensq. simul iaculatur in altum
Impete mirando fontes cratere regestos.
Imperium laticum magnarum Rector aquarum
Hic tenet; obsequitur quem vasto creta Profundo
Turba Puellarum, Dominumque, Patremque salutat.
Intus at in Tecto gradibus compacta coruscis
Scala nitet, statuis, fuluoq. superba metallo;
Desuper Aula rubet pulchris ornata figuris;
Priscorum quæ gesta Patrum miro ordine fingunt.
Romulidum nam bella Ducum color exprimit artis,
Dum Latias Aquilas Regalia Sceptra verentur,

Con-

Conſeruere manus hic hoſtes; alter inundat
Sanguine; at Auſonius Miles, Mauorte cruento,
Hoſtica membra premit dira ſubiecta ruina,
Dum fruſtrà latebras, & cæca ſepulchra requirunt.
Parte ſed ex alia ſulcantes Dorida Puppes,
Naumachiamq. vides, fluctuſque cruore madentes;
Corpora namque natant lethali vulnere fuſa,
Italus vt Miles diſtricto fulminat enſe.
Tam benè pugnantum manus hic expreſſit Apellis
Multiplices actus, vt lumine bella tueri
Clamanteſq. viros, & Claſſica clangere credas.
Innumeris ſeruire Toris regalibus Aulæ
Cernitur, vndè nitent velamina ſerica, muri
Queis facies tegitur, nec non fulcra aurea lecti.
Scrinia fingit ebur, mixta teſtudine gemmas,
Quæ ſeruare Nurus valeant, cuſtode remoto,
Virginei & Flauæ pretioſa monilia colli.
Non his Alcinoi deſunt Penetralibus Horti;
Quos Hyblæus alit collis, quos nutrit aprico
Enna iugo, auguſta Natura coërcet in Æde.
Vertice magna ſuper ſurgunt Palatia Rupis,
(Cælius apriſcis mons Gentibus ille vocatur.)
Nam propius ſuperis caput altum interſerat aſtris,
Vtpotè ſeruitio ſacrandus Regis Olympi.
Hæc quoque Tertullus legauit Tecta Parenti,
Martyri vt eximium Templum fundaret Eraſmo.
Vlterius medias Lucrini contulit vndas:

Insula tum longo quic quid Capraria gyro
Ambit, despiciens sinuosa Neapolis ora.
Mox dedit Vltranensis Vectigalia Portus,
Traiensisque simul; quod & abdit Lesina lymphis.
Insulæ & imperio ternæ subduntur eodem,
Quas Diomedis eas vulgus de nomine dicit.
Amnis aquæ Lauri ditant pia Templa Casini;
Appula quid quid humus satis pubescere campis
Inspicit, ad sacros voluit transire Penates;
Et solis Monachis posthac concedere fruges.
Nempè Podense solum; Pertusæ prædia, Villas
Callienses offert, Baboliana & mœnia terræ,
Virgineaque Lares gaudentes nomine Matris,
Quæ Plebs Canusina suis veneratur in aruis.
Bis quoq. largitur Benedicto quinque Cohortes
Ausonius Cræsus; nec non bona cuncta Magellæ,
Cœnobium mox Præsul ibi consurgere iussit.
Hic & quina dedit pius Heros Oppida; Portus
Tum geminos; Ligurum fines qua brachia tendunt,
Largifluæ pleno ter senas iure Cohortes.
In Gaditano quoque ceditur Insula Ponto
Trina Patri; Portusque cauæ dans commoda Puppi.
His nona diuitijs ditauit Claustra Casini
Vrbis clarus Eques, pietate at clarior. Hæres
Annuit atque datis Placidus, Tabulisque probarunt
Omnia, ne longi turbent oblivia secli,

Per-

Perpetuumque trahant Penetralia splendida Nomen,
Ordinis atque caput fierent iuga celsa Casini;
Et Vaticanæ non vltima gloria Sedis.
Innumeris Præses cumulatus honoribus, Agmen
Viueret vt pauper voluit, seruaret IESV
Pauperiem, nocui pulsa formidine luxus.
Corda voluptatis non retia nectere tentant,
Nec valet illecebrosus amor temerare pudicas
Heroum mentes, dominante cupidine sensus;
Namq. immota manent sacræ fundamina legis,
Et vigor intensus, rigidique silentia Claustri;
Sic benè læta, dies semper traduxit egestas,
Spiritus atq. magis sub diuite ferbuit Aula.
Æmulus Aequitius, Romanus & ipse Senator
Tanti operis, Diui cumulauit Limina fundis
Magnificis, Gazasq. Patri cum Prole dicauit
Sic eadem pietas aliorum corda momordit,
Exemplumque Viri, cuius contermina Mundo
Fama est, & superis plaudentibus Æthera pulsat.
At prius occiduas lustrabit lampas arenas
Ætheris, & rursum tremulis vibrabit in vndis
Flammigero radios cursu Garamantis ad oras,
Splendida quam valeam plectro reserare Quiritum
Munera, queis sacri succreuit gloria Montis,
Præsulis & soboles, virtutibus aucta paternis.
O Benedicte, quibus vis ingerit enthea vires
Nomina laudandi, meritūq. tuum, atq. perenni
Tempore progeniem victuram, sorte priori!

Stru-

Struxerat insidias nascenti insania Mystæ
Proli, mortiferis vitians cerealia succis
Fercula, at ipse doli fabricator Germina adauxit
Nursiadum; nam damna iuuant; fauet hostibus Osor.
O felix Soboles tanto dignata Parente,
Quæ immortale decus prima sub luce reportas.
Inter opes humilis, prędocta magè, inter honores
Conculcare Aulæ luxus, fastumq. tumentem;
Et procul à rebus sæcli dominarier Orbi.
Innocuas nescit temerare Potentia mentes,
Quas regit Omnipotens, Benedicti lege magistra.
Diuite cum censu creuere Propaginis Ortus;
Pauperiemque sequens, Populorum sceptra tenebat;
Nam seruare modum nouit, mediumq. tenere
Inter vtrunq. latus, seruato tramite honesti.
Pratulit ad superos studiosa modestia Cætum,
Omnigena & primis virtus adoleuit in annis,
Tecta Casinatum resouens sociataque sanctis
Moribus, Angelici Cuneos formabat Olympi.
Vaticanus Apex quid quid splendoris habebat,
Fudit in emeritum Nursini Præsulis Agmen.
Hos in Pontificum sedes euexit; & illos
Purpurei claro Petasi insigniuit honore.
Illorum ornarunt Antistitis ora Tiaræ;
Hic Reges strauere sui Diademata crinis,
Nec timuere Greges per prata agitare Bubulci.
Hic Desiderium renuentem culmina Mundi
Triplicis, & Genti Regnum reserare Tonantis

Secu-

Sæcula mirantur; vi mox in sede coactus
Fulgere, venturis exempla imitanda reliquit.
Sola videbantur summùm incunabula Patrum
Tecta Casinatum; bis denos namque dedere
Quatuor & pariter, qui sceptra Vicaria Regis
Sustinuere Poli, magno cum fænore Sanctæ
Sedis Apostolicæ, fidei dum cresceret ardor,
Patris ab exemplo, meriti rutilante nitore.
Gens aßueta iecur duro cohibere labore,
Et procul à rebus mortalibus indere menti,
Sepositis curis, vitæ Cælestis amorem.
Iustitiæ hinc leges, & veri trames honesti
Præluxere, & honor virtutis Adorea cunctis
Extitit, & solùm sapientia fulsit in Ostro.
At magè inardescens structos augere Penates
Patritij Proles, humili sic voce Parentem
Alloquitur: Genitor charissime, cuius amore
Atria nostra virent, sanctique Propago Magistri;
Quid quid terra ferax Siculis tibi spondet in agris
Cede Patri, Laribusq. sacris, effulgeat Ordo
Vndique, Sicanijs Præsul celebretur in oris;
Illius & iactet totus miracula Mundus.
Annuit almus Eques dictis cupientis Ephebi;
Quidquid, ait, Gnate, optas exequar; accipe cuncta:
Ter senas nobis proaui liquere Cohortes
Seruorum, Cuneos, Portus, & prædia Regnis
Sudbita Sicanijs, syluas, vinaria, riuos;
Omnia possideas Benedictus, & inclyta Cætus

Clau-

Claustra Casinatum, donec Patris Orbita Lucis
Tempora dinumeret, renouetq. sororia Phebe
Cornua, & æquoreas potent cita flumina lymphas.
Millia tum septem famulorum, prole retenta,
Et Nuribus pariter, quas vincla iugalia nectunt;
Cætera Turba Iugis curat parere Casini.
Prodiga perpetuis firmauit munera ceris,
Multauitque auri tentantem auellere pœna.
Haud satis eloquio cunctis celebrabere seclis
Maximè Romulidum, supremi fama Senatus,
Cuius ad imperium ceruicem inflexerat Orbis!
Non te Martis honor; nec ouantis gloria Rupis
Pellexit, sed amor Diuum, propriæq. salutis
Semita, quæ mentes æuo transcribit Olympi,
Inserit & superis radiantem Cœtibus vmbram.
Sola perennabit Pietas venerabile Nomen
Tertulli, calamus læto tibi plaudet honore,
Et data munificę decorabunt Carmina dextrę.
Nulla valebit opus longæua silere vetustas,
Nullaq. largifluam maculare obliuia mentem.
Imperij casum Romana potentia tandem
Sentiet, atq. valor pugnantum inglorius ibit;
Prostratas Aquilas cernet, latiasque secures
Ingenti obductas rubigine, nocte sepultas.
Amphiteatrà, Domos, Equitum simulacra, Triumphos,
Iam perijsse solo æquatas, cœnoque litatas;
Stabit Aniciadum Pietas, & fama perennis
Tertulli nã grãde manet super ęthera Nomen,
Principibusq. dabit specimen, normãq. salutis.

PRO-

PROTOMARTYRIS BENEDICTINI

LIB. II.

ARGVMENTVM.

Vt S. P. Benedicto morem gerat Placidus, in Siciliam ire, ibique, Cœnobio constructo, bonorum, quibus Tertullus Casinense Monasterium locupletauerat curam exercere decernit. S. Patris oratio, qua idem Placidus ad tantum laborem pro Christi amore subeundum adhortatur. Iter aggreditur Placidus, duobus secum assumptis, Gordiano videlicet, & Donato, quos illius custodiæ S. Præsul addixerat. Totius itineris decursu, miracula plurima, miræ sanctitatis indicia, peregrinus Placidus patrauit, quæ singula latè describuntur.

Ausonius postquam donaria cesserat ampla
Nursinæ soboli, sacrisq. Penatibus, Heros;
Diuitijs sæcli cupidus firmare perennes,
Ne fluidus rapiat suprema sedilia census.
Progeniem, Generisq. decus, patriæq. salutem
Commendans Patris precibus, niueq. Caterue,
Dilectam Prolem blandis circumligat vlnis;

Mox

Mox conſcendit Equum, & Gnati ſeceſſit ab ore,
Luminibus madidis latialia Tecta requirens.
Intereà oblatas ſiculo ſub ſole Cohortes,
Abſens ipſe licet, certo Cuſtode regebat
Præſul, frugiferæ telluris iam agnitus hæres.
At ſacros reditus populari cæca Colonum
Cæpit auarities, Domino nec reddere fructus
Audet, & inſolita ſegetes celare rapina.
Ceu Lupus aggreditur, longè Paſtore vagante,
Antra Gregis, pecudes lacerat, vileſq. Capellas
Dente truci, donec Cuſtos ad Ouile reuerſus,
Hoſtis inexpletam clamore coerceat alto
Ingluuiem, Armenta agglomerans, ſtrepitante
Magiſtro.
Vt ſacer at Preſes tantis ſua pharmaca morbis
Applicet, antè tumens medicas quam reſpuat
herbas
Vulnus, & in caſſum voluat Podalirius artes;
Taliter alloquitur ſocios, Clauſtriq. Cateruam:
Magnanimus quali cumulauerit Atria cenſu
Tertullus, noſtis, quæ diſſita Regna Sicani
Florent, Campanis longè diſtantia terris,
Relligioſa Viri pietas intendit opimo
Munere ſurgentis Cœtus firmare Caſini,
Creſcenteſq. lares extollere fænore certo,
Progeniemque meam tantis extendere donis,
Redderet æthereo vt Regi pia Turba perennes
Aſſiduis precibus laudes; celebraret IESV
Nomen Egenus, opem effuſi cum cerneret æris;
Sed quæ terra colit ſiculorum iugera, Serui
Dirripiunt, nobiſq. negant reſponſa Coloni;
Vnum ferre puto tantis ſolamina damnis,

Si

Si Placido summi mandetur cura laboris,
Et subitò pergens illuc agnoscat auita
Prædia, seruorum vires, rabiemq. refrænans
Iura dabit, prauosque retundet, notus ocellus
Tertulli; Domini terret præsentia sontes,
Supplicijque timor bacchantes reprimit ausus.
Annuit his dictis Agmen, placuitque Sicanos
Ad fines Placidum mitti, qui lumine dio
Præditus, abreptas reuocet sub iura Cohortes,
Imperioq. premat famulos, rurisq. Ministros.
At Placidus Patri cupidus parere iubenti,
Desereret quamuis inuitus Claustra Casini,
Eloquijs pascebat vbi iuuenilia corda,
Non sinè discessus iussum mærore receptat.
Blandis huic Senior præbet solamina verbis:
Pondera sume libens, Miles patientis IESV,
Militiæque graues ne temnas ferre labores;
Sponte iecur perstringe tuum strophioq. pudoris
Cinge femur; Dictis contraria dicta retunde,
Pectore & inuicto superi vestigia Nati
Sectare; amplectens qui funus ad vsq. Parentis
Iussa Crucis suscepit onus, cum sãguine vitam
Fundere despiciens, proprijs exemplar Alumnis.
Ergo age, vince moras; sancto te accinge labori;
Quo te Pneuma vocat, citò ne properare refellas.
Pone voluntatis sensus; euince rebelles
Motus; imperijs subducere colla paternis
Ne quæras; alienæ stat mens subdita menti.
Non te perturbent dispendia longa viarum,
Seu tolerare niues, Titanis siuè calores;
Scyllæum calcare caput, faciemq. Charybdis;

Ire

Ire per obductas valles, per inhospita Rupis
Culmina, perque domos; per & oppida dissita
Mundi;
Flectere Sicanos animos; glebæque Satores
Subdere; sollicitent non hæ tua pectora curæ;
Vnigenæ sectare libens vestigia (Nate)
Aetherei, peregrinus iter per fracta iacentis
Qui suscepit humi veniens nouus incola Mundi.
Haud aquare valet promissa præmia vitæ,
Quidquid in orbe pati fragilis sub tegmine
carnis
Mens potis est, diræ quamuis contagia mortis
Sentiat, & sæuis nudet cruciatibus artus.
Namque per ærumnas solum licet ire beatos
Ad Cœli thalamos, lætæque cubilia Gentis,
Nulla senectutis mentes vbi tædia mordent;
Non fletus, non dira fames, non tristis egestas,
Non auri scelerata cupido, causa malorum
Omnium; at æterni collucent gaudia veris,
Et telluris honos, florum & seges aurea ridet;
Nullo ibi felices animæ sunt pondere pressæ
Curarum, dum cæca bibunt obliuia noxæ;
Ora Redemptoris constanti luce tuentur,
Qui pascit dia roris dulcedine mentes.
Talia certanti donaria reddit IESVS;
Sit comes ille tuus, superasq. reducat ad Arces
Vna vt olympiadas secum sinè fine reuoluas.
Accepit Placidus Benedicti oracula post-
quam,
Lætus, ait; Genitor, radio perfuse supremo;
Qui mi hi iussa Dei referas, animæq. Magister
Ipse meæ, meliora doces compendia Cœli;

Ibo;

Ibo; Patris mandata sequar; finesq. Sicanos
Protinus inquiram; monitis parebo Tenantis.
Destinat huic socios geminos, qui ponè sequantur
Tertullo genitum, tum iussa capeßere poßint,
Militiæ & comites inceptæ nulla laborum
Pondera defugiant, secum sed robore pugnent,
Et virtute pari, pro Regis honore superni,
Hostis in arma ruant, omni discrimine spreto.
Oscula dat Genitor Placido, signatque lacerto
Opposito læuæ bifidæ Crucis arbore ducto:
I mea Progenies altis exercita factis,
Inquit, sydereis Diuum seruata Triumphis.
I nunc, ingenuæ virtutis robora profer,
Ordinis atque tui latitantes exere dotes,
Freta Poli auxilio, magni & splendore Parentis.
Sic ait, & Gnatum, lacrymans, post terga reliquit,
Ipsa quoq. ingemuit Placidus, Genitore relicto;
Mox incæpit iter geminis comitatus amicis,
Gordius vnus erat; dictus, Donatus at alter.
Iam iuga, vectus Equo metiri cœperat Heros,
Campanumq. solum, dum sol vibrabat in vndis
Eois lucis radios, nitidumque monebat
Aduentaße diem, tenebris splendore fugatis.
Vngue solum pulsabat Equus, Placidumque ferebat.
Qua Capuæ longè cernuntur mœnia; tellus
Florigeris fœcunda satis; atque vbere glebæ
Ditior, imbriferis Vulturnus vbi irrigat vndis.

Acces-

Accessit propius, cum Phœbus, calle peracto
Ætheris, Hesperijs properat se mergere Lymphis.
Vrbis in angustos adytus nouus intrat vt Heros,
Excipit hospitio hunc Præsul Germanus, amica
Lumine tum spectat, resouetque iunamine mensæ.
Vrbis at interea per vicos fama vagatur,
Aduenisse virum Benedicti Patris Alumnum,
Cuius in extremas resonant miracula terras.
Audijt id Zeffas, qui prima sedilia Templi
Proterit inter eos qui Diuis thura iubentur
Rite ministrare, atque laris seruire Dynastæ.
Huic cerebrum excruciant nimij tormenta doloris,
Haud pœnam poterant lenire Machaonis artes,
Herbarumue vigor, porrectaque pharmaca, Mystæ.
Ad Placidi accliua vestigia fronte voluitur,
Currit opem implorans, meriti vt virtute Magistri,
Cuius in ore virum miracula crebra sonabant,
Dignetur capiti geminas imponere palmas,
Temporaque torquentem que diu lenire dolorem;
Sancta fides me firmat, ait, te tale daturum
Munus, vt afflictam solidet tua dextera frontem.
At nouus Atletes turbata cum aure bibisset
Ægri verba viri, perterritus, acta recusat,
Vocibus optanti cœpitque resistere menti:
I procul hinc, inquit, nostrumque require Magistrum;

Huic

Huic dedit Omnipotens latitantes pellere morbos,
Pluribus atq. viris meritorum lumine claris;
Ast ego multigenæ depressus pondere noxæ,
Vix in vota Deum propria pro crimine posco,
Indigus alterius mentis qui vincla resoluat.
Hospitem at Antistes auido quoq. corde rogabat,
Vt conferret opem cupienti dona salutis,
Nouerat innocuus quantum præcelleret Heros
Virtute; & summum prece sollicitare Tonantem
Quam potis, ac pectus supremi flectere Regis.
At dictis humilis cedens Antistitis Hospes,
Indulgensq. sacræ cunctis famulantibus Ædi,
Ad caput admouit Mystæ medicamina dextræ,
Erectusque, oculos Cœli ad conuexa leuauit,
Mox ait: in sancto miserentis nomine Christi,
Cuius ad imperium memorãda pericula aquarum
Euasi incolumis, cum per vada cæca trahebar,
Adiutus nostri meritis, opibusque Magistri,
Si fidei tutamen habes, mentemque fidelem,
Numinis amissam referat tibi dextra salutem,
Dissipet & rabidi contagia sæua doloris.
Sic ait: & subitò laxantur robora morbi,
Ad solitum rediere modum caua claustra cerebri,
Destitit atque dolor geminata lacessere Mystæ
Tempora, & obductas capitis mordere latebras.
Cœpit & extemplò dignis persoluere grates
Laudibus Vnigenæ, Placido, sanctoq. Parenti,
Votiuis tabulis donaria parta rependens.

Hinc

Hinc resonare amplam factorum fama per
Vrbem
Capit, & indigenis Placidi venerabile nomen
Latè erat, atque viri Ciues contingere vestem
Solliciti curant, præbentes oscula plantis.
Rumoris causam viduatum lumine egenum
Accepisse ferunt; miseræ caligine noctis
Damnatum, nunquam hausturum solamina
Phœbi.
Stipitis auxilium vestigia firmat euntis,
Officiumque manus fucas euitat hiantes.
Antè virum rogitat duci, clamore sonantis
Perculsus populi; Diui super æthera nomen
Iactantis, meritiq. iubar, miraclaq. dextræ,
Languentis capiti potuit quæ ferre medelam.
Lucis inops, supplex, auidaq. cupidine pressus
Æthera cernendi, reuocato frontis honore,
Congeminat voces audax, nomenque ciebat
Hospitis; inquit, opem fer, Præsul, sancta
Magistri
Per merita, orbatæ reuoca commercia lucis;
Offer vota, precesque Deo, qui cuncta tuetur;
Deliciosa frui vt liceat mihi gaudia solis.
Huc numerosa Cohors Capuanæ obuenerat Vr-
bis,
Spectandi studio miracula; Præsulis vndant
Limina Germani; implētur quoq. gente fenestræ,
Turgescuntque viæ; rerum nouitate vocata
Itque, reditque Manus iuuenum, Procerumq.
Caterua.
Ingemuit Placidus; solito tum more rigauit
Ora, Polum aspiciens; corā mox traxit egenum,
Vita-

Vitalique Crucis caligine lumina signo
Septa manus fulcit; mox: aspice, dixit, Olympum;
(Fudit vt ore preces) Patrisq. tuere Potentis
Stelligeras sedes, grates & redde Satori,
Qui te de tenebris summa pietate leuauit,
Restituitque orbæ vitalia sydera fronti.
Talia vix Heros compleuit verba latinus;
Cum fractas viguisse acies percepit Egenus,
Cunctaq. conspexit, nimium laxante cruorem
Lumine, continuò & nullo rectore vagatur;
Exiliens, laudat supremi nomina Patris,
Deindè pedes geminis Placidi complectitur vlnis,
Osculaque eximio plantis impressit amore.
Exultant pariter Præsul, Placidique sodales;
Vulgus & ingenti gratos dat murmure plausus.
Hospes at exoptans inceptos carpere calles,
Atq. viæ, pergens, siculam pertingere metam,
Hinc, Germane, vale tibi dixit; & Æde relicta
Progreditur, longa populorum flente Caterua;
Qua Calatinæ spectantur mœnia terræ,
Obuius ibat ei pauper, quem languor acerbus
Coxerat, & secum squallentia membra trahebat
Populeo suffulta pedo, ramoque saligno.
Cominus exclamat: Pater, ò miserere Clienti
Gentibus exoso, vicina ex Vrbe repulso.
Hunc pius aspiciens Hospes, fideique tenacis

 Robo-

Robora miratus, mens quæ recluserat ægri;
Conceptis precibus, languentia corpora munit
Ecce salutari vexillo Regis Olympi,
Afflictasque statim sensit reuirescere vires.
Sic non dissimiles oppressos tabe maligna,
Talia spectantes, cunctos medicamine eodem
Erexit; Triadis superæ simul ore vocato
Nomine, restituens amissæ membra saluti.
Vtque afflicta Nurus Placidi miracula sensit,
Auxilium, accurrens, petijt: nam Pupulus vnus
Illius, extremo in singultu fata subire
Cœperat, & stamen Parca inuidiosa secabat;
Spes vitæ iam nulla manet: Suspiria Mater
Ingeminans, pluuio lacrymarum fonte, genarum
Natiuas sulcabat opes; ostrique ruborem.
Accipit hunc, properatque cito qua compita calcat
Diuus, & antè pedes morientis membrula fudit.
Serue Dei fer opem, dixit, miserere Puelli
Da Proli stamen vitalie ducere lucis;
Florentem gustare auram; Matrisq. papillas
Sugere; pelle luem; de faucibus extrahe mortis
Pignora prima mei ventris; noua germina Patris.
Per te; perque tui Benedicti nomina, Gnato
Da dulces libare dies, vitæque futuræ
Gaudia, fatalis superata cuspide morbi.
Questibus his Heros domitus, Matrisq. dolorè

Com-

Compatiens, dextra signum patientis IESV
Expressit Pueri super vdum verticis aurum,
Et subitò viguere fibræ; vox redditur ori;
Vberaq. expetijt, materni & fercula lactis,
Inque sinu illius pueriles explicat artus,
Improba tabificæ pellens contagia noxæ.
Innumeræ Regi grates soluuntur Olympi,
Præsulis & meritum Benedicti, Laude supre-
ma
Tollitur, & Placidi virtus iactatur vtrinque,
Vera velut soboles magno dignata Parente.
Ecce tremens quidam subitò, compage soluta
Neruorum apparet, sancto curandus ab ore
Hospitis innocui, veram præstante medelam.
Officio caruere suo, plantæque, manusque,
Intima terrifico quassantur & ossa tremore.
Atq. agitata manent præcordia cuncta dolore
Horrisono, internos cruciat Paralysis & artus.
Vir Domini, qui dona manu mortalibus ægris
Cæli largiflua, studijs impertit amicis,
Elata stabilit solidare trementia dextra
Membra, sed effigie trabis in qua Vita pe-
pendit.
Sensere extemplò firmatos corporis artus,
Neruorumq. simul fractos viguisse rudentes,
Vsibus atq. pedum promptè inseruire paratos.
Viscera languentis: solito rediere tenori,
Imperio & mentis membrorum subditur ordo,
Nec tales tenuit primæua ab origine vires;
Largius hic Opifex rerum sua munera fudit,
Quam natura sagax enixa est robore toto.
Indigena ast illis succedere facta stupenda

Mirantur, veniuntq. citi qua limina surgunt
Patris, & expectant sanctæ miracula dextræ.
Mox alius defertur Inops, quem quarta rediret
Cum Phaëtonteæ lux, iam quater orbe quadrigæ
Lustrato, violenta febris quatit intus inerti
Frigore, & obductas geminato verbere fibras
Concutit; aggestæ dum vestes; vlla caloris
Nec fomenta valent hyemem superare latentem
Imis visceribus, concussaq. membra rotantem.
Iam tandem cedente gelu, vis ignea cuncta
Alterna vice membra parat torrere fauillis
Ossibus inclusis, fuso sudore per artus.
Hunc postquam Placidus conspexit luce benigna,
Sollicitat Numen, miseratus corda gementis,
Afflictique viri, quem sæua molestia morbi
Verberat, & nimio præcordia vellicat ictu.
Poplite sic gemino flexo, Pater ore fatigat
Æthera: Christe Deus, Petri qui Tecta reuisens
Tabida membra Socri, Dia vi vocis, ab æstu
Febris amaræ erexti: Centurionis eodem
Oppressum morbo Puerum, virtute leuasti
Qui verbi pariter; votum, Benedicte, secunda,
Et desiderium, merito suffragia præstans.
Nec plura: extemplò febris stetit impetus: humor
Morbificus periyt, nullo luctamine facto,
Et primum tenuere fibræ sinè labe vigorem.

Offi-

Officiumq. suum, destructo humore maligno.
Æger at exurgens laudes dedit ore, Tonanti,
Ingentesque viro Domini pro munere grates
Egit, & illius posuit super æthera Nomen.
Præterea Claudus cui pes servire nequibat
Ullus, & auxilium satis haud dare Bainlus audet,
Hunc famuli vexere duo; Tectumq. requirunt
Hospes vbi latius requiem carpebat, & escam.
Guttura muta gerens, tumulatur in ore loquela,
Nec sensus mentis scit reddere corde latentes,
Arentes tristis pulsabat anhelitus artus,
Effigiemque magis funesta cadaueris ossa
Ostentant animam solum caua lumina produnt.
Signa Redemptoris postquam sensere iacentis
Membra viri, sacrum Placido flectente lacertum,
Articulosq. manu dextra, læuaque mouente;
Ora repentè viri proprium sensere colorem,
Natiuusque vigor fibras animauit inertes,
Sanguinis atque liquor per aperta canalia fluxit.
Mox stupor ortus abest neruorum; membraque motu
Iam rediisse suo gaudent; gressusque triumpho
Nobiliore pedes agitat, tellure petita.
Miratur Natura, Patris miracula, vires
Atq. manus Ægris medicamina tanta ferentis.
Vox aperit sensus animi, curasque latentes,
Ad solitos redeunt languentia viscera motus;
Arentesque fibræ reuirescunt, tabe reuulsa.

Sic Placidi imperium longè sensere malorum
Agmina, namq. precum sola virtute medelam
Contulerat cunctis, superi Podalirius Axis.
Vt firmare pedum cœpit fundamina Egenus,
Carmina digna Deo cecinit, gratesque datori
Persoluit, plectri cessante ligamine vocis.
Talibus obsequÿs ibat sanctissimus Heros,
Compita perq. Vrbes spargens virtutis odorem
Emeritæ, vulgat patriæ præconia famæ,
Ordinis vt pateant exordia sancta Sicanis.
Languidus adproperans Heroem supplice vultu
Hunc rogat, vt subito molimine visere amicum
Pergat anhelantem; Comites seù cogat ad Ædes
Currere, & afflicto morienti ferre salutem;
Nutibus ast hominis citius parere nequiuit
Vir Domini, accessum differre coactus ad Ægrum.
Luce alia tandem consortia præstat, opemque
Auxilÿ misero, quem mollia strata tenebant;
Nam duplicata Virum torquent discrimina morbi;
Hinc scelerata lues obductos vellicat artus;
Indè podagra pedum nimio ferit impete plantas,
Atque dolore truci præcordia cuncta lacessit,
Et requies ægro noctuque, diuque negatur.
Genua Pater flectens, supplex in vota poposcit
Numen, & ecce viri solidatur crura, pedesque,
Nullaque sollicitant morbi contagia corpus,
Nam surgens pressi citò commoda grata grabati
Deserit, expertus diæ suffragia mentis.

Sed

Sed geminata manent medicę ſolatia dextrę,
Semper & augentur manantia dona ſalutis.
Ceù trahit implicito cum ferreus annulus hamo
Annulum, & intexunt nexu mordente Catenam,
Alter vt alterius ratio ſit certa trahendi;
Sic patrata vocant miracula, quę noua Diuus
Apparat, vt pietas vrget medicamina Plebi
Afferre optanti, auxiliumq. à Patre petenti.
Virginis vnius Genitor, quam corde paterno
Ardebat, lacrymis ſortem deflebat amaris
Pignoris, agreſſi triplicis luctamine morbi.
Namq. bibit non aure ſonum; non luce colorem
Colluſtrat varium, Cæli haud conuexa tuetur;
Vllus & in propria ſenſus nec ſede vigebat;
Squallebant gelida ſub imagine lumina mortis.
Hanc pater exponit pronus veſtigia Diuî
Antè, rogans Gnatę corpus releuare cadentis;
Credo equidem (ille inquit) ſuperi tibi fortè reſeruant,
Id dare languenti, quod auara Nouerca negauit,
Nempè Parens rerum, mihi nunquam ſplendida Mater.
Ingemuit Placidus, pietas quem ſumma remordet,
Ærumnaſq. Nurus tenero ſub corde reponit.
Militię mox arma capit, quibus Aſtra fatigat;
Scilicet ore preces, animo feruente, refundit;
Numinis expugnat pectus, victorq. reſurgit,

 An-

Annuit oranti blandus cum Rector Olympi :
Cælicus Orator stetit, & Crucis auspice signo
Nutantem firmans; Triadis quoq. voce vocato
Nomine, tergeminis præbet medicamina morbis.
Nam cæpere soni vocum tunc ire per aures;
Iudiciumque vagi, reuocata luce, coloris
Luminis accipiunt oculi, sub iure coacti.
Haud minus alloquij moderamine lingua recepto,
Dulce melos vocum fundens, retinacula frangit.
It cælo clamorq. virum, plaususq. videntum,
Compita tum reboant ex omni parte; Tonanti
Fertur honos, votis grates redduntur eidem;
Et Placidi pariter rumor crebrescit eundo;
Magna nec Herois Nursini fama siletur.
Ad Sanctum properat Romanæ Languidus Vrbis
Vir, malesana lues rabido quem torserat æstu,
Cui neque solamen præbebant Pæonis artes;
Sistitur ante Dei famulum, contagia morbi,
Qui soliti pepulit dio medicamine signi,
Incolumemque dedit, quem Mors sub falce trahebat.

At tu Calliope mecum, parnasside pompa
Solue modos; maiora Viri sunt facta canenda;
Actibus egregijs æquales suffice vires,
Atque vna audaci da finem imponere captis.
Creuit in offenso vulnus fatale lacerto
Cuiusdam miseri: medicas adhibere Machaon
Arte manus audet; sed crebuit ore maligno

Indi-

Indignata lues; ſic vlcus hiabat aperto
Gutture, vt, & ſaniem totum temeraſſe lacertum
Cerneret impatiens æger: reſcindere ferro
Iam morbi Rector, ne pars ſincera putreſcat
Cenſuit, vt reliquum viuat ſinè vulnere corpus.
Miſit hic ad Placidum, qui ſupplice poſceret auſu
Illius auxilium; properet diuertere ad Ædes
Ægrotantis; opem tardet nec ferre dolenti.
Annuit optatis Diuus; non arte magiſtra,
Compreſſit patulæ creſcentia guttura plagæ,
Vi nec Apollineæ metuenda coërcuit herbæ
Vlcera, quadrifidæ Trabis at ſignacula dextræ
Exprimit; impatiens plagarum euanuit æſtus,
Sanguineuſque rubor, valido ceſſante tumore;
Amiſit vires, & brachia læſa reliquit.
Hinc plagæ nec ſigna poteſt aduertere lumen;
Tale legit Placidus medicamen Regis in Hortis
Aetherei, Arbor vbi vitæ Crux, pharmaca cunctis
Apparat ægrotis, morboſque reſoluit inertes.
Audijt hęc alius manuum famulatibus expers;
Cum digiti nequeant, neruoſa forcipe quicquam
Stringere; namque glomum articuli magis ordine eorum
Confuſo ſimulant; nec tela vibrare, nec arcum
Carpere dextra valet, vel amicæ ſe addere dextræ.
Ocyus innocuis libat Patris oſcula plantis,
Implorans & opem, lacrymas voluebat in ora.

Cælicus at pariter super ægri plasmata signi
Applicuit Crucis articulis iam tuta Magister,
Continuò vim bina manus, roburq. recepit,
Expressit Patris signum cum dextra salutis;
Iam prece præmissa, virtute potentior omni.
O quàm succedunt rebus miracula miris!
Infernis quantum semper Laudabile Nomen
Omnipotentis erit, superæ qui scrinia Gazæ
Sic famulis aperit; mentis dum famine dempto,
Indubiam sub corde fidem nutrire laborant.
Flumen inhexaustum donorum est Rector Olympi;
Haud vllam Diuum patiuntur vota repulsam.
Alter ab Inferni correptus Principe; Luces
Exosas trahit; vt potè sub ditione Tyranni
Tartareæ Plebis, quatientis motibus artus.
Intus agit, vexatque animum; præcordia torquet,
Nullaq. dat malus Inquilinus gaudia cordi;
Quippè ferox hominum hostis, sollicitare ruinas
Assuetus, penetrale cupit subuertere captum.
Antè Patrem traxere virum spumam ore vomentem,
Multaq. versantem, clamoribus astra lacessit.
Vocibus at Placidus cœpit lenire Satorem
Orbis, & ingenti placauit Nomen aquarum
Flumine; mox iubet ad stygios properare Penates
Dæmonem, & improprias, Superum vi, linquere sedes.
Paruit imperijs malefidus furcifer Orci,
Fumus & egrediens è vertice flebilis ægri,

Absces-

Abſceſſus retulit ſignum hoſtis in Arce latentis,
Nubibus impliciti infernæ fuliginis; atque
Cæleſtes ſenſiſſe minas, incendia mentis
Auſonio voluente Viro, multumque precante.
Hæc ſuper; ecce ruit duplici tunc languidus atro
Afflictus morbo; curuis nam dura Senectus
Artubus incubuit, vultus, frontemq. pruinæ
Infecere hyemis, tunſis algore medullis.
Qualiter alpina cum rupe niualia creſcunt
Vellera, dum Boreas, Aquiloq. procacior Euro,
Flamine luctantur rapido; concreſcere nubes
Cernimus, abruptę & caput incaneſcere Cautis.
Illius auditum clauſi ſic murmure venti
Auribus abripiunt, & canos frigore adurunt.
Hinc titubare caput flexum, ceruice labante
Sentit. & ingenium mixtas confundere formas.
Lumina nox tetra obduxit caligine, Solis
Abſtulit & miſero ſolamina; damnaq. fleuit
Exoculata Viri frons, bino ſydere caſſa,
Ducit & infelix adopertam funere vitam.
Hic tremebundus, opem fidenti pectore poſcit,
Succiduoq genu procumbens, pharmaca ſancti
Suſpirat Medici, diuini & Apollinis artes.
Diſtulit haud Heros, lacrymarum gurgite oborto
Sollicitare Polum, votiſque laceſſere Diuos.
Vocibus orantis placatus Legifer Axis,
Protinus orbati reparauit verticis aſtra,
Signa manu enfixit poſtquam veneranda, redemit

 Queis

Cælicus at pariter super ægri plasmata signi
Applicuit Crucis articulis iam tuta Magister,
Continuò vim bina manus, roburq. recepit,
Expressit Patris signum cum dextra salutis,
Iam prece præmissa, virtute potentior omni.
O quàm succedunt rebus miracula miris!
Inferuis quantum semper Laudabile Nomen
Omnipotentis erit, superæ qui scrinia Gazæ
Sic famulis aperit; mentis dum famine dempto,
Indubiam sub corde fidem nutrire laborant.
Flumen inhexaustum donorum est Rector Olympi;
Haud vllam Diuum patiuntur vota repulsam.
Alter ab Inferni correptus Principe; Luces
Exosas trahit; vt potè sub ditione Tyranni
Tartareæ Plebis, quatientis motibus artus.
Intus agit, vexatque animum; præcordia torquet,
Nullaq. dat malus Inquilinus gaudia cordi;
Quippè ferox hominum hostis, sollicitare ruinas
Assuetus, penetrale cupit subuertere captum.
Antè Patrem traxere virum spumam ore vomentem,
Multaq. versantem, clamoribus astra lacessit.
Vocibus at Placidus cœpit lenire Satorem
Orbis, & ingenti placauit Nomen aquarum
Flumine; mox iubet ad stygios properare Penates
Dæmonem, & improprias, Superum vi, linquere sedes.
Paruit imperijs malefidus furcifer Orci,
Fumus & egrediens è vertice flebilis ægri,
Abscess-

Abſceſſus retulit ſignum hoſtis in Arce latentis,
Nubibus impliciti infernæ fuliginis; atque
Cæleſtes ſenſiſſe minas, incendia mentis
Auſonio voluente Viro, multumque precante.
Hæc ſuper; ecce ruit duplici tunc languidus atro
Afflictus morbo; curuis nam dura Senectus
Artubus incubuit, vultus, frontemq. pruinæ
Infecere hyemis, tunſis algore medullis.
Qualiter alpina cum rupe niualia creſcunt
Vellera, dum Boreas, Aquiloq. procacior Euro,
Flamine luctantur rapido; concreſcere nubes
Cernimus, abruptę & caput incaneſcere Cautis,
Illius auditum clauſi ſic murmure venti
Auribus abripiunt, & canos frigore adurunt.
Hinc titubare caput flexum, ceruice labante
Sentit. & ingenium mixtas confundere formas.
Lumina nox tetra obduxit caligine, Solis
Abſtulit & miſero ſolamina; damnaq. fleuit
Exoculata Viri frons, bino ſydere caſſa,
Ducit & infelix adopertam funere vitam.
Hic tremebundus, opem fidenti pectore poſcit,
Succiduoq genu procumbens, pharmaca ſancti
Suſpirat Medici, diuini & Apollinis artes.
Diſtulit haud Heros, lacrymarum gurgite oborto
Sollicitare Polum, votiſque laceſſere Diuos.
Vocibus orantis placatus Legifer Axis,
Protinus orbati reparauit verticis aſtra,
Signa manu enſſixit poſtquam veneranda, redemit

Cælicus at pariter super ægri plasmata signi
Applicuit Crucis articulis iam tuta Magister,
Continuò vim bina manus, roburq. recepit,
Expressit Patris signum cum dextra salutis,
Iam prece præmissa, virtute potentior omni.
O quàm succedunt rebus miracula miris!
In seruis quantum semper Laudabile Nomen
Omnipotentis erit, superæ qui scrinia Gazæ
Sic famulis aperit; mentis dum famine dempto,
Indubiam sub corde fidem nutrire laborant.
Flumen inhexaustum donorum est Rector Olympi;
Haud vllam Diuum patiuntur vota repulsam.
Alter ab Inferni correptus Principe; Luces
Exosas trahit; vt potè sub ditione Tyranni
Tartareæ Plebis, quatientis motibus artus.
Intus agit, vexatque animum; præcordia torquet,
Nullaq. dat malus Inquilinus gaudia cordi;
Quippè ferox hominum hostis, sollicitare ruinas
Assuetus, penetrale cupit subuertere captum.
Antè Patrem traxere virum spumam ore vomentem,
Multaq. versantem, clamoribus astra lacessit.
Vocibus at Placidus cœpit lenire Satorem
Orbis, & ingenti placauit Nomen aquarum
Flumine; mox iubet ad stygios properare Penates
Dæmonem, & improprias, Superum vi, linquere sedes.
Paruit imperijs malefidus furcifer Orci,
Fumus & egrediens è vertice flebilis ægri,
Abscef-

Absceßus retulit signum hostis in Arce latentis,
Nubibus impliciti infernæ fuliginis; atque
Cœlestes sensisse minas, incendia mentis
Ausonio voluente Viro, multumque precante.
Hæc super; ecce ruit duplici tunc languidus atro
Afflictus morbo; curuis nam dura Senectus
Artubus incubuit, vultus, frontemq. pruinæ
Infecere hyemis, tunsis algore medullis.
Qualiter alpina cum rupe niualia crescunt
Vellera, dum Boreas, Aquiloq. procacior Euro,
Flamine luctantur rapido; concrescere nubes
Cernimus, abruptę & caput incanescere Cautis,
Illius auditum clausi sic murmure venti
Auribus abripiunt, & canos frigore adurunt.
Hinc titubare caput flexum, ceruice labante
Sentit. & ingenium mixtas confundere formas.
Lumina nox tetra obduxit caligine, Solis
Abstulit & misero solamina; damnaq. fleuit
Exoculata Viri frons, bino sydere cassa,
Ducit & infelix adopertam funere vitam.
Hic tremebundus, opem fidenti pectore poscit,
Succiduoq genu procumbens, pharmaca sancti
Suspirat Medici, diuini & Apollinis artes.
Distulit haud Heros, lacrymarum gurgite oborto
Sollicitare Polum, votisque lacessere Diuos.
Vocibus orantis placatus Legifer Axis,
Protinus orbati reparauit verticis astra,
Signa manu ensfixit postquam veneranda, redemit

 Queis

Cælicus at pariter super ægri plasmata signi
Applicuit Crucis articulis iam tuta Magister,
Continuò vim bina manus, roburq. recepit,
Expressit Patris signum cum dextra salutis,
Iam prece præmissa, virtute potentior omni.
O quàm succedunt rebus miracula miris!
Inferuis quantum semper Laudabile Nomen
Omnipotentis erit, superæ qui scrinia Gazæ
Sic famulis aperit; mentis dum famine dempto,
Indubiam sub corde fidem nutrire laborant.
Flumen inhexaustum donorum est Rector Olympi;
Haud vllam Diuum patiuntur vota repulsam.
Alter ab Inferni correptus Principe; Luces
Exosas trahit; vt potè sub ditione Tyranni
Tartareæ Plebis, quatientis motibus artus.
Intus agit, vexatque animum; præcordia torquet,
Nullaq. dat malus Inquilinus gaudia cordi;
Quippè ferox hominum hostis, sollicitare ruinas
Assuetus, penetrale cupit subuertere captum.
Antè Patrem traxere virum spumam ore vomentem,
Multaq. versantem, clamoribus astra lacessit.
Vocibus at Placidus cœpit lenire Satorem
Orbis, & ingenti placauit Nomen aquarum
Flumine; mox iubet ad stygios properare Penates
Dæmonem, & improprias, Superum vi, linquere sedes.
Paruit imperijs malefidus furcifer Orci,
Fumus & egrediens è vertice flebilis ægri,

Abscef-

Abscessus retulit signum hostis in Arce latentis,
Nubibus impliciti infernæ fuliginis; atque
Cælestes sensisse minas, incendia mentis
Ausonio voluente Viro, multumque precante.
Hæc super; ecce ruit duplici tunc languidus atro
Afflictus morbo; curuis nam dura Senectus
Artubus incubuit, vultus, frontemq. pruinæ
Infecere hyemis, tunsis algore medullis.
Qualiter alpina cum rupe niualia crescunt
Vellera, dum Boreas, Aquiloq. procacior Euro,
Flamine luctantur rapido; concrescere nubes
Cernimus, abruptę & caput incanescere Cautis.
Illius auditum clausi sic murmure venti
Auribus abripiunt, & canos frigore adurunt.
Hinc titubare caput flexum, ceruice labante
Sentit. & ingenium mixtas confundere formas.
Lumina nox tetra obduxit caligine, Solis
Abstulit & misero solamina; damnaq. fleuit
Exoculata Viri frons, bino sydere cassa,
Ducit & infelix adopertam funere vitam.
Hic tremebundus, opem fidenti pectore poscit,
Succiduoq genu procumbens, pharmaca sancti
Suspirat Medici, diuini & Apollinis artes.
Distulit haud Heros, lacrymarum gurgite oborto
Sollicitare Polum, votisque lacessere Diuos.
Vocibus orantis placatus Legifer Axis,
Protinus orbati reparauit verticis astra,
Signa manu enffixit postquam veneranda, redemit

 Queis

Absceßus retulit signum hoßis in Arce latentis,
Nubibus impliciti infernæ fuliginis; atque
Cœlestes sensiße minas, incendia mentis
Ausonio voluente Viro, multumque precante,
Hæc super; ecce ruit duplici tunc languidus atro
Afflictus morbo; curuis nam dura Senectus
Artubus incubuit, vultus, frontemq. pruinæ
Infecere hyemis, tunsis algore medullis.
Qualiter alpina cum rupe niualia crescunt
Vellera, dum Boreas, Aquiloq. procacior Euro,
Flamine luctantur rapido; concrescere nubes
Cernimus, abruptę & caput incanescere Cautis.
Illius auditum clausi sic murmure venti
Auribus abripiunt, & canos frigore adurunt.
Hinc titubare caput flexum, ceruice labante
Sentit. & ingenium mixtas confundere formas.
Lumina nox tetra obduxit caligine, Solis
Abstulit & misero solamina; damnaq. fleuit
Exoculata Viri frons, bino sydere cassa,
Ducit & infelix adopertam funere vitam.
Hic tremebundus, opem fidenti pectore poscit,
Succiduoq genu procumbens, pharmaca sancti
Suspirat Medici, diuini & Apollinis artes.
Distulit haud Heros, lacrymarum gurgite oborto
Sollicitare Polum, votisque lacessere Diuos.
Vocibus orantis placatus Legifer Axis,
Protinus orbati reparauit verticis astra,
Signa manu enfixit postquam veneranda, redemit

 Queis

Queis genus humanum Proles æquaua Tonanti,
Romuleus Pæan; proprium remeauit ad actum
Perdita fax frontis; splendorque reuixit
Luminis extincti, noctis ferrugine tersa.
Incolumis sed lucis egens, & saluus, adorat
Numen, & inuictum collaudat Nomen IESV,
Cuius ob imperium miranda recluserat Hospes.
Ibat ouans, cunctis retegens insignia tanti
Acta Viri, meritumque manus, Crucis ense potentis
Morborum Cuneos imum depellere ad Orcum.
Conglomerat gestis maiora prioribus Heros.
Grandia succedunt magnis, & crescit euntis
Fama Patris, sanctoq. datur nec meta labori.
Quin Cœlestis Amor solitus transcendere metam est.
Stabat Hydrops pauper, fatali humore sepultus;
Ventre graui, fætoq. vndis opplentibus aluum
(Tympana namq. cutis circum distenta videtur
Effigiare magis, speciem quam ventris obesi)
Exsuperante, fibræ sub aquarum mole gemebant.
Turgida crura ægri referunt tornata Cylindri
Marmora, sub curui sudantia fornicis arcu.
Iam confusa manet miseri languentis imago
Corporis, humanam retinent haud membra figuram;
Namq. femur, coxasq simul tumor occupat alui;
Apparent vitrei lucenti in pelle colores,
Exuuiæque croco similes, fuluoque metallo.

His

His natura tegit venas, & viscera anheli
Pauperis, at fauces sitis importuna lacessit,
Eloquijque sonos aeri intercludit in ore.
Eridani quamuis vastis se proluat vndis,
Guttur & assiduè exhilaretur nectare Iacchi;
Plus tamen ille sitit: medio ceu Tantalus imbre.
Tractus hic antè Dei famulum, sua tegmina ponit,
Ostenditque luis latitantis prodita signa;
Cœlicus applicuit morbis Epidaurius, horti
Non medicas herbas, nec aquas expellit inertes
Cuspide membra petens: precibus de more peractis,
Dextra salutari signo patientis IESV
Corpora sed lustrat; diffusus labitur humor,
Non intus remanens; fugiens nec deserit aluum,
Ast (ò admiranda Patris suprema potestas!)
Vix sacra signa manus Crucis edit; protinus vndæ
Cessat origo; latex tenues vanescit in auras,
Depressamq. vocant florentia membra figuram.
Haud aliter pereunt inflati tympana ventris,
Quam torrētis aquę, rabido cum Cynthius æstu,
Omnibus exurens, currentis fluminis aluum
Ebibit, imbriferi vacuato gurgite riui,
Vndè exusta vadi sitientis surgit arena:
Membra veternosi sic & decrescere egeni
Spectantur, Placido signum formante salutis,
Quod potis est tumidum absorbere intercutis imbrem.

Lan-

Sit dare vocepotis, bifidæ Crucis arbore ficta;
Illius ò meritum, Regnator respice Mundi,
Redde, precor, miseropræreptæ gaudia lucis;
Auxiliumq. refer, tenebrarum nube reuulsa.
Sic ait; & lignum vitale expressit IESV;
Christe Redemptor, ait, qui Lumine Matris ab aluo
Orbatum, tenuis curasti humore saliuæ,
Huic vsum concede oculorum, vimq. tuendi.
Cæcus & extemplò noctis caligine pulsa,
Solus carpit iter, socio iam stipite spreto,
Quo gressus fulcire solet; nam lumina circum
Cuncta vident, plantamque regunt, ne deuia terræ
Compita fortè premat, foueisq. impingat opacis.
Sensit vt hæc afflicta Nurus, quæ strata grabato
Ægra dies nimio ducebat torta dolore,
Vestigat cupidè Medicus qua parte moretur
Hic nouus æthereo populis demissus ab Axe.
Rettulit huic aliquis, prolem transire Parentis
Nursini, Genium qui trudit ad ima malignum,
Obsidet vt gentis præcordia, tortor iniquus.
Insequitur morbos, nulla mercede recepta,
Restituitque viris florentis dona iuuentæ,
Languida membra. Cohors vrget cum dura malorum.
Deserit hæc thalamum, fideiq. accensa calore,
Occurrit Placido, auxilium implorare parata.
Eminus vtq. videt venientem, præscius Heros,
Obstu-

Obstupuit fidæ miratus robora mentis.
Vt propè fœminei fecit consortia vultus,
Supplicibus rogitabat opem singultibus. Hospes
At pius admirans, animumq. fidemq. rogantis,
Erexit geminas ad celsa cacumina palmas,
Rector vbi superum mētes pascitque, beatque;
Deindè gemens, inquit; lux ò radiantis Olympi,
Sola salus generis nostri, morbique medela,
Tolle luem fidæ lacerat quæ viscera seruæ,
Sentiat vt diam morbos depellere dextram,
Non hominum vires, medicas nec Apollinis herbas,
In quibus ignaræ nequeunt confidere gentes.
Vix ea; cum Mulier depressas gliscere vires
Vidit, & arentes intus succrescere fibras,
Æthera dum Placidus, tacito clamore fatigat.
Numinis hinc summa pietatem laude frequentat,
Et Diui meritum latè per compita iactans,
Ad proprios remeat, victo languore Penates.
Ingens fama Viri succreuerat, atq. præibat
Patris iter, nam longa Manus Nuruumque, hominumque
Confluit, vt validæ virtutes comprobet artis
Magnanimi Herois, Dius quem vinxerat ardor,
Omnibus vt cuperet thesaurum aperire salutis.
Febribus exustum tunc fortè cubile fouebat,
Dum calor internas nimio feruore medullas
Sollicitabat; opem petit Æger ab Hospite sancto;
Obtulit vt medio se tramite, pressus ab æstu,

Et bona verba cupit, quibus Heros pellere morbos
Aßolet, amiſſas & lapſis reddere vires.
Viuificę Crucis hunc labaro muniuit Alumnus
Præſulis eximij reſidentis in Arce Caſini;
Te fortunet, ait, ſuperæ qui ſceptra Sionis
Inconcuſſa tenet; ſic, Rege iubente, medelam
Experiare diù, donec tibi vita manebit.
Vocibus his maleſana febris trepidantis Egeni
Corpora deſeruit; redijt vigor, hoſte retuſo.
Ederet ille licet miracula digna perenni
Laude, tamen meritum ſe vermis habere fatetur;
Ludibriumque virùm ſe appellat, calce terendum,
Vernula vt exiguis tantum famulatibus aptus.
Accepit poſtquam vicinia tota ſtupendæ
Virtutis monumenta, Patris quæ dextra ferebat;
Currit inhexauſto de fonte haurire liquores
Donorum, meriti quos ſacra fluenta parabant.
Accola namq. ſoli iam dextræ amiſerat vſum,
Dum reſoluta manent ramoſa ligamina nerui,
Proxima tum nequeunt proprias diffundere vires
Membra, ſed hic animus ſuſtentat inutile pondus.
Qualis cum viridi ſiccatur in arbore ramus,
Nullaque materni recipit ſolatia ſucci,
Tegmine nec ſolij obnubit; nec poma Colonis

Exhi-

Cogit & abreptas concedere corporis Arces.
Cæpere oppressi, cessante tyrannide, nares
Voluere fumantes, populo spectante, fauillas,
Sic est Inquilinus atrox ad Tecta reuectus
Venerat vndè prius, densa caligine septus.
At si tergemina reboarent ora loquela;
Threïciaque Chely concentus ederet ardor
Entheus, exhaurire satis nec gesta valeret
Omnia quæ dedit, antè viæ quam compita obiret;
Quot fines Placidus, telluris & Oppida visit,
Munificæ fouit supero tot stemmate dextræ;
Quis quis enim quærebat egens adferre medelam
Corpori, & arentes subitò renouare medullas,
Quas malesana lues, morbosis strauerat armis.
Hospitis Ausonij sese conspectibus infert.
Non mihi carminibus tantum confidere fas est;
Nec de Phæbeo tantum præsumere serto,
Corda licet flagrent alto pietatis amore;
Ingenium cunctos Heliconis & hauriat imbres.
Hic Cruce, magnanimam Plebem tremefecit Auerni,
Tartareosq. Duces domuit, viresque subegit.
Morborum genus omne suis haud nutibus obstat;
Imperioque manus, tabis contagia parent.
Rex Erebi quondam, membrorum inclusus in Antris,
Prodere se renuens, simulabat, fraude, latebris

Non

Non latuisse Viri, ne vi pellatur ab Arce
Corporea, atq. doli retegantur, fure repulso,
Sustinet haud vultus Ditis scelerata caterua
Hospitis innocui; diris vlulatibus astra
Nam feriunt, flammasque pati pleno ore fa-
tentur.
Illorum Placidus vires; rabiemque retundit;
Se iubet antè ipsum stygios & sternere fures.
Hæc, pietas, meritumq. Viri miranda peregit;
Illius ingenti ardebant nam viscera flamma,
Totus Egenorum intentus succurrere morbis,
Pauper & ipse licet, sed opes ope nactus olympi
Prodigit innumeras, nullaq. Machaonis arte,
Quidquid ab arte fluit, manibus largitur opi-
mis.
Pauperis Hussæi nam Heros oracla sequutus;
Cæpit amor teneris miserorum adolescere in an-
nis.
Creuit ibi cum fama, Patris vulganit &
actus;
Accola Pauper erat viui sub imagine monstri,
Cuius in officium famulātia membra vigebant
Nulla suum: geminis hærent vestigia coxis,
Et gressum pręstare negant, quà corda voluptas
Allicit, atq. aliò plantæ impelluntur inertes.
Vbera velabant palmæ, tum ponè lacerti
Hærebant ambo, disiectaq. terga premebant,
Nec motus, nec sensus erat; glomerantur in
orbem
Ilia, congeriemq. magis, molemque figurant
Indigestam, hominis quam corpus; nam loca
seruant

Nec

Nec sua, dispositæ sine partes ordine formæ.
Lingua soni formare modos, speciemq. loquelæ
Edere nec poterat, mentisque retexere curas.
Sic pariter voces nec surda reuerberat auris;
Luminibusque facis superæ gustare negatur
Munera, diuersasque virum facies, vaga Cæli
Sydera, mirificos pictæ telluris honores.
Curriculo ad Placidum disiectus ducitur Æger;
Nutibus auxilium implorans, sonituq. procaci.
Vocibus horrisonis pius aures præstitit Heros,
Fidentemq. animum miratus; supplice vultu
Aethera conspiciens, humili sic ore profatur:
O Pater omnipotens, cuius clementia terris
Præbuit Vnigenam, gemino vt commercia Mundo
Redderet, & manes stygio reuocaret ab Antro;
Huic misero tua magna potentia ferre medelam
Sola potis membrorum est restaurare vigorem
Iam prius amissum; moueant tua corda Magistri
Emeritæ virtutes; illius igneus ardor
Te flectat, pietasque simul languentis egeni
Qua regis ora, sinis nec vota perire rogantum;
Hoc dicto, extemplò vitalis roborat humor
Corpus, & implicitum membris hærentibus audax
Vanescit gluten, neruique tenacia frangunt
Vincula, visceribus feruenti sanguine fotis.
Lætitia perfusus Inops, modulamina soluit
Vocis, & altisonis clamoribus Astra lacessit;

Ac

Indigenis vulgabat, opem conferre paratus
Omnibus, & tectæ virtutis prodere fontes.
Hinc & Relligionis honos, & Præsulis Ordo
Nursini augetur, per quem miranda coruscant
Signa, per immensum fama & diffunditur Orbem.
Qualiter exiliunt, ferro candente fauillæ,
Forcipe dum chalybem versat, cum Bronte, Pyracmon,
Ictibus vt crebris vis tunsi effulgeat æris:
Sic experta nitet Placidi lux abdita, flammas
Assiduis lacrymis dum sollicitata piorum
Euibrat, & meritum mirandis comprobat actis.
Orbibus effossis, ferrugine cinctus, & alter,
Effulcire pedo vestigia curat acuto,
Artificique manu plantas recreare labantes.
Successisse solo Benedicti vt sensit Alumnum,
Imperat adduci quà Limina fortè colebat
Hospes, & exiguæ capiebat fercula mensæ.
Cominus exclamat: Cœlestis, Serue Satoris;
Gnate, Casinatum sacras qui temperat Arces
Abbatis, niueæ qui Gentis cernitur Auctor:
O, Placide, in tenebris ægro auxiliare sedenti;
Credo equidem, nec vana fides, si in vota vocabis
Numina; cuncta dabunt, nullamque referre repulsam
Verba, precesq. valent; superum da celsa tueri
Tecta, iubarque Poli; viuo sinè lumine vitæ,
Infernæque probo, viuens, caliginis vmbras.
Tunc pietatis amans, miti bibit aure gementis

Dicta;

Dicta; Crucem subitò designat dextera, luces
Pauperis & clausas tangit; sic voce precatus:
O qui Cæcigenæ renouasti frontis honorem,
Abstulerat rerum quem dura Nouerca creatrix,
Quæ fuerat primas venienti lucis ad auras,
Christe Deus, splendore tuo, illustrare sedentes
Mortis in æternis vmbris, densisque tenebris
Cui placuit; meritum Nursini respice Patris,
O bone, da luces splendescere frontis ademptas,
Sentiat vt miræ, licet immeritus data dextræ.
Seruus, vt ore tuæ celebret præconia laudis,
Diaque perpetuis iactentur Nomina sæclis.
Approbat orantis tunc verba sonantia Cœtus
Omnis, amenque refert: en lumina bina fatiscunt,
Cæcus & altisonis sua gaudia vocibus effert,
Ac Placidum, Patrisque simul super æthera nomen
Euehit, & dignas properat persoluere grates.
Hinc numerosa Cohors populi fert oscula plãtis,
Carminibusque nouis Iuuenesque, senesque stupenda
Prodigia extollunt, venientis & hospitis ora
Excipiunt hilares, atrum tetigisse Cucullum
Relligionis opus credunt, meritumque Coloni.
Progrediens vltrà tandem sanctissimus Hospes,
Cornipedem flexit; gemino comitante Cliente,
Quà Beneuentanæ consurgunt Oppida terræ.
Atque ibi Martinus populorum Præsul, Alumnum

Exci-

Excipit hoſpitio Benedicti; ritè colebat
Cuius amicitiam; famam miratus, & ora.
Hinc quoquè & obſequium Proli præbebat eunti.
Huic conclaue iubet Præſes, ſocijſq. parari,
Quæque peregrinæ referunt ſolatia Genti.
Diſcurrunt famuli, Domini tum iuſſa capeſſunt,
Atque toros ſternunt, menſæ & mantilia ponunt.
Occupat Antiſtes gratis amplexibus artus
Hoſpitis, eloquio referens commercia Turbæ.
Intereà menſæ ſternuntur, Præſul, & omnis
Gens peregrina ſedet, Cereali & munere vires
Proſtratas refouent, at temperat vnda Lyæi
Pocula, nec gratis dapibus ſolantur edendi
Par deſiderium, modico vix pane referti.
At Placidus ſuperis cuius mens paſcitur eſcis,
Eximit audacem cæleſti nectare Orexim;
Munere nam dio plenus, radioque ſupremo
Percitus, ætherei reſerans arcana Parentis,
Præſulis ingenuam refouet dulcedine mentem.
Rumor at immodicus tota vulgatur in Vrbe,
Tellurem penetraſſe Virum qui dona ſalutis,
Scit conferre manu, morbiſque aptare medelam,
Stamen & infractum precibus ſolidare Sororum.
Vocibus his, motus veſtigia fortè negabant
Cui firmare pedes, terram nam genua petebant,

Dum resoluta manet neruorum viuida virtus;
Cogitur hinc patulis, tellurem verrere palmis.
Reptat humi, carpitq. viam quà cælicus Hospes,
Mutua, tum Dominus Penetralis, verba serebant.
Astitit vtque viris, ægro sic ore profatur:
O Placide, interpres Diuum; pietatis imago;
Atque Casinatum Patris certissima Proles,
Cuius (vt accepi) meritis, è fluminis alueo,
Te incolumem, Maurus, currens, ad littora siccis
Prouexit pedibus, laticum conamine spreto;
Ne fractis, oro, renuas succurrere membris,
Serpere nam cogor, flexa ceruice, Colubrum
More, Poli haud oculis conceditur Astra tueri.
Mox pius Antistes, pro supplice, corda fatigat
Hospitis: afflicto succurre, ait; erige curuum,
Vt Superum concrescat honor, laudetur Olympi
Rector, & Ordo tuus cunctis celebretur in oris.
Præbuit eloquio rogitantis cælicus aures
Heros, munificasque leuans ad sydera palmas:
O qui nutantem renouasti sanguine Mundum,
Vulneribusque tuis lauisti vulnera noxæ,
Atque Crucis labarò dominantem proteris Orcum;
Sit mihi fas signo hoc, lapsam renouare salutem,
Et dare prostrato iustum medicamen amico.
Per te, perq. mei merita intemerata Magistri,
Ne miseri plantas Ægri firmare recuses,
Christe Deus, qui cuncta vales, nec fida repellis
Pectora: de summo suspiria despice Tecto

Pau-

Pauperis ægroti, da crura labantia gressu
Præstare obsequium, membrorum fœdere pacto,
Vt tua per vastum iactetur gloria Mundum.
Expressere amen vix gentes: protinus ambæ
Exiliunt plantæ, solidataque tibia, saltus
Exprimit, atq. pios modulatur gutture versus.
Miratur Presul factum omnis & incola terre,
Hinc Sacer, omnipotens extollitur Agmine ab Vrbis;
Namque puellares reboant per compita voces,
Plebis & omnigenæ clamores Astra lacessunt,
Congeminantq. Patris Nomen, modo Nomina Gnati,
Progeniemq. nouam Benedicti, carmine Cœtus
Hymnisonisque modis celebrat, Iuuenumque, Senumque,
Hospitibus dignas properant & soluere grates.
Plausibus excitus Vir, Lampade frontis adempta,
Qui flet inops tetræ longos caliginis annos,
Lætitiæ causas scrutatus, & Hospitis actus;
Cur mea (secum inquit) diuellere nubila, Christi
Relligiosus Eques, pulsa pietate, negabit?
Ibo, piumque Patrem, precibus, lacrymisque ciebo,
Fortè oculis referet charæ consortia lucis,
Auratosque dabis superum discernere campos,
Et caligantis tenebras abstergere noctis.
Talis vt in cupido sententia corde resedit,
Innixus baculo, Placidi legit hospita Tecta;
Hæc gressu trepidante tenens, mox pronus adorat,

Atq. ait: ò varios hominum miserate dolores,
Progenies intacta Patris, qui corda Tonantis
Ore ferit, votisque Choros expugnat Olympi;
Luminibus succurre meis, fax Romula, lucis
Cernere da radios, & amœna cacumina Cæli.
Tunc Pietatis amans, acies, palmasq. tetendit
Ad superos, crebris singultibus ætherapulsans;
Flammigeri cordis voto respondet IESVS,
Et caligantes oculos splendore serenat
Vitali, donatque Poli conuexa tueri.
Rumor at exemplo plateasque, Domosque propinquas
Impleuit; populi factis plaudente susurro.
Splendida voce sonant Antistitis Atria; dicit
Carmina, tum Placido Plebis glomerata Caterua,
Atq. incedit vbi vulgi manus, ora coronat
Prolis Aniciadæ, signari stemmate & ardet
Vnigenæ sobolis, Mundi quo crimina lauit.
Confluxere omnes Matres, implentq. fenestras,
Queis haud certa datur vestigia lambere Diui,
Pectoribus pressant Gnatos, Placidoque recludunt,
Vt Cruce dignetur (signum simulante lacerto)
Omina felicis lactenti iungere sortis.
Diuus at inceptis cupiens imponere finem,
Præsuli agit grates, & fœderis oscula linquit.
Dum Aurora egreditur, venturaque nuntiat Orbi
Gaudia lucis, Equum Placidus conscendit, & Vrbis
Hospitium linquens, festinus Tecta salutat

Mar-

Martiani, Patremque Laris, famulosque sequentes,
Mox ferit Alipedem stimulis, & laxat habenas,
Arua terens, carpensque viam; viret Apula tandem
Terra vbi se sistit; fauet ignis euntibus Axis;
Nam sine nube dies transit; nec tristis Orion
Tellurem nimium, subuersis proluit Vrnis.
Ingreditur, pergens Canusinæ littora Gentis,
Aufidus vndè strepens rapidis elabitur vndis,
Apuliaque solum exhilarat, Daunique Colonos,
Adriacum tandem, currens, caput abdit in Aequor.
Hospitis aduentum Præses Sauinus vt audit,
Obuius occurrit Placido, vultuque benigno,
Cum socijs rogitat proprijs succedere Tectis,
Ordinis in Patrem summum testatus amorem;
Præsulis haud sanctus Vir Tecta subire recusat,
Mutua Cœlestis præbens consortia mentis.
Ter Iubar æthereum occiduis se mersit in vndis;
Ter quoque noctiuagæ fulserunt cornua Lunæ;
Cum pius Antistes lætè hospitis ora tuetur.
Quanta super Patris meritum; super ætheris alti
Gaudia iucundo sermone vomunt, sacer Hospes;
Innocuusque Senex, animos refouentque beato
Eloquio, & sancta dulcedine pectora replent!
At Placidus supero Diuorum percitus æstro,
Clara Beatorum recludit præmia; quidquid

Angelicum Examen recreatum luce perenni
Perfruitur, retinens cõpendia cuncta bonorum
Quidq. viri, quibus antè datum pro Numin
vitæ
Fundere purpureos latices, fideique probare
Dogmata, nec sæui tormenta horrere Tyranni
O qui (Diuus ait) rutilis spatiantur in horti
Verticis ætherei? pro Christo vulnera passi,
Victricis tandem rapuerunt præmia palmæ,
Regis ad exemplum portantes ardua ligni
Pondera, nunc summi recreantur Regis a
auram,
Namque laboranti requiem sine fine spopondit
Qualia Martyribus Numen dabit aurea Tem
pe?
Quæ vis eloquij, voluat si flumina vena
Verborum poterit blandos dulcedinis haustus
Quos rubra Turba bibit, lætia referare lo
quela?
Præsul at excipiens: Benedicto, edissere quæso
Quæ data contulerit Dominus; quo lumin
Diuum
Cernere mens valuit, latè quæcunque Creato
Artifici dextrà fabrefecit, cunctaque gyro
Circinat immenso, Cælorum mole coërcens;
Fare age, magne Hospes, sancti quæ vita Ma-
gistri,
Inter vt infausti solus dispendia secli,
Sit potis illa frui, quæ gloria celsa Beatis
Numinis in thalamis offert, Necis ense recisis
Magna quidem (ille refert) scrutaris: Vesper
Olympum

Clau-

Claudere namque prius, suppressa Lampade curret,
Voce ego quam patriæ tentem mirabile visum
Exprimere, Angelicos mores, imitanda nec vlli
Gesta, vel ærumnas proprios queis afficit artus;
Pauca sed, (Antistes) curabo edissere, iussis
Quæ seruire tuis, horas & fallere pergent.
Nox erat, & soboles immerserat ora sopore,
Fessa graui agrorum cura, manuumq. labore,
Cæruleo errabant candentia sydera Tecto,
Iuraque, depressis argentea Luna tenebris,
Exercebat; equis spatiosa cacumina Olympi
Perlustrans, restuum frænabat lege profundum;
Cum Pater euigilans, dilecta silentia noctis
Occupat, atq. precum vigilatas præuenit horas,
Dum vaga Regna videns per aperta foramina Turris,
(Cardine conuerso, nam obstantia clathra remouit)
Mente beatorum sedes, lumenque perenne,
Flammato secum voluebat pectore; & oris
Sydereos ignes suspiria crebra petebant.
Ecce repentè iubar tenebras, noctemq. flagellat,
Et face perpetua splendentis clara diei
Lumina vincebat, medio ceu Phœbus Olympo
Cum micat, & tremulis hilarat splendoribus Orbem,
Stelligeramq. Domum, detersa nube serenat.
Iam caput abdiderant reuolubilis Astra Theatri;
Flexerat & retrò Arctous sua Plaustra Bootes,

Miratus noua sidera per caua Tecta vagari;
Igniuomam timuitTitan reuocasse Quadrigã;
Seùpræmaturi horas accelerasse diei,
Tunc iubar immensum glomerauit protinus Orbem,
Collegitque simul vasti quæ brachia Olympi
Orbe ligant, Nerei quid quid circũdatur vlnis.
Cumque per æthereas Capuani Antistis auras
Spiritus humanis vinclis, durisque solutis
Compedibus carnis volitaret Regis ad Arcem,
Carperet vt meritò victricis præmia sedis,
Aligeros Iuuenes comitantes Prȩsulis vmbram
Innocuam Pater inspexit sub imagine flammæ;
Cunctaque cum testes, tum facta secuta probarunt.
Digna quidem cunctis sæclis memoranda recenses
Hospes (ait Præsul) fuluoq. notanda metallo.
Hȩrèt at ingenium, nec percipit vndè sit ingens
Orbis in angustos oculorum totus adactus
Orbes, vt modico sit vasta coërcita gyro
Machina, luminibus iam ferè abscondita nostris.
At reor, ille addit, mentis formidine pulsa,
Omnia libanti supremi Numinis ora,
Scilicet ad votum succedere dicta tuendo,
Angustatur enim menti dulcedine raptæ,
Imperium quid quid Diuini gutturis audit;
Ast animus contrà summis vix lumina labris
Ebibat, ille tamen Mundi, velut arcta, recludit
Cuncta: breuis spatium vasti globus occupat Orbis.

Spiri-

Spiritus ipse super se erectus, maior olympo;
Maior humo quoque cunctis eminet, imaque mentis
Lumine despectat, splendoris acumine raptus;
Numinis vt speciem, & vultus speculatur amœnos
Tergeminæ Triados, essentia quam obtinet vna.
Ergò globi, vt spectat Genitor sub imagine totum
Contractum Mundum, Geniosque cacumina Cæli
Scandere, mens dijs id sparsa nitoribus audet.
Abdita lux animo super euehit astra Videntis
Ingenium, inferiora tenens, sublimius ipsis;
Præsulis hinc acies subiectos despicit Orbes;
Ceù quis ab excelsa dominatur vt infima Turri,
Indè theatrales moles, hominumque Colossos
Conspicit, exigua sed vasta volumina cernunt
Lumina sub specie, visuque arctantur in vno.
Haud aliter, Patris cùm mens supereminet Orbi,
Illustrata Poli radijs; splendoribus aucta
Numinis, in paruo moles immensa triumphat.
O ingens factum cunctis narrabile sæclis,
Suscipit Antistes! quales dulcedinis haustus
Spiritus ille Patris, Diuino è lumine suxit!
Ebrius, æternis Domini spatiatus in hortis,
Quid mirum, mundana probat sub Apollinis vno
Si radio spatiosa Maris, terræque, Polique
Gaudia, syderea concessa Clientibus Arcis.

 Qui

Qui triplici de fonte bibunt oracula Regis
Aetherei, & pura rimantur pectora mente.
Intereà dum sancti homines hæc verba serebant,
Ad Placidum properat Vir, quem manus arida cogit
Implorare Dei auxilium, Patrisque medelam.
Ingreditur Conclaue Patres vbi fortè sedebant,
Exclamatque gemens, feriensque vlulatibus Astra:
Inclyta progenies, inquit, Patris alta Casini
Qui regit imperio Delubra, & lege virorum
Custodit Cuneos, & iter recludit Olympi.
Per te, perque tui Genitoris facta stupenda,
Confer opem dextræ, precibusq. leuamen egenti
Adde tuis, membro exangui, Pater alme, vigorem
Sumere da primum, viresque reuisere fractas.
Haud minus Antistes, glomerataque Turba virorum,
Supplicibus verbis sancti Patris ora fatigant:
At pius exoluens imo suspiria corde
Hospes, abundanti lacrymarum flumine lauit
Pectora, mox duplices tedens ad sidera palmas,
Sic ait: Omnipotens, Mundi cui Machina paret,
Nam tua cuncta valet progignere magna potestas,
Qui Mare, qui terras, & vasta volumina Cæli
Artifici dextrà, primæua ab origine rerum,
Cùm Chaos horrendum, atq. nihil sua sceptra teneret

Plan-

Plantasti, vt stabili regerent fundamine molem
Orbis, & humanæ seruirent fœdere Genti:
Illius & maculas abstergere fonte salubri
Sollicitus, sacris retulisti pharmaca lymphis,
Per patrios actus, per quos miranda parasti
Gentibus, vt meritas valeant tibi reddere grates;
Da, precor, huic misero propriæ solatia dextræ.
Vix hæc, & manibus dextram compressit vtrisq.
Arentem Iuuenis, Christi mox, ore vocato
Nomine, restituit pendenti dona salutis.
Membro, conspexitq. suam reuirescere dextram
Languidus, infractum cœpitque agitare lacertum.
Præsulis at niueam pertentant gaudia mentem,
Hospitis vt vidit miracula tanta, Deoque
Rettulit immensas laudes; amplectitur vlnis
Et geminis Placidum, Nursini Patris Alumnum,
Ingenti merito laudum præconia texens.
Quin supero Regi immortalem reddere honorem
Haud cessat; pariter præsens nec Turba Virorum.
Ast iter Ausonius cupiens absoluere Præsul,
Ingenuis sacri stringens amplexibus artus
Hospitalis Heri, verbisque rependere grates
Curat; Equi, tandem, dextra, librauit habenas,
Deseruitque lares Antistitis, aurea primum
Cum Mater roseis prænuncia lucis Olympum
Aurora exhilarat, radijq. crepuscula spargit,

Et matutino saturat Conchylia rore.
Acceleransque gradus, reuoluta luce dierum
Paucorum, Calabri quà littora vasta teruntur,
Rheginumq. solum tetigit, Neptunus aquarum
Rector vbi imperium exercens nomen dedit Vrbi.
Hic quoq. Presul opem peregrinis contulit, atq.
Hospitium gratum, Benedicti Patris amicus,
Et geminos habitare dies sua Tecta rogauit.
Fama sed intereà tota regione vagatur,
Aduentumque Viri vicinos vulgat in agros,
Qui potis est morbis cunctis conferre leuamen,
Pæonia non arte; Crucis sed stemmate fictio
Insigni dextra; superi tum voce vocato
Nomine IESV, ex obductis depellere fibris
Læthales æstus; at vitam in corpora ademptam
Sæpe redire iubet; membra & reuirescere fracta.
Morbidus hinc pauper cuius iam corpus arabat
Sordida lepra; cauis serpebat in ossibus atrum
Hinc vitium, rabida prorigine viscera fædans;
Nam sanies multo de tubere crassa scatebat.
Fœdabatq. cutim marcentis sanguinis humor;
Exhalans & odor stygiam superare Mephitim
Creditur, & pecudum stabulum, caueasque ferarum.
Cominus exclamat, maculosa peste grauatus;
Serue Dei, auxilium præstare labantibus, inquit,

Attu-

Artubus haud renuat: scabies me lurida torquet,
Exuritq. cutem, formans sinè corpore membra;
Hinc viuens, morior, vitam cum funere miscens.
Per te, perque tui meritum cæleste Magistri,
Supplice posce, Pater, vultu mihi dona salutis
A summo Rectore Poli; qui temnere nescit
Vota pij cordis, temerati glutine nullo
Tristis auaritiæ; propriæ sed gentis amore
Perculsis, miseræ gaudet succurrere Plebi.
Nec mora luminibus Placidus super æthera versis,
Pectore sic imo suspirans, ora resoluit:
Arbiter è Mundi, certo qui cuncta gubernas
Ordine; namque tuis humana potentia iussis
Flectitur, haud casu mortalia facta reguntur,
Omnia sed Domini nutus, legesque verentur.
Hinc modò terrigenas ferali clade flagellas;
Nunc lue membrorum, mentis contagia purgas.
Vnigenam ipse tuum rutilis è sedibus Aulæ
Cælestis, dio cessisti Virginis aluo,
Carnis vt exuuijs trabeatus damna piaret
Criminis, & letho præberet pharmaca Mundo;
Aspice facta Patris, Supremo digna fauore,
Illius ob meritum scabiem depelle molestam,
Soluat vt ore tibi languens præconia Laudum,
Nec largitori vnquam cesset dicere grates.
Dixerat: extemplò ceciderunt squammea pellis
Vlcera, membrorum rabida prorigine pulsa.

Ces-

Cessauit feruor cutis, horridus & tumor ægri
Corporis, ora statim proprium sumpsere colorem,
Amissumq. prius reuocarunt viscera robur,
Et resonæ pariter redierunt plectra loquelæ.
Hinc stupor adstantis pulsat præcordia gentis,
Extollitque Tonantis opus, viresque precantis
Hospitis, & nomen Placidi super astra reponit.
Non leue prodigium, quod iam nouus Aduena, solis
Vocibus ediderat, cunctorum corda ciebat.
Hinc Pauper dura percussus cuspide morbi,
Vix animam inter membrorum confinia seruans,
Assiduo languore dies sinè pace trahebat.
Letiferæ nam flamma fibras vrebat inertes
Febris, & audenti lacerabat viscera morsu.
Squallebat facies, morti iam concolor extat,
Luminibusq. quies tacita sub nocte negatur,
Quippe luis corpus vis insidiosa premebat,
Nec refouent ægrum delata Machaonis arte
Pharmaca, dissectæ vel pollice Pæonis herbæ.
Qua potuit virtute pedes amplectitur vlnis
Hospitis innocui, gemebundus & ora fatigat
Illius, atque humili, supplex, sic voce profatur:
Credo equidem, dilecte Deo, Pater optime, Numen
Vota, precesque tuas haud temnet, pectore toto
Fundere sollicitus pro me nisi fortè recuses.
Annuit optatis Placidus; ferit Æthera dictis,
Semineciemque virum, morbi feruore represso,

Red-

Reddidit incolumem, febris fugiente calore;
Eluxit nam frontis honos, noua purpura tin-
xit
Labra, genásque simul, stratos animauit &
artus
Ingenuum robur, membris seruire paratum.
Obstupuit Præsul; magis obstupuere sed Vrbis
Indigenæ, Benedicti tum gratantur Alumno.
Talibus haud tantum decorauit mœnia fa-
ctis
Reghinæ Placidus terræ, sed tramite toto,
Cum pergens signaret iter, miranda peregit:
Nam febrile modo repulit de corpore virus;
Contulit huic gressum; dedit illi cernere solem
Luminis abstersa caligine: membra veneno
Infecta, ad primæ iussit remeare salutis
Gaudia, supremi cum iam confinia fati
Tangeret; ast alium trux inquilinus Auerni
Quem fortè exagitat, depulso liberat hoste.
Innumeros morbi Cuneos (medicamine solum
Arboris, humanam vitæ quæ contulit auram,
Dextra Crucis cum signa dabat) pellebat ad
Orcum.
Hinc summo meritum iactatur honore Pa-
rentis
Nutrixque quem genuit, digna germine tali;
Cælorum quoque Regi plebs pia carmina dicit,
Hospitio quod tantam tellurem inuiseret.
Ibat et intereà Donatus commoda quærens
Nauigia, vt reliquum compleret Puppe via-
rum
Cærulei callis, Siculasque intraret ad oras.

Pone

Ponè sequebatur gressus Donatus euntis
Præsulis, atque viæ secum tolerare labores
Promptus, adhærebat socio seruilibus actis,
Impleat, incessus vt rector, iussa Magistri.
Fortè virum reperit, quem magna Caterua malorum
Presserat, & proprio sensus spoliauerat vsu.
Non dare lingua sonos audet, nec flectere voces,
Reddere confusum, sed verba coacta boatum
Audis, & nutu mentis recludere curas.
Haud minus aure bibit strepitus, sonitusque vagantum,
Nam caret auditu, sanie consumpta fluenti,
Indignoque virùm nares fœtore lacessit.
Obuius ibat ei Donatus, corde tenello
Et miserans ægri discrimina, tentat ab Vrbis
Indigenis morbi latitantem quærere causam.
Turba hominum circum, quæ stans miserabilis ægri
Contemplabatur casus, hæc reddidit illi:
Cerne Hospes, quæ fata viri: quod flebile monstrum;
Portentumuè solo huic Natura Nouerca reuexit;
Hic finè morte iacet; corpus finè corpore defert
Spiritus, & viuum sustentant ossa cadauer.
His Donatus ait: languentem ducite mecum.
Nec mora deformem succedere cogit Egenum
Turba Lari, latius quem Heros tunc fortè colebat;
Ingrediturq. simul Plebis numerosa Caterua,

At conclaue subit socius prior ipse Parentis
Donatus, miserumque Ægrum, vix expirantem
Projicit antè pedes Sancti, seriemque malorum
Explicat; vt solita pietate rogat, sua vitæ
Pharmaca languenti donet, morbosque repellat.
Codicis in folium, Vatum dictata reuoluens,
Ad famuli voces oculos, corpusque leuauit
Protinus, atque virum plorantem, & multū mouentem
Vidit, & in cassum conantem promere voces.
Verna sed excipiens Domino patefecit egentis
Aduentus causas, quid flens exposceret intus;
Soluere cur nequeat vocalis plectra loquelæ.
Tum precibus comitatur opus pietatis; heriles
Expugnans animos, dignetur vt ore salutem
Poscere languenti, diuino à Rege, potenti
Qui regit imperio gentes, & sidera torquet,
Ipsius nec vota sinit volitare per auras
Irrita, supplicibus flectit sed vocibus aures.
Agglomerare preces currunt, Cinesque, sacrique
Templorum Proceres pariter, qui corda fatigant
Hospitis emeriti, pietatis ne acta recuset.
Tunc Heros animum super alta cacumina Cæli
Eleuat, & tacitis vnit sua pectora curis
Christe tibi, tepido conspergens ora liquore;
Mox super imponit languentis vertice palmas

Atquè

Atquè ait: alme Faber; luteo qui glutine formam
Corporis humani finxisti, & flamine vitæ
Ditasti, ingenioque, mali, rectique capaci;
Per Patris & meritum, totius & Agminis aucti
Ordinis, imperio subdentis colla Magistri
Omnigenæ laudis digni, donisque supremis;
Huic largire, precor, natiuis sensibus vti,
Quos malesana lues fluxu lacerauit iniquo.
Da, bone Christe, tuis præconia texere laudis
Nominibus famulo, per sæcula dicere grates,
Accola nec diæ taceat miracula dextræ.
Dixit: & extemplò sonitus tonuere loquelæ,
Franguntur que vagæ, sinè vi retinacula linguæ,
Et varia sensus mentis sermone ferebat:
Haud minus aure valet per aperta foramina vocum
Exaudire sonos, & reddere verba loquenti.
In superum laudes subitò præcordia soluens,
Non cessat iactare Deum; iactare Parentem,
Cui fuit in morbos talis concessa potestas.
Hic vno ore viri, pueri, nuptæque puellæ
Carmina texentes, simul hunc, simul atque Magistrum
Hospitis egregij indelebili honore leuabant.
Hinc Placidi monimenta vides splendescere; namque
Illius effigies latis stat picta tabellis,
In Templis, Domibusque simul seruatur, in æuum

vb

Vt memoranda Patris miracula longa Nepotum
Posteritas noscat, quæ munera contulit Vrbi
Regnator superum, fuit vt nec inhospita Diuis.
Sisinius pariter, cui contigit inter amicos
Excipere Heroem thalamos, carosque penates;
Iussit apelleis memoranda coloribus acta
Exprimi, & effigiem meditantem Tecta Tonantis
Immotis oculis: ceu tollere corda solebat
Astra super, miserorum vt tabida membra leuaret.
Antè, Virùm sed longa Cohors prostrata iacebat;
Subtus, Egenorum morbosa fraude grauata.
Talia sed Vates pict- sub imagine scripsit
Carmina, depostæ mentis testantia amorem.
Aspice quid prosint spreti diuortia mundi!
Dum calcauit opes Placidus, fascesque paternos,
Aetherea capit dominari diues in Arce.
Plus Crucis ille dedit signo, plus vocibus, ægris
Quam si dalmatici splendentia dona metalli
Prodigeret Patris, claræq. monilia Matris.
Pauperiem sequitur, latè vt succurrat egenis,
Militiæ, regnique simul detrectat habenas,
Vt prece sit pectus potis expugnare Tonantis.
Vernarum obsequium dum respuit, ecce paratur

Nobi-

Nobilior sed pompa illi: vestigia lambunt
Innumeri, quæruntq. fibris afferre medelam,
Aethera dum Placidus feruenti corde fatigat.
Discite mortales terrenam spernere sortem;
Cernitis en inopem superis dominarier Astris,
Et dare, non gemmas, fuluę nec pondus arenæ,
Naturæ sed opes, & munera, paupere dextra.



PRO-

PROTOMARTYRIS BENEDICTINI.

LIB. III.

ARGVMENTVM.

S. Placidus Rhegino portu soluens, Messanam appulit, vbi honorificè à Messalino exceptus, Monasterij constructionem de patrijs redditibus iam Casinensi Cœnobio donatis celerrimè faciendam curauit. Innumera miracula, quibus totius insulæ, finitimarumq. Regionum accolas ad se traxit, solito S. Crucis signo patrauit. Mira abstinentia, & carnis maceratione se omnibus suis Alumnis exemplar præbuit, & Monasticam disciplinam propagauit. Constructo Templo, post quartum annum, vna cum Domo ad habitandum opportuna, voluit sub nomine S. Ioannis Baptistæ consecrari; & ibidem intrà breue tempus triginta Monachos congregauit, ipso curam Abbatialem diligentissimè gerente.

ALtera cum noctem repulit lux aurea terris,
Clarior æthereo resplenduit orbita Tecto,
Nullaque cæruleum crisparunt flamina Pontum;
Hospitij domino referens pro munere grates,
Sollicitat Placidus pelago committere vitam,
(Sæuit vbi rabies Scyllæ, ingluuiesque Charybdis,
Et Nautas inhiant celeri absorbere rotatu)
Sicaniæ cupidus Puppi diuertere ad oras.
Ast illum numerosa manus comitatur ad Æquor,
Mæstitiæ quæ signa dabat, tacitique doloris
Fletibus, haud tantum patiens amittere Patrem.
Præsul & ipse loci abscessum vix sustinet almi
Hospitis, hinc niueæ libauit vt oscula fronti;
I, proles, inquit, magnis seruata triumphis;
Virtutis reclude iubar; pande Ordinis orsa,
Et sanctas leges, docuit quas Nursius Heros,
Gentibus vt cunctis pateant miracula Cœtus;
Et noua Progenies supero se se inserat Axi;
Sic ait: & torquens vestigia, Tecta petiuit.
Intereà Nautæ resoluto cannabe, ventis
Lintea committunt, remis & robora pellunt,
Dumq. viri transtris incumbunt, littus abire
Perlegere oculis: Neptunius imperat humor.
Æolus ex alta speculatus Cærula turri,
Aduentare Virum sensit, qui nomina Regnis

Trina-

Trinacriæ inferret, morum fulgore refertum;
Omnigenos pariter posset qui pellere morbos,
Saluificaque manu auxilium conferre salutis;
Talia, per maria, atque domos se, præpete penna
Fama vehens, instante tuba, tunc fortè canebat.
Nexibus hinc duris luctantia flabra Tyrannus
Frænauit, pelagi spumantes vertere fluctus
Ne spontè auderent, hyememq. ciere Profundi.
At faciles auras lento spirare susurro
Imperat, instabilesq. vndas substernere Nautis.
Haud minus Oceani Regnator, frontè minaci,
Latrantem Scyllam, meditantem & damna Charybdim
Nauibus, exterret, dextrà quatiente tridentem.
Hinc fatale fretum percurrit sidere fausto
Tertullo satus Heros, nec pauet ausa profundi,
Quippè Sali qui regna mouet, caua ligna regebat.
Sic remis dum findit aquas, iuga celsa Pelori
Tangit, vbi Puppes Messanę proxima scandunt
Littora, portus vbi præbet solatia Nautis.
Lina viri collecta premunt, cinguntq. rudente,
Optata & læti tandem potiuntur arena,
Nautarumq. quiescit opus, cessante timore.
Namq. superbit ibi altis sub radicibus Vrbis
Zanclææ portus, quem celsa Palatia circum
More theatralis variant pulchro ordine pompę.
Nereus immensam molem hic coacernat aquarum,

Tristis

Tristis vbi nec sæuit hyems, nec voluitur æstu
Vnda procellarum, vento so murmure pulsa.
Marmorea sed rupe sinus vallatus, in arcum
Flectitur, vndè Rates tuta in statione morantur.
Hic syluam magnarum prospicit antennarum,
Nauigij quam longa Cohors effingit in vndis.
Tunc Placidus, Vernæque ambo iam Puppe relicta,
Pressit humum plantis, & opimam circumspexit
Lumine tellurem, numerosa Plebe refertam.
Constitit at Diuus, famulumque impellit in Vrbem,
Ipsius aduentum, Patris vt recludat amico,
Quem Maris expectat sicca spatiatus arena.
Messalinus ei nomen, quem visere primùm
Optabat Diuus, succedens mœnibus Vrbis.
Diues opum Ciuis, vasti possessor & agri
Messalinus erat, latia de gente creatus,
Insula Trinacriæ licet illi alimenta ministret,
Tertullo pariter concordi fœdere iunctus.
Regificum Penetrale tenet, varijsq. columnis
Cernitur obsceptum, quin dædala dextra figuris
Texerat Ausonidum Patrum, Capitolia quondam
Scandere queis dederat, populis sors Marte subactis.
Cæsaris hic ardor feruet Rubiconis ad vndas,
Fœdere cum fracto, sancti tum iura Senatus,
Cognatas acies, & Romula mœnia strauit,

Vt fortis, patriæ confregit Limina Gazæ.
Intus at ascensum pario de marmore scalæ
Præstabant, statuis vltrò, citròque superbis
Ornatæ; indè patent Cœnacula strata figuris,
Aulæisque altis, miro quæ dextra labore
Finxit Arachnæa, obrizo variauit & auro.
Ordine quadruplici Triclinia secta renident,
Quæ totidem forius conclauia plurima pandunt.
Aurea fulcra toros, & stragula picta decoro
Tegmine conficiunt; at ebur caua scrinia præbet;
Quid quid luxus habet pretiosi, cuncta coegit
Limine sub tali; latij oblectamina Crœsi.
Obsequium huic numerosa manus præstabat Ephebùm,
Nec non Vernarum, gressus quę obseruat heriles.
Cornipedis pars fræna regit; pars longa iubarum
Vincula componit, curuataque colla fatigat.
Audijt hic postquam Tertulli Germen arenas
Zanclæi calcare soli, diuertit ad illum
Protinus, Alipedis calcaribus illa pulsans.
Tellurem quatiebat Equi grauis vngula ferro
Instructa, vt sessor fuluas agitabat habenas.
Cominus ast vt Eques veneranda in Prole reuisit
Effigiem, frontemque Patris; magnique serena
Ora Senatoris, quo non sibi charior alter,

Impiger ad terram descendens, terga reliquit
Quadrupedantis Equi, supplexque ad genua
voluius
Hospitis Ausonij, niueis fert oscula plantis.
Erigit at Placidus porrecti corpus amici,
Supposuitq. manus, tenuitq.cadentia membra;
Illius & geminis circumdans colla lacertis,
Oscula libauit, mox & signacula vitæ
Præbuit, atq. viæ causas, sensumq. reclusit.
Sic auidis Messalinus complexibus artus
Hospitis amplexus, patefecit gaudia fletu.
Oscula dat pariter seruis; dextramq. prebendit
Inuentæ Sobolis Tertulli; brachia collo
Nec dare desistit, repetitaque basia fronti;
Lætus & ad proprium regitat diuertere Te-
ctum.
Ponè sequebatur famulantum longa Caterua,
Pars Iuuenum signabat iter, Dominumque
præibat.
Hospite sed tanto Zancles dignata iuuentus,
Lætitiæ, plaususq. dabant monumenta, tueri
Ardebantq. Virum Matres, cupidæq. Puellæ.
Deuenere locum hospitij tandem; Atria surgunt
Meßalini vbi, regificus quæ cultus adornat,
Atque fores pario sternuntur marmore, &
ampli
Ingressum præstant aditus, valuæq. patentes.
Consedere viri postquam hos tetigere Penates,
Et varijs ambo solantur pectora dictis.
Mox Placidus cœpit causas aperire, Sicanum
Cur terras tetigit, verbis sic talibus orsus:
Messaline, Pater dederit quæ dona Casino

Iam

Iam nosti; quantas Benedicti cessit Alumnis
Diuitias alibi, siculi tum finibus agri
Præcipuè, vasto cumulauit iugere terræ
Nursinum Heroem, famulis, multisq. Colonis.
Ast ingrata Phalanx, Domino seruire recusat,
Debita tum nostris exsoluere germina Claustris,
In proprios vsus alienum vertere fundum
Autumat, atque bonis latè ditescere nostris.
Sic & dirripiuntur opes, queis Nomen IESV
Fas est laudari, recreato pauperis ore.
Diuitias cur, Messaline, putas Sator Orbis
Credidit Indigenis siculæ cultoribus vndæ?
Non inconcesso vt Penetrale superbiat auctum
Luxu; vel fastus, proauitaque gloria crescat;
Iussit egenorum Deus ora famelica pasci,
Auxiliumque bonis ferri languentibus ægris.
Omnia disponit superi Prudentia Patris,
Talibus vt medijs animas traducat ad Astra,
Viuere vbi valeant, Diuorum nectare pastas.
Quid iuuat ingentes fului glomerare metalli
In scrobibus cumulos, cæcisq. litare tenebris,
Viscera non miseri modicis succurrere mensis,
Tergaque nec lacera trepidantia veste fouere?
Legibus heu Mortis, certis & subdita fatis
Cuncta vigent vanę cumulata crepundia Gazę;
Aethereis referenda plagis sunt munera Genti
Concessa humanæ supremo à Rege Polorum;
Atque hæc sola manus super effert Pauperis Axem.
Aeternis opibus qui inhiat, telluris opimos
Pessundet censùs, luxusque retundat inertes;

 Sola

Sola salus Mundi, fallacem est temnere Mundum,
Diuitijsque mori, est in diuite viuere Regno,
Namque dies cernet, detersa nube beatos,
Pax vbi sceptra regit, placidæ dans sancta quietis
Præmia, perpetuosque toros, felicia Tecta.
Hospitis eloquium intenta Comes aure bibebat
Messalinus, & admirans oracula Patris,
Sollicitus tacito voces sub corde reponit,
Et monita æternæ delibat mente salutis.
At Placidus iussis ardens parere Magistri,
Pande, Comes, dixit Genitor quod cessit Alumnis
Nursini Herois per secula cuncta fruendum,
Iugera siue soli; seu Portus; siue Cohortes;
Rectoresque simul veniant; nec nostra recusent
Imperia addicti mandata capessere serui.
Protinus accersit Gnatum; atque citò omnia iussit
Messalinus eum circundare; nec mora cunctos
Tertulli famulos ceruicem flectere Proli.
Exequitur subito Genitoris dicta iubentis
Filius, Alipedisq. premens calcaribus armos,
Circinat Agrestum campos; variasq. Cohortes,
Agricolasque omnes ad Patris iussa coegit,
Vt sibi quidquid agri respondent, cuncta reportent.
Intereà Hospitibus proprium Conclaue paratur,
Vt cum nocte sopor fessos mulceret ocellos,

Optatæ

Optatæ inferrent membris taciturna quietis
Gaudia, postquam ori solamen mensa dedisset.
Altera cum terras oriens Aurora reuisit,
Et tenebras tergens venientem nunciat Orbi
Flammigera cum luce diem, radiante quadriga;
Taliter affatur Placidus sibi cuncta paranti:
Messaline, nouos cupio mihi surgere muros,
Claustra vbi multiplici nobis statione locentur,
Templaque Zaccharidæ pateant hic ritè sacranda;
Legibus innocuis Monachorum, crede, repugnat,
Sub Laribus firmare diù vestigia vestris.
Ergo meis teneas ni nunc contraria dictis,
Surge; solo in patrio citius fundamina donent
Principium Domui, resonent vbi carmina laudis,
Tollaturque Deus puri modulamine cordis.
Progressi pariter Portum tetigere Parentis
Tertulli, vndè Rates eludunt Tethyos iras.
Lineat hic Placidus virgà Penetralia circùm;
Siuè locum Templi, seù Claustra capacia Cœtus,
Quem glomerare Pater, superis vt ferret honorem
Ardebat, cupiens sub nomine Limina Templi
Crescere Baptistæ, sancti sectator vt esset
Sylvicolæ, fugiens qui Turbas antra petiuit.
Mox iubet acciri Portus suprema gubernans
Iura, cui Placidus cœptis incumbere Tectis

Imperat, atque loci censu complere Penates.
Ille sed acclinis Domini mandata capescens:
O, Præsul, tua, dixit, iußa facessere curæ
Sit mihi, tu sensus claris edissere verbis.
Erigit hunc (Cilium Siculi cognomine dicunt)
Sanctus, & effudit sales sermone loquelas:
Cerne, (Cili) quas dextra Domos signauit arena,
Exequere optatas censu tu diuite curas:
Portus sollicitos circum perquire Magistros,
Artis & expertos, celeri qui robore cuncta
Distribuant, apta moduli sub imagine nostri.
Aucta citò patuit famulantum longa Caterua,
Artificumque simul, donec fastigia crescant
Alta operis, valeant vt finem imponere Tectis.
Ipse tuus Gnatus Portus deflectat habenas,
Dum tu sollicitas fabricæ molimina nostræ:
Ergo incumbe lari totis iam viribus; aurum
Nec numerosa manus Rectorum ferre recusent;
Quid quid & ad molis dispendia quærit egestas.
Paruit imperijs Cilius, moduloque recepto,
Absque mora intenti statuit fundamina Claustri,
Nec non, & Templi; cuncta ordinat, arte magistra.
Accinctique operi serui: pars findere terram
Instat, & ingenti spatium circundare vallo:
Pars laterum cumulos, nigrumque bitumen adornat;
Igne coquunt alij lapides, fumante camino;
...na parant illi, dura resonante bipenni;
Ipsa

Ipsa secat geminata manus, cælatq. dolabra,
Apta Domus vt tigna trahant, culmenq. supremum.
Hinc longè excisæ properant ad limina cautes,
Aggeribusque nouis muri compago resurgit,
Cernunturq. statim constructa Mapalia Diui,
Namq. columnarum deuecta per Æquora sylua
Ausonijs extructa plagis, capitellaque scalpro
Iam Portum tetigere Vrbis, littusq. Sicanum.
Feruet opus, longèque patent sudata laboris
Limina, cernuntur speculæ, turresq. Domorum,
Claustra, penuque laris, conclauia, quidquid Alumnis
Inseruire potis sit ne extrà Tecta vagari
Fas sit eis, qui corda Deo indiuisa dedere.
At Comes intereà Placido Penetralia cessit,
Donec ad extructos se se conferre Penates
Cerneret, atq. sacro modulari carmina Cætu.
Huic ope Seruorum hospitij bona cuncta ministrans
Messalinus, ei mensam, socijsque refercit,
Ipse Domo propria, thalamis, & sede relicta,
Debita vt exegit tanto reuerentia Patri,
Grata sibi, Gnatisq. suis Penetralia quærens.
Hospes at Ausonius, noua visere Tecta redibat,
Vtque Domum molitur iter sibi in Vrbe paratam,
Obuius occurrit Venerando Cæcus Alumno
Nursini Patris, lucis qui dona petebat.
Luminis ibat inops æui trieteride sexta
Iam reuoluta, & ei lacrimarum abduxerat imber,

Ploratusq frequens geminatum frontis honorem.
Tunc Puer ille regens ducti vestigia Caeci,
Ecce, ait, accedit Benedicti Praesulis haeres;
Illius ad vocem languentia membra virescunt;
Nutibus & dextrae morborum Turba fugatur.
Nominis illius per Sicana Regna vagatur
Rumor, & indigenae iactant miracula Sancti
Hospitis, atque Deo referunt pro munere grates.
Talibus acceptis puerili Caecus ab ore,
Vocibus inclamat querulis, miserere precantis
Magne Parens, inquit, per vulnera Regis IESV,
Perque Crucem, clauosque manus, cordisque dolores
Ipsius, aetherei pectus deflecte Parentis,
Vt mihi restituat viduatae sidera frontis.
Agglomerant cuncti, Placidum qui pone sequuntur,
Verba, precesq. simul, cupidi miracula Patris
Latius extremis Triquetrae clarescere Regnis.
Supplice Plebe, pius pressit vestigia Diuus,
Lucis & expertem nostris conspectibus, (inquit)
Ponite, si famulum clementia forte Tonantis
Audiat orantem, extinctos & reddat ocellos.
Ad plantas accessit Egens, ambasque tetendit
Ad Caelum palmas, exposcens dona salutis.
Tunc caput Aegroti praetexit dextera sancti
Hospitis, & tacitae ibat vox super aethera mentis,

Iam

Iam prece completa Crucis Heros bina medela
Lumina fouit, opem mox contulit, atque decorem
Frontis, vt ad superos cessauit voluere cordis
Æstus, flammigera Genitorem mente fatigans,
Humani generis, nutu qui temperat Astra.
Æger & extemplò faciem respexit apertis
Luminibus rerum, iam lucis acumine Cœli
Sidera cernente, & varios sinè nube colores.
Adstans Agmen, opus mirando laudat honore,
Hospitis innocuos mores, meruere Tonantis
Qui penetrare animos, vt supplicis audiat ora
Syluicolæ, & donis iam promptè vota secundet.
Hinc facti rumor siculas impleuerat oras,
Atq. Deo immensas properabat reddere grates
Messanæ Populus; sed languida Turba medelam
Expo scens, Placidi deferri antè ora petebat.
Intereà stygius Coluber præcordia Ciuis
Corripiens, rabidis torrebat corda caminis.
Ille vomens spumas, suffusaque bina veneno
Lumina deflectens, mugitibus aera pulsat.
Vipereus vires exercitus auget ab Orco,
Inq. dies magis oppressi nimis ora lacessit.
Vir Domini postquam voluentem pectore questus
Immodicos tenuit, signauit membra salutis
Obsessi signo, subitòque coercuit Hostis

Insidias; nigramque coëgit adire Paludem.
It clamor Cælo, Benedicti fama vagatur,
Cuncta per ora Virum, qua stringitur Insula Ponti
Fluctibus, extremi concludens Regna Sicani.
Præterea calidos rumor peruenit ad Afros,
Qui Patris admoniti virtute, labantia membra
Ambustæ libyes glomerant, iam tabe peresa,
Antè Viri & properant submisso sistere vultu,
Incolumes currant proprias vt visere terras.
Sicana sic pariter Gens, quam premit horrida morbi
Vis, & inextincto prosternit robore corpus;
Supplicibus votis effusis, Pharmaca vitæ
Exorante bibunt Placido, reducemq. salutem.
Non mihi si innumeræ firmarent ora loquelæ,
Et chalybæa simul pro murmure verba tonarent,
Haud satis exprimerent tanti miracula Patris
Præcipuè Siculi quæ prodidit incola Regni.
Numinis vt famulus Messanæ Tecta tenebat
Hospes, & incæpti transibat ad Atria Claustri,
Ecce virum Plebs illa tulit super ampla grabati
Stragula, neruorum cui iam compage soluta,
Corpus erat confusa gerens sine corpore membra.
Concutit ossa tremor, conuulsaq. viscera motu
Assiduo, solitos ordo haud discriminat artus.
Ipse gemens, miserere, Pater, languentis egeni
Inquit, & afflictis quæso succurrere membris

Ne

Ne tardes, animus pœnis laceratur amaris.
Id Comes, id præsens rogitat quoque Turba
Virorum;
Vir sanctus precibus cupit indulgere rogan-
tum,
Hinc geminas supplex tendens ad sidera pal-
mas:
Cælicolum Rector, qui dirigis omnia nutu,
Auribus intentis lacrymas haurire, fidemque
Ne renuas ægri; fessis da robora membris;
Discat mortalis certam vt sperare medelam.
Vix ea, cum subitò viguere fibræ, tremor artus
Deseruit, redeunt ad munera pristina plantæ;
Induit ora color; solidant præcordia vires.
Ad similes visus cuncti obstupuere Sicani,
Adstantesq. Deum dictis super Astra ferebant,
Et Placidi meritum, cui tanta potentia paret.
Tunc illa pariter languens Paralyticus Vrbe
Consternatus erat solo solamine lecti
Preditus, artis opem potuit nec ferre Machaon.
Haud Placidus detrectat humum contingere
Tecti,
Vix prece completa effetæ reuirescere vires
Cernuntur citius, deserta sede grabati,
Et pulsant solitas vestigia reddita terras.
Prodigijs tantis hæsit Zanclæa Caterua,
Numinis & nomen, Placidi tum facta verètur,
Cuncta Casinatum sic germina grata Satori
Orbis erant, similem placuit cui cedere Patrem.
Mox maiora dedit meritorum pignora Proles
Tertulla omnigenis referens medicamina mor-
bis.

Luminis officium tersa caligine donat
Pluribus, æterna qui tecti nocte iacebant
Fert aliis bibulam voces dimittere ad aurem;
Quos tenuit rabidæ mentis dementia, reddit
Incolumes tristi pulso de corde furore.
Ast ingens successit opus modulamine dignum,
Quod luces rapuit, præsentis & ora Cateruæ.
Aeger erat toto priuatus corporis vsu,
Officiumque suum nec languida membra gerebant,
Quippè manus planteq. viro seruire negabant,
Nam quoties vrgebat eum nimis ardor edendi,
Auxilio manuum vires refouere nequibat,
Sic importuno membra omnia pressa dolore,
Exiguos etiam motus nec ferre valebant.
Hinc fuit assiduum producere stamina funus,
Mortis & insidiæ vitæ sub luce latebant.
Hunc Placidus miseratus, opem dare protinus optat,
Atque ministeriis neruos reuocare refractos,
Articulosq. manus, solidatis artubus ægris.
Adstitit vt languens geminas ad celsa tetendit
Astra manus, oculosq. simul, te, Christe, vocato;
Vnica languentum spes, atq. leuamen Egeni.
Vix ea, cum subitò fracti viguere lacerti;
Prosiluere pedes solida florente iuuenta,
Et plantis pulsabat humum, gressusque mouebat.
Lætitiæ tunc signa Cohors ingentia prompsit,
Et superis auido retulerunt pectore grates,
Lau-

Laudabantque Deum Placido qui talia cessit
Munera, dignatus Siculas inuisere terras.
At Domini famulus tanto licet auctus honore,
Innumerisque datis, tamen Atria surgere Templi
Sollicitus curat, geminatis viribus artis.
Ter decies postquam Titan lustrauerat Orbem
Lampade flammigera, ad Diuum venit ecce Metellus
Messalini hæres, multa comitante Caterua,
Equoris huc Portus, & qui fata cuncta gubernant
Aduenere, Patri collecta tributa ferentes;
Atglomerata auri patrias transmisit ad oras
Pondera, marmoreas secta de rupe columnas
Arte iubens mira cælari, & desuper amplum
Misit epistylium parios ornare cylindros,
Zacharidæ vt Templum fulcirent, antè peractum,
Ordine mirifico, vires superante Magistri.
Cuncta paternorum custos at turba bonorum;
Prædia, quam vigili seruarent lumine produnt,
Sic & opum numerum, Domino cupiente recludunt.
Increpat hic segnes animos, pigrosque coërcet,
Fructibus assiduis ipsius quærere vultus;
Deque suis opibus sibi fercula certa parare,
Et fabricæ quidquid labor exigit eminus vltrò
Sufficere, aereos tranent vt fulmina tractus,
Et moles operosa Poli; confinia cernat.

Desti

Destitit haud Placidus sancti documenta Magistri,
Abscens ipse licet, feruente facessere mente,
Iustitiae, rectique tenax, serique timoris
Cultor, in assiduis precibus pia corda fouebat.
Guttur aqua, dape tum vili ieiunia ventris
Soluebat solo Cereali munere pastus.
Viscera tantus amor Diui terrebat IESV,
Imbribus vt fusis lacrymarum quina probaret
Vulnera, confixus clauorum cuspide Amantis.
Membra domans acri iuuenilia verbere, menti
Subdiderat, superi deductus Pneumate Patris.
Temnere delicias, & turpis inania Mundi
Gaudia fixum animo, cordique gerens, super astra
Insistens terris spatiatur, caelite flamma.
Dulcis in alloquijs, humilis, pariterq. modestus,
Cuius in ore Deus, tota quem mente colebat
Semper erat, vero flagrans pietatis amore,
Orandi studium dilecta silentia quaerens,
Ad thalamos animum celsi inuitabat Olympi,
Inter & Angelicos fruebatur gaudia Caetus.
Soluebat tantum inuitus meditata loquelae
Murmura, compulsus iam respondere rogantis
Siuè aegris referens solatia; siuè salutis
Verba tonans, homines traherent vt vocibus illis
Vitales succos, laturaque fercula vitam.
Quam benè mortales inter degebat, Olympi
Accola; nil Diuum sedes nisi mente reuoluens!
Angelicus Iuuenis cupiens imponere finem

Inceptis laribus, Sobolemq. augere Parentis,
Qui iuga surgentis super æthera iure Casini
Temperat, & Sobolis toto fert germina Mundo.
Iam duodena quater lustrauerat Orbita Solis
Signa Poli, Siculas postquam Tertulla tenebat
Progenies oras, & opus cessare iubebat
Artificum dextras, finemque imponere rebus
Templa iubent, Claustriq. labor, dum cuncta decenter
Exornata micant, superis accomoda Diuis.
Ad positas Placidus tandem se transtulit Ædes,
Cæpit & accensis curis incumbere Diuum
Laudibus, insomnes gaudens producere noctes,
Atq. die pariter summum laudare Tonantem.
Ad Placidum fluxere viri, quos gloria famæ
Duxerat, atque precum studium, feruorque Polorum.
Colla sub imperijs vltrò subiere Magistri,
Ac velut infantes lactis suxere liquorem,
Vbere quem pleno pia mens porrexit onusta
Nectareis donis Cæli, dapibusque beatis.
Nullus ab instructo Cætu, laribusque sacratis
Cogitur ire, Patris quem non clementia sancto
Compede firmaris, luxus splendore relicto.
Nam Genitoris amor cunctorum corda coërcens
Numinis in laudes, magis astus Agminis auget,
Agglomeratq. viros, Domino seruire paratos.
Triginta Monachi Placidi sub lege terebant
Iam noua Claustra, quibus præbebat pabula Præsul

Auso-

Ausonius, dictis animos, & moribus æquis
Alliciens, pariter geminans prior ipse labores.
Qualis in irriguis surgit seges aurea campis
Nocturno cum rore madent, & aquosus Orion
Vere nouo euacuans aluum versatilis vrnæ,
Pascit humum, fœtusq. fouet nascentis aristæ,
Antè ferox rabidos qua Sirius euomat ignes,
Exurrens telluris agros, glebasque tumentes.
Talis Alumnorum, Placidi virtute rigata
Progenies floret, morum studiosa Parentis.
Namq. diu, noctuq. preces effundere gaudens
Corda leuat dapibus superum. ieiunia ventri
Longius increscunt; duro tum membra flagello
Subduntur menti, donec, tellure relicta,
Spiritus æterna viuat dulcedine pastus
Numinis, & solas gustet patientis IESV
Delicias, animi fletu contagia tergens.
Rector at interea Cœtus, auctæque Cateru.
Concilium vocat; ipse sedens medius iubet omne
Sedibus effusis, pariter considere secum.
Tunc Placidus sancti quem cœlica flamma re
gebat
Numinis, hæc roseo Consessu reddidit ore:
En noua creuerunt, tandem Penetralia (Alumni)
Stipitibus ditata sacris, plantisque nouellis
Surgere iam cerno mirando fœnore fructus;
Iam desiderium Nursini specto Parentis
Expletum tandem; non irrita vota fuere.
Namq. mei cedent Tertulli munera in escam

Pan-

Pauperum, & in laudes soluentur Numinis, cra
Diuitijs recreata pijs, quibus alta Casini
Limina ditauit Genitor, meritumq. Magistri.
Hinc mihi præscripsit leges, morumq. tenorem;
Regula dictauit calamo signata paterno;
Quæ Monachus vitare valet, quæ apprendere sponte
Quærat, & ardenti sub pectore sæpè reuoluat.
Ergo agite, & mecum, telluris amore repulso,
Aspirate datis superum, pulsate Polorum
Limina, flāmigeris precibus, lacrymisq. sacratis;
Militiæ adscripti Christi, cælestibus armis
Accincti, stygios propellite protinus hostes,
Inuidiæ quos liuor edit; quos tetra veneni
Consumit rabies, Cœtus infesta labori.
Sic Erebi Dux Gentes incestare Casini
Iurauit, Cuneisque Patris fera bella mouere.
Stat menti defixum odium immortale Tyranni,
Hinc cupit audaci subuertere cæde Nepotum
Surgentes animas, Generisq. euellere nomen.
Tela quibus pugnare licet, propellere & Orci
Insidias, sint illa Patris quæ Regula signat,
Axis ibi libratur iter, lex certa triumphi
Scribitur ætherei, certæ tum, norma salutis.
Namq. gradus struxit Genitor, qui compita Cæli
Eminus attingunt, & celsa cacumina Regni
Vnigenæ Patris, qui dextra fulmina torquet.
Hæc duodena mei præcepta euoluite (Alumni)
Nursius hæc Soboli patria vt monumenta reliquit.
Sic quæ sint operum tandem instrumenta bonorum

Pin-

Pinxit, vt æternæ nobis compendia vitæ
Donaret, reserans diuinæ scrinia gazæ.
Legibus his igitur, fratres incumbite toto
Pectore, & hostiles properate refellere fraudes,
Nam feret auxilium certantibus alta potestas
Numinis, & vestræ plaudet victoria pugnæ.
Heu veniet lux illa Crucis cum fortiter ense
Certandum fuerit, fideique cruore litandum
Hoste triumphato, Tarpeia cacumina Cæli
Vt simul, Angelicos inter considere detur
Cætus, & patrios super æthera cernere vultus.
Vocibus his patulas cunctorum præstitit aures
Ingenium; hos & amor Placidi, morumq. momordit
Gratia, verba sequi, mundiq. relinquere luxus,
Subque Magisterijs illius viuere, donec
Spiritus infirmo tegeret sub corpore flammas.
Nec dare terga fugæ, quando per tela, per ignes
Cogeret ire hostis stygius, rectumque, fidemq.
Temnere, & amplexas Patris pessundare leges.
Sic accensa Cohors, omnem amplexata laborem,
Actibus incumbit sacris, & vilibus orsis,
Quæ Patriarcha suis Benedictus dictat Alumnis.
Namq. alij per prata vagantes, Sole coquente
Messibus incumbunt aptis, cereale reciso
Munere fuste terunt, paleas per & aëra iactant.
Dum flabris purgata vagis noua grana, Coloni
[illegible]itiam, ingeminent, maturisq. horrea donis

Dis-

Disrumpant, & tigna gemant sub pondere messis.
Pars muros circumducit, vallatque Penates
Aggeribus; pars erigit Atria; cuncta parare
Sollicitant socij & prōptis famulatibus, ægris,
Hospitibusq. dapes, & grata cubilia sternunt.
Verrere pars gaudet fumantis vasa Coquinæ;
Viribus haud spernit vili seruire ministro.
Mens eadem cunctis: humilem se quisq. videri
Ardet, & obsequium toti conferre Cateruæ.
Sanctus at Antistes, supero repletus amore,
Imbribus assiduis conuexa fatigat Olympi,
Numini inexaustas reddens pro munere grates.
Ipse nec abiectis renuens submittere tergum
Ponderibus, specimen præbet virtutis Alumnis:
Patris ad exemplum mores componere discunt.
Sic noua progenies crescentia germina reddit,
Ceu bona telluris quam largo pauerat arbor
Vbere, mēbra fouens glebæ complectitur vlnis,
Donec adulta paris magno cum fænore fru-
ctus.
Creuerat illorum meritum, crescente labore;
Nec solum rumor siculas impleuerat oras,
Per Mare sed longè diffusus, Regna peragrans,
Mania Romulidum penetrauerat; atq. Qui-
ritum
Limina perquirens, Placidi vulgauerat actus;
Lætitiæ qui signa ferunt, ac gesta verentur
Admiranda Viri, fortunatumque Parentem.
Ora vocant Populi, potuit qui gignere prolem
Celitibus gratam, diuino munere onustam.
Hinc Æger, quem fortè Cohors Acherontia
duro

Im-

Imperiō torquebat, agens præcordia morsu
Terribili; trahitur Placidi quà Limina surgunt.
Hic miser horrisonis vlulatibus aera pulsans,
Rictibus immodicis spumantia guttura versat.
Indè sed exibant, socio plangore loquelæ,
Lumina contorquens circum suffusa veneno.
Impete tum facto, perfringere lora laborat,
Vt rabido adstantes tentet prosternere morsu;
Hinc proprias auido laniabat dente, recentes
Carnes; vndè cruor; quem plurima aperta cicatrix
Protulit, innumeræ fœdat vestigia Turbæ.
Aspicit hunc Heros latia de Gente creatus,
Vix siccis oculis, casumque misertus Egeni
Constitit, & furias verbis obiurgat amaris
Hostis Auernalis, iussitque quiescere voces,
Flammantesq. minas, viresque coercuit Ægri.
Mox acie immota, suprema volumina spectans
Verticis Aetherei celsique cubilia Regis,
Anxia mox imo suspiria pectore traxit,
Et prece concepta, tandem sic ora resoluit:
Adspice ; summe Sator Mundi, pariterq. Redemptor
Humani Generis, quale audeat Arbiter Orci
Exercere odium in gentes quæ signa sequuntur
Atq. fidem, legesq. tuas & Nomen adorant.
Contere torquentis robur, cohibeque Tyranni
Imperium, discat mentes turbare fideles.
Sic ait: & subitò languentia membra, salutis
Stemmate munit; humi defixos erigit artus;

Expu-

Expulit & stygij malefida Satellitis ora.
Tartareos adytus, & fontibus apta Cateruis
Quærere Regna iubet sociasq. reuisere flammas.
Protinus incolumis patrias remeauit ad Aedes,
Qui prius hospitium furijs præstabat Auerni.
Liber vt hic sensit, nec duro compede vincla
Membra, cauasq. fibras; alto pro munere grates
Reddidit Heroi, cuius miranda potestas
Contudit infandos ausus Phlegetontis iniqui.
Insonuere virum plausus, repetitaque Patris
Nomina; syderei votis & dona rependunt
Numinis; hinc voces deuota in laude resoluunt.
Percrebescit honor Placidi, fama vndiq. facti
Spargitur; haud latuere altos pia gesta Quirites,
Romulei hinc Proceres Tertullo encomia texunt,
Quem talem Superi fecerunt prole Parentem.
Rumor at eximius Placidi miracula pandens,
Fraternos animos, Maternaq. corda momordit,
Currere in amplexus, libari atq. oscula fratri
Iam manet infixum menti, tenerisq. medullis.
Assiduis precibus, lacrymisq. subindè refusis,
Nunc Patris extimulant animum, modò viscera Matris,
Ne desiderium, sanctæque cupidinis æstus,
Aut timor impediat, vel crebra pericula Ponti.
Assiduis precibus, Genitorum præbuit aures
Congeminatus amor tandem; iussere parari
Omnia quæ Siculas Gnatos traducere ad oras
Apta magis creduntur, iter fidumq. reducunt.

Tali-

Talibus Eutychius monitis cum fratre resultat
Victorino, adytusque Domus hinc, indè reuolnunt
Læti, vixq. moram patiuntur temporis ambo,
Donec prompta Ratis ventosas explicet alas
Tutior, & remis instructa domet vada Regis
Infidi, & valeat tumidos infringere fluctus.
Audijt vtque soror Virgo Genitricis ocellus,
Flauia cui nomen, geminos discedere fratres,
His ardet sociam adiungi per Cærula, detur
Vt charos Placidi, contemptis cernere vultus
Motibus vndiuagis, Scyllæa & fauce retusa.
Nunc patrios vultus; teneræ nunc pectora Matris
Sollicitat; fratrum modò vincere corda laborat.
Cana puellari complectitur illa lacerto
Colla Patris; da posse frui conspectibus, inquit,
Colloquioque mei Placidi, structosq. Penates
Luminibus lustrare (Pater) terrasq. Sicanas.
Quo, mea Gnata, optas iuueniles ponere gressus?
Excepit Genitor; nimium sunt dissita Regnis
Littora Messanæ nostris; sibi tædia longum
Gignet iter, rapido ventorumq. impete Puppis
Succutitur, Cælumq. petit; mox ima profundi
Semisepulta premit, turritis obruta lymphis.
Heù fuge, Gnata, Maris strepitus; fuge damna procellæ;
Credere ne cures florentis germina vitæ
Filia Neptuni dorso, qui fortè petitus

Aeolijs Cuneis, acuens ad prælia vires,
Nauigij detrectat onus, nudusque videri
Ambit, & audaci luctamine territat hostes.
Hæc dum Tertullus contexuit, imbre Puellæ
Immaduere genæ, diffunditur humor obortus
Perq. sinus; vox intercluditur ore loquentis;
Vtque dolor cessit tremula sic voce profatur;
Parce precor, Genitor casus numerare minaces
Æquoris infidi, & fluctus, vicina labantis
Tentamenta Ratis; fratris solatia vincunt
Omnia, committo supremo cætera Regi,
Lumine qui nostrùm semper speculatur aperto
Facta, nec auxilium pereunti ferre retardat;
Ibo comes fratrum; secum, seù viuere detur,
Siuè mori; non sperno vices, sortemque subire
Charorum; queis me germanus fœdere sancto
Strinxit amor, sic sors eadem comitetur vbique:
Desuper indictum est homini irreuocabile fatum.
Annuit oranti, verbis & plura mouenti
Tertullus, precibus cupis indulgere tenellæ
Virginis, afflictæ præbens solatia Gnatæ.
Perge, ait, & Superi non aspernanda secundent
Gaudia, dilecti quæ mox præsentia fratris
Attulleris nondum visi, dum vescitur auras
Germanæ, iam tergemini discrimina Ponti
Experientur adhuc Pueri, mea sola voluptas,
Vndè senescentis surgunt fundamina vitæ,
Tum Genus Augustum, proauitaque gloria nostri
Sãguinis, vndè trahit meditata Propaginis orsa
Nobilibus thalamis, & Stipitis incrementis.

Tunc

Tunc iubet acciri famulos, Puppemq. parari,
Verrere quæ Siculos fluctus, transcendere Scyllam
Sit potis, & valido ventis obsistere dorso.
Extemplò seruorum longa manus citò cuncta
Expedit, & remis quæ insistere prompta iuuentus
Allicitur, pelagique minas superare lacertis
Audeat; infidi furiasque retundere Ponti.
Pars onerat dapibus, pretioso et nectare Iacchi
Ligna; tores sternunt, queis mollia membra quieti
Romulei Proceres laxare queant, vt amicus
Naturæ somnus nutantes claudet ocellos.
Intereà Mater nimio concussa dolore,
Pignoribus spoliata suis, & sortis iniquæ,
Ac Maris infesti cedendis fluctibus; infit:
Heu nimium confisa vadis, cæcoque furori
Instabilis Nerei, vel tempestatibus vndæ!
Quid, Tertulle, geris, thalami pars altera nostri?
Exaurire Genus nostrum lux vna valebit?
Casibus omnigenis sobolem committimus Aedis?
Combibe quæ nobis præsagia, noctis in vmbras
Prætulerint, volucri si fas est credere somno.
Cynthia iam mediũ bijugis tranauerat Axem,
Acceleransque gradum, Cœli connexa, fugatis
Syderibus, nitido maturat cedere fratri;
Cum sopor horrifico terrens phantasmate mentem,

Gau-

Gaudia mixta feris patefecit casibus, hostes
Strauerat innumeros Gnatorum, Turba meorum;
Namq. rebellantes, multo cum sanguine Fratres
Inseruisse manus, nec non cecinisse Triumphum
Cernebam, plaudente Polo, Cuneisq. beatis.
Protraxere diu tetræ certamina pugnæ,
Et multi cecidere viri; bacchatur imago
Vndiquè iam mortis; prostrata cadauera arenæ
Mox inhonora Equitum speculabar, & ora cadentum,
Qui tandem fragili posito velamine carnis,
Scandere supremi properabant Atria Regis.
His adiũcta viris nostræ stant germina Prolis,
Nam fidei victo certamine, fonte cruoris,
Quatuor ad Superos fratres volitare videbam.
At Maris in medio, dum classica Castra sonabant
Aduersa, & spolijs, lætus, fugit hostis opimis,
Vnda vorax fluctus attollens, gurgite aperto,
Veliuolas operit Puppes, crudasq. Phalanges.
Tunc Pater: ò Coniux, insomnia vana fatigant
Cur tua corda? times Genitricis perdere Nomen?
Mittimus ad fratrẽ fratres, quę bella pauemus?
Zanclæos habitat portus Gens subdita nostris
Imperijs, famuli iussis parere parati
Expectant Dominos, vigili quos luce tueri
Nisibus ardebunt totis, ne barbara Classis,
Hostilisuè Ratis, portus, Tectumque subire
Audeat, hospitibus prębens incommoda amicis.
Impleat ista tua (vxor) sed manus alta Tonãtis;
(Nam sinè nulla valent cælesti Numine casus
Tempora ferre soli mortalibus, atq. ruinas)

 Dul-

Dulcius haud quidquam amborum mens expetit. Axes
Quam super æthereos dilecta refulgere ventris
Pignora? pone metum, fluitantes comprime lymphas,
Cætera peruigilis curæ committe Satoris,
Quidquid erit, patribus feret omina fortè secunda,
Siuè necis signet præsagia, siuè reportet
Natorum reditus; Pater optimus ordinat omnia.
His dictis totum famulantum cōuocat Agmen,
Atque ministeriis, propriisque laboribus vltrò
Dispositis, charos, lacrymans, amplectitur artus
Tergeminæ Prolis; sic mæsta sinu ambit ocellos
Mater, & ore genas sugens, frontemq. tenellam
Virginis; i, dixit, Genitricis gaudia obumbras.
Ite mei Gnati, citò tecta reuisite Romæ
Incolumes, patriumque larem, Tiberinaque Regna,
Et reduces cano solatia ferte Parenti.
Iam Ratis Heroes suspirans remige transtra
Multiplici armarat, quā robore Turba lacerti
Præualidi impellens, findebat Tybridis vndas.
Egreditur tandem latialis flumina terræ,
Neptuniq. premit dorsum, superatq. sonantes
Fluctus, Tibris vbi salsas resupinat arenas.
Ibat ouans, Pelago, ventis tū credita Puppis,
Namque viæ, plaudente Polo, Zephyroque, secundis
[Fl]atibus, immensas crispabat aquas; iter atq.

Iam

Iam placidum sternebat Heris, lætantibus ibant
Iuncti animis; Cœlorum flexo Numen adorant
Poplite, sollicitant precibus cui reddere grates.
Germani Proceres Mariæ pia carmina soluunt,
Horarumq. modos, laudum discrimina septem
Signantes, superis distinguunt qualia Mystæ.
Hos imitata Soror, Dominum, Matremque salutat
Orbibus emissis, quos linea nectit in vnum,
Orandi & præbent aptissima commoda Plebi
Christiadum; soluit præscriptos laudis honores
Dum Regi Regum, supremæ & Ciuibus Arcis;
Iam medium Cœli torrebat Apollinis æstus,
Flammigerisque rotis spatium exhilarabat Olympi;
Eminus vt cœpit Nauis qui lina regebat,
Remigis & cuneos, Portum spectare vetustum,
Illius Vrbis vbi Nutrix Æneia, fatis
Concedens, cineri, iustis de more solutis,
Oppida constituit memorando nomine Matris,
Cuius ab vberibus Dux sugens ore pependit
Aeneas olim, Veneris digressus ab aluo.
Continuò Nereus tumidos attollere fluctus,
Montibus & liquidis caua robora Puppis aquarum
Obsidere parat, dum nubes congerit Æther.
Tethyos vnda dolos Ratibus, Nautisque parabat,
Quippè ferox imos conuulserat Africus imbres,
Fluctibus horrisonis vrgens, feriensq. Carinæ

Ilia, multiplici poterat conamine fluctus
Frangere nec robur Nautarum, remige pulso.
Iam timor Heroum iuuenilia corda petebat;
Flauia præcipuè nimio confusa pauore,
Iam non ore niues ostro pictas, sed amictas
Languidulo pallore genas, & labra gerebat.
Eloquium nec lingua valet formare labantis
Virginis; obductas animi curas, & amarum
Deliquium, quod fortè fibras torquebat inanes,
Recludit stomachus, qui sponte regurgitat escam
Quam fouet interius, cerealia dona recusans.
Arripit hanc Altrix, & pectore stringit anili,
Virgineique sinus Zonam dissoluit, & vnà
Tegmina cuncta simul, quæ mollia corda fatigant.
Nauigij at Domitor manifesta pericula Ponti
Conspiciens, celeres remorum duplicat alas,
Cominus & tandem solamina proxima Portus
Nuntiat, atq. tubis mæstos permulcet Ephebos,
Exhilaratq. virùm magnis clamoribus Agmen;
Iussit io ingeminare trium nam Nomina iunctim
Heroum; hinc tristes reuocauit Flauia vires;
Et simul assurgens, venientia littora læta
Fronte salutauit, superi at magè Numen Olympi,
Sollicitas duplicans alto pro munere grates.
Nubibus ast aër, nec non caliginis vmbra
Abdiderat rupes, & celsa cacumina circùm,
Baianosque sinus, lunataque brachia Portus.
Ingreditur stipata Ratis luctata Profundo,

Remo-

Remorumque graui conamine fidit in alto
Imbre reluctantes spumas, vndasque procaces,
Et stabili tandem Proceres potiuntur arena.
Miratur iuuenile decus, Prolisque verendos
Romuleæ vultus, & frontis amabile lumen
Plebs omnis, Procerũq manus, cupidęq. Puellę,
Nomen & inquirunt, primasq. ab origine Gẽtes.
Ciuibus vt Iuuenum cunctis innotuit ortus,
Tertullique Genus, varijs famulatibus Agmen
Hospitio accipiunt, sternuntq. cubilia, tantis
Fercula & apta Viris luxu maiore parantur.
Consumptis dapibus, iam languida membra quieti
Cedere constituunt, dulcis nam somnus ocellos
Presserat, atq. animis obliuia blanda ferebat.
Altera lux tectum Peregrinis abdit Olympum
Nubibus, ęquoreũq. vadum, reboantibus vndis,
Motibus immodicis euersum, fluctibus iras
Indomitis renomens, atq. intractabile dorsum
Nauibus ostendens, furiasq. innabilis æstus;
Hinc Vrbis varias sollerti indagine lustrant
Delicias, pariter quidquid veneranda vetustas
Arte laboratum venturis præbuit æuis,
Mirandum potius, simili quam mente locãdum.
His prius offertur spectandũ in Rupe sacellum
Excisum media, nimio quæ tunsa dolore
Cum Mundi Genitor subijt lachrimabile lethũ
Dissilijt, rimasque dedit, præcordia rumpens,
Mæstitiæ retulit patrio pro funere signum.
Indè sepulchralis Caietæ visitur Vrna,
Quam Phrygius fundauit Eques Cythereide cretus,

 Mœnia

Mœnia vt extinctæ Nutrici prima sacrauit.
Mox & odoriferi panduntur Fratribus horti,
Ingentes fabricæ, speciosa Palatia, Templa,
Semisepulta solo Atria, quæ incunabula priscę
Vrbis testantur varijs subiecta ruinis.
Aeolus intereà aduersas in Claustra vocauit
Ventorum furias, & te reserauit, Iapix,
Cærulea pacator aquæ, euersique profundi.
Sollicitat Rector Dominos, Turbamq. reducit
Ad sua transtra, iubens considere, & æquora remis
Findere, dum flatus Siculas inuitat ad oras.
Tergemini accelerant promptam conscendere Nauim
Heroes, pelagique Cohors arat æquora remis,
Spumas atq. ruit: vocum ferit æthera clamor,
Littora dum fugiunt, & Robora onusta relinquunt.
Par desiderium iuueniles auxerat æstus,
Inclyta Parthenopes Viridaria, & Vrbis amanæ
Delicias, opulentaque ruris littora circùm
Collustrare priùs, Siculas quàm tangere terras,
Oppida tum Patris, quæ vel Campania nutrit,
Vel Neptunus alit circùm resonantia saxa.
Teleboum Capreas Tertullus iure tenebat;
Imperium nam tunc dederat sed sponte Casini
Ædibus, vt Placido Nursinos auxit Alumnos.
Tum quoq. Veseui terebrata cacumina flammis
Cominus inspectare, cauas & figere luces,
Ignis vbi scopulos, fumumq. rotabat opacum.
Nauigij at Rector cupidorum corda coërcens;

Donec,

Donec, ait, Pueri, consternere cernimus vndas
Flabra, Ratem validè reuocato pellite nisu,
Namq. referre gradum, Siculasq. relinquere terras
Incolumes si fortè dabit fortuna secundo
Numine, Parthenopes hortos, & nigra Veseui
Culmina luminibus, tum cætera cuncta tueri
Fas erit, haud Vrbes inuestigare negabo.
Sic medium Ponti sulcabat tunsa Triremis,
Vndè fauor potior ventorum crispat aquarum
Immensum cumulum, turgentibus impete velis.
Dum lætè metitur iter, post terga residunt
Tum vada, tum Portus, Vrbes quoque littora circum
Surgentes, oculus quas vix valet indè tueri.
Proxima cœperunt immanis saxa Charybdis
Cernere, Scylleosq. dolos, & turpe barathrum.
Cum Trabis exclamat Ductor: iam lintea Alumni
Ponite, & insolita virtute insurgite remis.
Soluite corda metu, trinis Palinurus Ephebis
Nauigij Dominis penitus trepidantibus, inquit.
Non hæc monstra ferunt humanæ corpora formæ,
Virgineosuè sinu s nec membra simillima veris,
Mantoi quod culta docent mendacia Vatis.
Ardua vis Ponti quondam confinia findens
Sicanij, Hesperijque soli, cum cuncta maneret
Indiuisa prius tellus; ast impetus æstus
Conuellens scopulos, medio se gurgite fixit,
Et vada concipiens, salientes euomit vndas.

Quæ lateri residet dextro, cognomine Scyllam
Plebs vocat; est læuo ratibus metuenda Charybdis.
Fluctibus immodicis imo nam vela profundo
Dirripuisse, ferunt, iterumque reuerberat vnda
Obductas puppes, reuomens quas merserat orco.
Scyllæum cæcis Vates finxere latebris
Monstrum vbi Nauigia excuteret, rictuque voraci
Finderet abditum, & atra rostra reconderet aluo.
Humanos vultus, & Virginis vbera iactat,
Ventris & immensas caueas; ast infima Pistrix
Membra tenet, caudam Delphini forma ministrat
Aluo innexa Lupi, sæuis & hiatibus ora
Exertans, pelagi pauitantia numina terret.
Talia carminibus vani cecinere Poëtæ,
Longius à vero simplex at fabula distat,
Nulla nec in tali stant abdita monstra Profundo.
Ite citò, Iuuenes, impellite robora remis,
Horrisonum superate vadum; confringite vires
Vorticis infidi; en portum iam spondet Olympus
Aeoliæ obsequÿs auræ, astrorumque fauore.
Impete tunc facto fluctus vicere rapaces,
Incolumesque citò retegunt surgentia Zancles
Atria, turritasque domos, curuataq. portus
Brachia, fluctiuagis nunquam subiecta ruinis.
Nisibus admotis, obstantia flumina vincunt,
Optati & tandem subeunt Penetralia Portus.

Vix

Vix tetigere solum Romani, puppe relicta
Heroes, Placidi cum protinus Atria quærunt,
Fraternos cupidi vultus spectare, lacertis
Stringere tum collum, dextram quoq. iungere dextræ.
Nuntius extemplò antè fores stetit, anxius, Aedis,
Presul vbi latius Claustri torquebat habenas,
Hospitum & aduentum Patris recludit Alumnis;
Qui subitò conclaue petunt vbi clauditur Abbas,
Tergeminosque Larem referunt succedere fratres.
Obuius ille ibat venientibus; ecce repentè,
Limina progressos amplectitur oscula præbens
Vix notis Placidus Germanis; ille vicissim
Agnitus haud illis, macie confectus, & annis
Iam grauior, multumque genas vmbrauerat ingens
Barba, & continouata diu ieiunia ventris,
Et lachrimæ precibus mixtæ, solitoque labori
Effigiem rapuere oris, floremque iuuentæ;
Nec prius in vultus concessum figere fratris
Lumina, Nursini postquam Genitoris Alumnus
Factus, inornato vitiauerat ostra Cucullo.
Indice at ingenio veterem agnouere figuram,
Ingenuumq. iubar frontis sub nebride opaca;
Qualis Apollineo tectus caligine vultu
Splendoris Sator ætherei sub nube nitentes
Vibrat adhuc radios, telluris & ima serenat,
Exhilaratque die mortales, nubila rumpens.

Sic Pater eloquio retegens quod amabile tegmen
Abdidit, ingenti fratrum solamine mentes
Implet, & alternis recreantur pectora dictis.
Sic fatur lacrymans Placidus: quæ gaudia fertis
Mentibus ò nostris, patrio mihi sanguine iuncti?
Tyrrhenas sulcastis aquas, Siculasq; procellas
Vitastis, pauidi Iuuenes, formidine nulla
Perculsi; nam vester amor confinia terræ
Aequoreasq; vias, vbi sæuit iniqua Charybdis,
Scylleusque furor; contortis Æthna fauillis
Mugit vbi, solo fratris spreuistis amore.
Promite quid Genitor; quid agat dulcissima Mater.
Talibus Eutychius blandis sic vocibus infit:
Qualia pertentent nostram modò gaudia mentem
Frater, iter loquitur; vasti dispendia Ponti,
Desertæ patriæ commercia, blanda Parentum
Lumina, congestos animo testantur amores.
Accipe quas Patris signauit dextra tabellas,
Perlege: sub memori seruet quam pectore Gnati
Surgenter orsus, & flauo digna metallo
Facta, soles, Frater, quæ Numinis edere signo,
Atque salutarem membris afferre medelam.
Præsulis apta satis recreauit Epistola mentem,
Et Germanorum pariter commercia. Iussit
Intereà mensis apponi fercula, vires
Queis Iuuenes reuocare queant erroribus actas
Æquoris, & capitis somno componere gyros.
Cuncta Cohors paret Placidi quę nutibus, ardet

Hospi-

Hoſpitibus ſeruire nouis; conclaue parare
Sollicitant alij molles & ſternere lectos.
Pars Cereale datum tabulis apponit; & igni
Squamigeros piſces, & cana legumina torret,
Quandoquidem dapibus, prohibet quas Regula Alumnis,
Noluit extructos Rector temerare Penates.
Talia dum peragit famulatu Turba benigno,
Fraterna ſociata manu legit ordine cuncta,
Quæ Placidus poſuit miro fabrefacta decore:
Hic Clauſtra adſpiciunt parijs effulta columnis,
Nobilis artis opus, ſcalpro cælarat acuto
Aemula Phidiacæ quod dextræ dextera, Solis
Cum rota clara quater duodena per Atria Zonæ
Tranſijt obliquæ, deſignans menſibus Annum.
Hic & Apellea depinxerat arte, Magiſtri
Factorum ſeriem; vix cum trieteride quarta
Expleta, luxum triuit, faſtumq. Quiritum,
Et montana petens, loca deuia, ſolus in Antro
Edomuit prauos æſtus, primæque iuuentæ
Illecebras, ſuperis ſi notus, at abditus Orbi.
Qualiter audaces per acuta libidinis ignes
Tela vepris nimium reuolutus ſanguinis vnda
Extinxit pœnitus, Regique illuſit Auerni.
Cœnobia hic pariter bis ſena, coloribus Auctor
Exprimit, vnde prius cunabula traxerat Ordo;
Ipſius & Placidi caſum, vt reſupinat in vndis,
Gurgitis immenſi cupiens haurire fluenta,
Flumen vbi validos, obſtrictus congerit imbres:
E tenera prolapſa manu ampla ſupernatat Vrna.

Dum Puer obducit nutantia lumina lymphis.
Maurus at exemplò fluctus pede calcat biantes
Innocuo, & Puerum de gurgitis eripit ore.
Te quoque sæuorum moderantem sceptra Gothorum
Expressit, Totila, vt mitis vestigia, supplex,
Sancta premis Vatis, falso quem Regis amictu
Irridens, propria cecidisti captus ab arte.
Obtulerat sed plura oculis spectanda colorum
Nobilitas, quos docta manus sub fornice Tecti
Duxerat, apta modis varijs animare figuras;
Eripuit citius sed delectabile Claustrum
Nuntius: ecce, ait, ò Proceres accedite, mensas
Imparibus ferclis insternere nostra coegit
Pauperies vobis; ieiunia soluite tandem,
Oppressas recreate fibras, refouete calorem
Membrorum dapibus; dabitur nam visere cuncta,
Crastina flammigeros, cum proferet Orbita vultus.

PRO-

PROTOMARTYRIS BENEDICTINI

LIB. IV.

ARGVMENTVM.

Principibus Romanis, cum Placido, eius fratre, & alijs Monachis in Cœnobio degentibus, atq. in Dei laudibus, ingenti cum sancti spiritus gaudio incumbentibus, impius quidam Christiani nominis insectator, Manucha nomine, validæ Classis exercitu comparato, intempestæ noctis silentio, dum pia Turma nocturnale pensum Omnipotenti Deo persoluebat, confractis Templi foribus, omnes, probata illorum in fidei confessione constantia, varijs supplicijs necauit. Variorum tormentorum genera describuntur, & luculenter explicantur.

INterea Proceres releuant dum membra quiete,
Quæ Maris importuna, furens, lassauerat ira,
Fraternisque augent pariter solatia dictis;
Hic statuunt firmare pedes, & fallere secum
Nocte, dieque horas, animos ac pascere sacro
Eloquio Placidi, thalamos meditantis olympi.
Mellea lingua scatet diuino rore, perennes

Dum

Dum memorat sedes, summi quas scandit amicus
Iudicis, vnde triumphales Cæli eripit Arces,
In terris quoties sequitur vestigia Regis,
Qui humani generis dispendia, morte piauit.
Hinc crescebat amor fratrum magis, atque voluptas.
Libandi Angelicos mores, animosque pudicos,
Quos ter dena Cohors sacræ patefecerat Ædis
Præside sub tanto, specimen præbente laboris.
Mentem alit assiduis precibus, corpusq. catenis
E domat horrisonis, miscetque cruore tepentes
Fontibus è geminis lacrymas sinè limite obortas.
Nil mortale sapit dio Vir Pneumate plenus,
Intima sed totum spirant præcordia IESVM;
Nam Cœlestis Amor fibras exurit amantis;
Sic cuncti patrios mores imitantur Alumni.
Totus ad exemplum crescebat Præsulis Ordo,
Qui Ducis exercet partes, prior arma fatigat.
Dum feruet Cœtus, cumulo virtutis onustus,
Ingeminatque diu solymæi carmina Regis;
Lucifer inuidia succensus, transfuga Olympi,
Olim damnauit quem cæca superbia ad Antrum
Tartareum, supera priuatus luce, rebellis
Numinis æterni, noxæ luit igne reatum.
Nam miser, amisso patriæ, Comitumq. nitore,
Horrentes squamas diri ostentare Draconis
Cogitur, & longæ glomerare volumina caudæ,
Autumat huic nostro quoties se credere Cælo.
Perfidus hic oses moritura Prolis Adami

Gen-

Gentibus, assiduè pedicas haud tendere cessat;
Vt trahat ad miseri secum tormenta Baratri.
Hic sceleratorum Cuneos, quos culpa momordit
Olim eadem, summo vt ceciderunt Aethere pulsos,
Talibus aggreditur dictis: ô, Turba Nocentum,
Quæ vos segnities agitat, torporq. nefandus?
Inuigiles turpis præstrinxit fortè veterni
Nunc oculos, cæci Siculas nec cernitis oras,
Progenies vbi Nursini senis, (hostis acerbus
Nominis heu nostri) proprias extendere vires
Audet, & à toto nos tandem pellere Mundo?
Agglomerate dolos, crudumq. indicite Martem
Hostibus, inque nouam citò conspirate Phalangem.
Possidet extremæ Hesperiæ nunc Abdala Sceptrum,
Christiadum cupidus subuertere nomen, & Vrbes,
Et dare thura mihi, Remphæ, magnoque Molorcho;
In Rasos sua tela romat, penitusque reuellat
Templa, Domumque nouam, Placidus quæ surgere iussit,
Qua freta Messanę, Portus & littora lambunt.
Ite citi, comites; accendite corda Tyranni,
Sacrilegos foueat cultus, cogatque potenti
Marte rebellantes, diuinum aut reddere honorem
Lucifero Regi, manes qui frænat Auerni,

Aut tormenta pati summo discrimine vitæ.
Tunc scelerata Cohors, irarum percita flammis,
Ingenti reboat strepitu; se mutuo Amici
Exhortantur; opem Domino nec ferre recusant
Agmina, sollicitantque moras, quas increpat vltrò
Lucifer, ingenio meditatus semina fraudum.
Mox iter aggressi Princeps qua regnat Iberus,
Cæde tumens, victorque manu, pietatis & expers
Abdala, Romani tum nominis impius osor.
Cesserat aurato Regnator membra cubili
Barbarus, & toto perflabat pectore somnum.
Cum Dictynna Poli, per opaca silentia noctis,
Perlustrat conuexa, vibrans sua lumina terris,
Taliter affatur tenebrosæ Lucifer Arcis
Accola; quis sopor ô Gentis Regnator Iberæ
Te tenet? haud curas nostrorum augere Deorum
Nomina? nonne vides quàm seditiosa potestas
Christiadum latè exitiales explicet alas?
Inspice Zanclæis quid nunc reuirescat in aruis!
Romula Gens, toto iam formidabilis Orbi,
Imperium pietate nouat, Crucis ense Tyrannos
Deprimit, exacuens Crucifixi lege secures.
Te quoque Marte prement tandem; tua Regna capessent,
Captiuumque trahens crudeli morte necandum.

Excuss

Excute somniferæ, Rex, otia blanda quietis,
Debita Numinibus fer munera, nomen adora
Principis inferni; te Regni in sede locauit;
Vtere Gente tua; vires nunc exere sceptri,
Classica terrificent Neptunum Regis Iberi,
Velinolæque Rates; paueat tua bella Sicanus;
Ille nouus Templi Faber, Agminis atque Magister,
Vltima Zanclææ capiunt quem littora terræ,
Flectere tænareo cogatur colla Tyranno,
Abdala cui summus diuinos reddit honores.
Ossibus, his dictis, regalibus implicat ignes
Irarum, tumidos agitans in corde furores.
Protinus ingenti Princeps incanduit æstu,
Deseruitque toros excitus; pronus adorat
Mox Erebi Regem, Rempham, stygiumque Molorchum:
Dij, quos assidua semper sum mente precatus,
Sentio queis monitis me Lucifer increpat Orci
Rector, & ore minax ignauos proterit artus:
Ite Duces, glomerate Rates, date carbasa ventis;
Classis eat, qua Scylla riget; furialis Enyo
Sicaniæ fines relegat, sobolemque reuellat
Christiadum, nostrisque Deis altaria Gentes
Instituant, Christumque negent, fideique latinæ
Dogmata, Luciferoque litent, aut morte necentur.

Dux

Dux erat immanis, superis infensior hostis;
Insignis pirata; virum, quem Turba Manucham
Appellabat, aquas solitus fœdare rapinis
Tethyos, & Christi dios populare Penates.
Nauibus hic centum cumulatis carbasa ventis
Explicat, hæreseos furijs vexatus, & Orci.
Barbaricos timuit strepitus Neptunia Proles,
Aequoreisq. caput latitantibus occulit Antris.
Namque Erebi Princeps, stygia cum gente Carinas
Sepserat, armatasq. manus, Mauorte cruento
Sollicitabat, agens; odioque superba Manucæ
Pectora succendens, Zancles vt littus ararent,
Suadebant mala Castra, viris ad bella paratis.
Sanguine Christiadum sitiebat barbara Classis;
Ceù Leo, quem atra fames libycis impellit ab antris,
Exululat, miscetq. nemus, terretq. ferarum
Agmina; diffugiunt, pauitantque tyrannica Regis
Guttura, terrificisque timent obstare periclis.
Barbarica haud aliter per fluctus rugit Enyo,
Remige multiplici Pelagi dum verberat vndas,
Innocuo quærens inspergere sanguine dextras.
Oppida littoribus contermina corda pauore
Implentur, diri rutilant dum signa Tyranni.
Hostica vela tument; blandis nam flatibus auræ
Aspirant sceleri, sternuntq. furentibus Æquor;
Magnum cæde parant, alia sed parte triumphum

Mili-

Militibus Christi, fidei quos æstus adurit.
Iam lux è terris concesserat; ardua lampas
Namq. diei animos dulci dare membra quieti
Liquerat, occiduos, alterna luce, cieret
Vt motus, pergens, hominum torpore repulso.
Cynthia noctiuaga per aperta silentia curru,
Cælorum metitur iter; mediumque reuisit;
Illicò dum Classis Zancles superastitit Vrbi,
Proripuitq. Lares, vbi cælica Turba trahebat,
Præsule sub Placido, vitam sinè labe beatam.
Fortè vigil Cœtus Solymæi carmina Regis,
Vocibus alternis, sacras modulatur ad aras.
Barbarica vt rabies, gemino vi poste reuulso,
Irruit in Templum, Diuinaq. vasa prophanans,
Sancta catenatis cōstrinxit & Agmina vinclis.
Carcere mox sepsit, posito custode, Cateruam
Lumine qui vigili obseruet, dum iussa capessat
Sacrilegi Ducis. Ast animosa, Satellite pressa,
Heroum Manus exultans, collaudat Olympi
Induperatorem, famulos qui talibus effert.
At Senior Donatus, iam gelido obsitus æuo,
Nectitur haud ferro, tristi sed acinacis ictu
Læsus obit, nullo fundens luctamine vitam.
Non sic fatalis Gordianus præda furoris
Mansit; at ignotæ fugiens per limina portæ,
Deuitat liber scelerata ligamina Iberi
Militis, & tutus Cælo se prodit aperto.
Intereà armatæ Legiones, Classe relicta,
Littora deuastant circum, coguntque Fideles
In Sanctum iactare Dei fera iurgia Nomen,
Luciferique sui cumulare altaria donis.
Templorum populantur opes; subiecta ruinis

Atr a

Atria cernuntur Placidi fundata labore,
Iam viduata Viris, spelæa repentè ferarum
Effinxisse vides, fuerant quæ Numinis Aula,
Cælicolumque Domus sacris exculta Maniplis;
Hanc vorat ignis edax, stygioq. litatur Auerno;
Proh dolor! heu lacrimæ! quis flere tyrannidis vnquam
Ausa queat satis? innocuo maculata cruore
Limina nunc squallent: Lernæo sparsa veneno:
Templa colubrifero serpens populata Furore.
Vndiq. ouat Mauors; fremit vndique Rumor iniquæ
Gentis; vbiq. necem manus importuna minatur.
At Laris Antistes Placidus, compagibus arctis
Inclusus; non vincla timet; non tela minacis
Militis; hortatur sed corda pauentia Cætus
Vocibus his: Fratres, quibus vbera præbuit vnà
Blanda Parens mecum, generosa vt fudit ab aluo,
Mox germanus amor geminato fœdere vinxit;
Nunc quoque sancta fides nos sedibus aduehat Arcis
Ætheriq. pariter quà Regna perennia splendent;
Ecce triumphalis properant certamina palmæ,
Nobiscum iam Christus adest spectator Agonis;
Soluite corde metus; pœnarum Virgo timores
Abijce, fœmineæ formidinis exue mores;
Suspice cælestes thalamos, sponsumq. paratum
Virgineam expectantem animam, sociamque Pudoris,
Qui fuit Vnigenæ comes intemeratus IESV:

Vix

Vix numerat momenta dolor, sed præmia lethi,
Atque pudicitiæ, æterni sunt gaudia sæcli,
Pectoris Ægis, Amor niuei sit Regis IESV,
Nil lædent pœnæ; tormentum cedet Amori.
At vos, ò Comites, mecum qui terga dedistis
Sponte voluptati, Crucis vt Vexilla liceret
Amplecti, per tela per ignem, corde dolores
Ferre Redemptoris solido, inter Claustra putastis,
En pugnæ iam tempus adest; recludite frontem
Barbarico non terga Duci; Patientia palmam
Sola rapit; Constantia carpit sola Brauium.
Vnanimes cuncti, chalybæo compede pressi
Infremuere; calent supremi Numinis æstu,
Armatique fide tormenta tyrannica temnunt.
Mille subire neces prompti, quam lædere Cælum.

Nox iter vt tandem confecit; & Orbita Eoa
Lampadis ignifero stellas splendore fugauit,
Ducitur ante oculos diris constricta catenis
Turba Ducis, totam Placido præeunte Cateruam,
Quam sceleratorum longum stipauerat Agmen.
Ille supercilio vinctos lustrauit acerbo.
Mox Placido: tu pande prior tua nomina nobis.
Hic hilari vultu sic imperteritus, infit:
Christi signa sequor, Cælorum & Numen adoro.
Percitus immitis furijs Agarenus Auerni,
Tu modò, voce palam, leges, & Nomina Christi

Desere;

Desère; ne effigiem tardes temerare salina;
Numina thuricremis citò deuenerare fauillis,
Abdala supplicibus toto quæ pectore votis
Implorat, Regnũq. suum, Plebsq. omnis adorat:
Percurres sic liber humum; vinclisq. solutis,
Ibis; inauditæ viuens, te subtrahe morti.
Aequæuam Patri sobolem qui temperat Astra
Abiurare nefas: fateor me noscere Christum,
Deuenerorque (inquit) pro viribus; atque cruorem
Fundere contemno, letho moriturus atroci.
Vocibus impatiens, vesanas ebibit iras
Barbarus, & tetro suffundens ora veneno,
Lumina sæua rotat, tum dentibus indice morso,
Mox inquit, scelerate, dabis cum sanguine pœnas,
Terribili vlterius ferratis fronte catenis,
Germanos Proceres oneratos aspicit; Agmen
Et Monachorum ipsum, ter denis fratribus auctum.
Vos, captiuæ animæ, quæ nam sententia cogit?
Vultis inexpletis laceros cruciatibus artus
Cernere; seù potius Regale capessere iussum?
Linquite Christiadum commenta, fidemque seueram;
Ludibrÿs trabe pendentem perfundite Christum;
Abdala sic magnus Rex imperat, Orbis Iberi
Sceptra regens, Erebi date thura Deo; omnis adores
Luciferum Cuneus, Rempham, sanctumque Molorchum.

Reddidit arcta Manus constanti hæc corde Tyranno.
Nostra metu in cassum subuertere pectora tentas,
Atque abolere fidem, quam Matris ab vbere Primum
Suximus, & nati bibimus lustralibus vndis;
Vnanimi Christum nos voce fatemur Olympi
Induperatorem, nutu qui temperat Orbem;
Qui pariter moriens, populos à morte redemit,
Luciferumq. tuum stygijs religauit in Antris;
Omnibus est eadem mens: omnibus vna voluntas,
Aethereo pro Rege mori; tormenta subire.
Vocibus his subitò Dux infremit ore Manucha,
Impatiensq. moræ, flammis exasperat artus,
Mente quibus sanctum torquere doloribus Agmen
Iudicet euoluens, mandata minacia promit;
Nam iubet, exuuijs detractis, membra flagellis
Tristibus vrgeri cunctorum, verbere torto
Multiplici, donec cedat sententia flagris.
Infando paret iam dextra Satellitis ori;
Corpora nam diris lacerantur nuda catenis;
Verbera verberibus succedunt; sanguis inundat,
Miles inhumanus dum lora sonantia nisu
Ingeminat toto, miseranda strage cruentans
Corpora barbaricis Patientum subdita palmis.
Martyrum at exultat Cœtus, rabiemq. Tyrãni

Des-

Despicit, ingeminans repetitis nomen IESV
Vocibus, vndè suæ succedunt gaudia menti,
Robur & accipiunt, recrudescente dolore.
Pectore præualido vim sustinuere furentis
Militis, Heroas nulla pietate petentis.
Nil timuere Viri. Virgo sed Flauia cunctis
Fortior, immitis crepitantia verbera dextræ
Accipit, & tepidos tolerat discurrere fontes
Sanguinis; atque cutim dissectam corde virili
Inspicit, & plagas iterum succedere plagis.
Ast Agarenus atrox, animam exhalare tuetur
Iam iam dum Proceres, nimium si corpora araret
Sanguinolenta lues; dextram cohibete, Ministri,
(Dixit) & obduratam respirare Cateruam
Flagra sinant; forsan melior sententia mentem
Imbuet; ingenij vulnus nam vulnera sanant.
Deindè cruentatis molli sic ore profatur
Martyribus: miseri, quæ vos dementia sumpsit?
Sanguine lapsantes animæ, mortique sacratæ,
Errorum nebulas num pellere corde putatis;
An magè funeribus deformi cæde necari?
Flectite corda Viri; Christum abiurate loquela;
Eripite, e rabidis stillantia corpora pœnis.
Tunc Procerum generosa Cohors, fera iussa refellens;
Verbera nulla times, telis quos armat IESVS;
Nos cælestis Amor diuino roborat igne,
Cuius in amplexus viuentes, temnimus ensem,
Vrentesq. faces, & quidquid inhospita gignit
Barba-

Barbaries, Erebiq. lacus, domus vnde sequaces
Luciferi æterni cruciantur ab igne camini.
Exequere ergò, necis sæuissimus Arbiter actus
Imperij; nos Cælorum documenta sequemur.
Libera Sanctorum stabili sub corde potestas
Fortius erumpens Agareno viscera carpsit;
Namq. animi subitas irarum fregit habenas;
Torquerique iubet Diuos conamine toto
Militum; vt exta fluant, ossis compage soluta;
Et repetita diù fortis virtute lacerti
Vulnera crudescant, valido bacchante dolore;
Forsitan absoluet duras insania mentes.
Tunc furibunda Phalanx mandata facesserê Regis
Sollicitat, crudis inhians discerpere flagris
Membra tenella, lacu mox contumulanda cruoris.
Qualiter insequitur cum vis inimica Molossi
Obductas hinc indè feras, quas fortè labore
Indagat longo, clamor dum impellit herilis;
Si speleæ lepus, per aprica vagatus agrorum
Æquora linquat, atrox immani bellua rictu
Pectora discerpit, laceratque rapacibus artus
Morsibus illius, donec sternatur arena
Exanimis, proprio iam sanguine semisepultus.
Dextra catenato feriebat verbere Diuum
Corpora, vulneribus superaddens vulnera primis,
Quisque sui cupidus sceleris recludere robur,
Flagitijque modum crudis excedere factis.

Liuida torrebant repetito terga flagello
Carnifices, stragemque dabant, furibunda ministrat
Quam rabies, feriensque manu sacra membra cruentant,
Vndique stillabat sanguis, saniemque bibebat
Tellus; iamq. locus plagis deest: ossibus haeret
Verber, & interna retegit penetralia fibrae.
Creuerat horrendis Diuum constantia flagris;
Nam geminare preces, Caelumq. lacessere votis
Instabant; ne corda domet vis tanta dolorum;
Tormentisq. canant deuictis corda triumphum.
Robur at Heroum, pectus crudele Tyranni
Lancinat, atque suo propriae laniena furore
Fit menti Dux impius: euomit ore minarum
Spicula; multa mouens animo, sententia cordi
Insedit tandem, tetro sub fornice loris
Exinctos rigidis cludi, lux septima donec
Transeat, & totidem reuehant cita tempora noctes.
Nulla manus plagis audet conferre medelam;
Gutturis esuriem Cereali haud pascere crusto,
Non sitis ardores salienti abstergere lympha;
Effera sic ardet mens, hos sinè funere morti
Credere, si dolor inflexibile molliat Agmen.
Praesul at inuictus Placidus, iam male grauatus
Supplicij, socios verbis consulcit amoenis:
En breue tormentum solamina quanta parabit,
O Christi Pugiles, nulla formidine torti!
Martyris vna premit solùm cōstantia palmam.

O quam

O quam dulce pati quid quid breuis ora propinat;
Sarcina pœnarum, dolor, immedicabile vulnus,
Longa fames, squallorque loci, calligo, labores,
Quanta parant nobis super æthera gaudia? palmam
Eripite Heroës; iam iam Capitolia Olympi
Scandimus; ad superæ Diuinus fercula mensæ
Nos inuitat Amor; durate, tyrannica iussa
Temnite; in amplexus quam prodest ire Tonantis,
Cælicolumq. frui dapibus, thalamisq. beatis!
Talibus assiduè Placidus releuabat Alumnos,
Firmabatq. animos Fratrum, fidasq. Sororis.
Audijt hæc Miles custos patientis ouilis
Christiadum, subitòq. retexit cuncta Manucæ;
Qui reuocare gradum, patriasq. reducere ad oras
Captiuos voluit, proprio tum sistere Regi.
Obstitit at sceleri Mare; ventis protinus vnda
Voluitur acta; timent reboantia tela Polorum.
Impete succutitur ventorum turbine Classis
Barbara, fluctiuago audet nec se credere Regno.
Creuit at insani rabies Ducis; acriter, inquit,
Tundite terga Virûm, sæuos renouate dolores,
Lux quoties Phœbea sole rediuiua resurget,
Impastæque fibræ pœnarum mole fatiscant.
Abijce corde Deum, proclamat voce Satelles,
Sacrilega, inq. tuum profer conuicia Christum;
Sic verbis, flagrisque Cohors affligitur omnis.
Corde sed impauido Gens tentamenta refellit,
Tunsaq. Cælicolum Regi modulamina laudis

Occinis, atque libens repetitos sustinet ictus.
Tortor at inuicti miratus pectora Cœtus,
Facta refert inuisa Duci; quid Turba superbis
Ista proterua, inquit, Domini nec iussa veretur?
Ergò rebellatricem loris stringite Plebem,
Verberet ore solum, pulset quoque sidera plantis;
Obstruat & piceus reclusa foramina fumus
Gutturis, vt tetra pereat caligine mersa.
Impia continuò Tortor mandata capessit,
Et primùm Placidus cæcis inuoluitur vmbris,
Ore bibens patulo nebulosa volumina fumi;
Nubibus his Comites subdũtur; guttura turbo
Verucitans, oculosque simul, vultusque fatigat;
Fumus vt exundat, pendentiaq. ora flagellat;
Hosticus exclamat Miles: Christum ore negate
In Cruce pendentem, quem Gens Solymæa necauit,
Mortis & effugiet vestrum discrimina corpus.
Consilium renuit, constanti pectore Diuum
Dilacerata Manus, fidei quam protegit Vmbo.
Ceu cautes hæret medijs immobilis vndis,
Quam Mare spumiferis diuerberat imbribus, ater
Cum Notus instabilis sopitas excitat iras
Marmoris; illa licet nimio concussa fragore,
Despicit æquoreos ictus, laticumque procellas;
Sic afflictæ animæ, quas verberis impetus,
...dans ...

Et caligo

Et caligo premit, minitantia dicta refellunt.
Blanditijs tentat fortes inflectere mentes,
Viribus infractis Agarenus; & Agminis ora
Exiguis recreat dapibus; tum maxima spondet
Fercula, diuitias, & latos Regis honores,
Si tua, Christe, negent periuro Nomina verbo;
Cynthius intereà occiduis immerserat vndis
Lucis inhexaustum fontem; nox atra soporem
Sparserat, & Cunei laxabant ora quieti;
Barbara cum penetrans Gordianus Castra latentes
Carceris in tenebris socios inuisere tentat,
Oscula vulneribus præbens; solatur amicis
Captiuos verbis, lacrymarum flumine verso.
Officium paribus dictis pia Turma rependit;
Consolatori hæc Placidus sed reddidit ore:
Stat promissa fides nostris infixa medullis;
Vndè mori gratum, terramque notare cruore
Sat cupimus, frater; vires adiungat Olympi
Arbiter, adspiciens nostræ luctamina pugnæ;
Surgat in auxilium, rabidos & comprimat hostes;
Tu precibus, votisque iuua; socijsque, Magistro,
Atque Patri, quæ facta vides, reclude dolores
Multiplices, nostri tutissima causa Triumphi
Stant telluris adhuc varijs subiecta procellis
Pectora; Luciferiq. doli, cum Milite, damnis
Coniurant nostris, robur tu suffice, IESV.
Gordianus lacrymans, strictis fert oscula vinclis

 Postre-

Postremumq. vale dixit, mærensque reliquit
Certantes socios, multoque cruore madentes.
Iamque rubescebat, stellis Auroræ fugatis;
Præcipitansq. gradum, lucem reuehebat amœno
Vertice, nocturnas dispellens crine tenebras.
Numinis hinc Hostis crudelia mente coquebat
Tormenta horribilesq. modos, ut comprimat ora
Cuncta cruentatæ Gentis, Christiq. Clientum.
Mane catenatum acciri Dux imperat Agmen,
Ore vomens ignes, rabidoq. repulsus ab æstro;
Alloquor indignos, dixit, Cuneumq. rebellem;
Sidera, Luciferumq. meum, Vatemq. Molochum
Testor, Christicolum ni è corde repellitis omnes
Errores, quos vana fides sub imagine falsi
Numinis, excludens verũ, dispergit in Orbem,
Ignibus immodicis exuri membra iubebo,
Atque flagellari, nec non in frusta bipenni
Diuelli, donec malesanus Spiritus artus
Deserat; exanimesque fibras sine honore relinquam.
Viuere cur miseri contemnitis? vnica merces
Omnibus, inter opes, noster quas Abdala spondet,
Est trahere ingenuam nullo mœrore iuuentam.
Tunc Placidus, quem Dius Amor succenderat æstu
Pneumatis æterni, placato hæc reddidit ore:
Nulla Viros promissa mouent, qui Regis Olympi
Diuitijs inhiant; vt terræ stercora gazas
Proterimus Procerumque, Ducumque, & gaudia Mundi;
Corda triumphat amor tantum patientis IESV.

Quam-

Quamque dedit moriens confixus in Arbore vitam,
Reddimus, hanc cupidi maiore rependere. Nobis
Vulnera lætitiam gignunt; tormenta, dolores,
Verbera, vincla, faces, contusaque membra bacillis,
Carceribus tollerata fames, peracutaq. ferri
Vngula discrucians latitantes pectore fibras;
Si quid barbaricæ menti vel suggerit Orcus
Sæuius; illa libens, nostrùm mens expetit vltrò;
Blandimenta minæ, terrores ludrica nobis
Sunt irritamenta; magis tu amplectere Christi
Dogmata, perpetuò Stigijs te subtrahe flammis;
Nam Deus, ille Deus propria qui morte redemit
Humanum Genus; atq. iterum super Astra, resurgens,
Venerat vndè prius, rediit; sed & Arbiter Orbis
Nube sedens, tandem venturus, crimina Iudex
Puniet; emeritos supero donabit Olympo.
Spontè vales purgare nefas tu fletibus, Orcì
Et fugere æternas, placato Iudice, pœnas.
Vocibus his flammas irarum Sanctus adauxit;
Nãq. Manucha ferox vlulatibus aera pulsat,
Exclamatque amens: citò denudate rebellem,
Vltricique manu scelerata retundite verba.
I, nunc exolues quas optas, perfide, pœnas.
Corpora nuda Rei procero stringe Satelles
Cannabe, verber ares; discerpat at vngula carnes;

Disijce neruorum compagem, membraq. membris
Diuide, sæuitia horribili compesce superbi
Gutturis eloquium, flagris audacia cedat.
Dixit, & extemplò diris cruciatibus insons
Vexatur Placidus, fidei quem roborat ardor,
Atq. amor eximius Christi; nam corde gerebat,
Probra, Cruces, clauos, vepres, impacta flagella,
Quæ tulerat nimio compulsus amore suorum.
Exonerat Tortor crudeles roboris ictus,
Viribus & totis, laxis fert vulnera plagis,
Iam carnes cessere flagris; iam præterit ossa
Barbaries; iam membra cadunt, nec dura cohærent
Ossibus ossa, fibras præciderat ense Minister.
Increpitat verber, glomerant tormenta doloris;
Fortior ast animus contusi Martyris, ausus
Militis irridet, grates & reddit IESV.
Semianimem linquunt Athletam verbera tandem;
Supplicia & Placido cesserunt; quippe Tonantis
Præstitit auxilium virtus, & contudit hostes.
Laurea speratur semper, dum militat Æther.
Martirij consors, & sanguine iuncta Virago
Flauia succedit Fratri: succincta pudore
Quem Genus, atque ætas, & picta modestia vultus
Explicat, ingenuæ nec non reuerentia frontis.
Antè Ducem trahitur crudelibus arcta catenis,
Hanc prior alloquitur Iudex; ò durior omni
Rupe,

Rupe, Nurus; meretrix; rapidoque procacior
Euro;
Te tua fallit adhuc insania? iussa recusas
Regis adhuc? resipisce modo; sapis? vtere mentis
Consilio meliore; dabis temeraria pœnas,
Ni maledicta vomas in Numina falsa tuorum
Fratrum, Tenarijque colas altaria Regis.
Tunc Virgo pudibunda, genas cui Gratia pingit,
Inque supercilijs maiestas explicat alas,
Insidetque rubris vocalis Suada labellis:
Desine (Dux) verbis, terrere minacibus (infit)
Virgineum pectus; Christo mea corda dicaui,
Hic mihi Sponsus erit: thalamos expecto beatos,
Vt secum victura traham sine limite luces.
Non ego stulta loquor; Patris Sapientia Christus,
Vera Dei soboles, carnis velamine tecta,
Ora regit, sensusque meos, ne tramite veri
Digrediar; timeamq. tyrann ca verbera Ditis.
Talibus incandescit atrocis Bellua Classis;
Vincor, ait, famuli, mea spernit dicta Puella.
Tegmine direpto, pedibus suspendite nudam,
Hæc nimis effrænis sint debita præmia linguæ.
Virgineum nudatur ebur, canæque pruinæ
Corporis, insanæ fiunt ludibria Plebis.
Cæsaries verrebat humum; atque coercita nullis
Nexibus, errabat, diffundens verticis aurum.
Ore verecundo despectat lumine circum
Agmina; ceu multis vallata leonibus Agna,

Iam subitura necem, rictu ferienda cruento.
Talis erat pudibunda Manucæ præda, Puella;
Non trepidare metu; non formidare Ministros
Cernitur, auxilium Rector feret, inquit, Olympi;
Tu decertatum tutabere, Christe, pudorem;
Impius ore vomens spumas, quas pectoris æstus
Concoquit; hoc stabilem Iuuenis ferit ariete mentem:
Fœmina stulta, pudicitiæ spoliata rubore,
Nobilis haud Virgo, sed nostri infamia sæcli;
Dedecus hoc infandum sustinuisse, Trophæum
Credis Amazonidum, recludere membra virili
Aspectu? id Mulier renuit mercabilis auro.
Reddidit intrepidis verbis hæc Virgo Tyranno:
Non pauet, exuuijs detractis, prodere carnes
Virgo parata mori; nimio suffusa cruore;
Vibicisque notas iactat, flagratque nouari
Crudeles plagas iterum; quatiente flagellum
Milite, dum teneat victricis munera palmæ
Spiritus; hæc patior Sponsi Cælestis amore,
Qui Crucis arborea pendebat nudus in ara,
Humanæ vt lueret, moriens, contagia noxæ.
Tunc Furijs agitatus inexorabilis Orci
Arbiter: arma (Viri) flagrum, rigidosque rudentes
Stringite, segnitiem, & si quid mea iussa retardat
Pellite, neruosos armate furoribus artus;
Molliat haud animos intincta cruore Puella,
Indurate iecur, pietas cadat; impia Virgo
Experiatur onus flagri, roburque iubentis.

Carni-

Carnificum Cuneus, necis instrumenta parauit;
Tum dextra intorquens, insontis Virginis artus,
Ictibus immodicis scrutatur; vulnere vulnus
Excipit, & tepidos aperit laniena canales
Venarum, laceransq. sinus, & viscera nudans
Verbera verberibus superaddita; inebriat imber
Sanguineus, duplici compactum canna be lorum,
Purpureusque latex faciem telluris inundat.
Flauia sic Sponsum, tempestas ingruit ingens
Dum tormentorum alloquitur, spectante Tyranno.
Contere barbaricos Cæli Rex Christe furores,
Ne fregisse tuos infidus gaudeat hostis.
Vulnera membra probant: animum Victoria fulcit.
Nam mecum tu, Sponse, subis certamina pugnæ.
Aggerat his flammas irati Virgo Manucæ.
Viribus adde tuis vires (ait) obstrue turpis
Ora Nurus, frontem, vbera, disijce: velle lacertos;
Ni pereat, nostri subuertit Regna Monarchæ.
Nubigeros cumulate globos fumi, ebibat ora
Pocula quæ meruit, melior sententia donec
Succedat dictis, & Numina Ditis adoret.
Nec mora, nec requies datur ictibus, atque labori;
Brachia lassantur; lictori lictor adhæret;
Non parcunt operi, quot perfidus vrget Iberus.

Deficit ingenium, robur, rabiesque Ministri,
Flauia viuit adhuc nullis perterrita pœnis.
O quam te memorem generosa Virago; Camillas
Vincis; Amazonidas; tum quas famosa Vetustas
Iactat, & immensæ tribuit præconia laudis.
Degener haud Soboles mores imitaris auitos,
Fortia corda gerens, quæ non contaminat horror
Martyrij; non multiplicata Satellitis ausa;
Non crudele nefas; sexus; non vlla videndi
Charorum vultus Genitorum pectora mordent;
In tua Christus ouat præcordia, solus amantem
Fulcit Amor, Virgo, infirmis qui fortia sternit.
Consumpsere diem lictores Virginis artus
Torquentes; tandem saturata cruoribus atris
Barbaries; validum cœpit mulcere rigorem,
Protrahat vtq. diu pœnas, tormenta relaxat.
Abdit adoratos ferrugine Cynthius ignes
Obsitus; exhorrensque fugit spectacula dextræ.
Vincula laxantur, lacerataque membra teguntur
Virginea palla; gressu titubante, Puella
Carceris horrenti sub fornice; compede ferri
Cum socijs obstricta iacet solatia carpens.
Mox Placidum alloquitur: vici, dulcissime Frater,
Virgo licet gracilis; nec robore fulta virili;
Nempè tuis precibus, mihi vires addidit Orbis
Rector, & incassum tutudit me verbere Miles;
Vlla verecundi sensi nec damna pudoris;
Solli-

Sollicita nunc voce Deum, ne fortè relinquat
Martyris audentes animos: certamina inermis
Sponsa inyt Christi; fragiles hic roboret artus,
Insultantem hostem vt valeam, formidine pulsa,
Aequo animo tolerare minas, iterataq. flagra.
Illacrymans ast ille, Soror, fiducia, dixit,
Deserat haud animos; aderit nam dextera Regis
Aetherei, viresque dabit, sociúsque fauebit.
Nam meritum innocui Benedicti corda fatigat
Numinis assiduè, sanctumq. iuuamen Alumnis
Impetrat, indè vigor fessis, virtusq. redundat.
Crastina Martyribus, tetro sub fornice clausis,
Expectata dies fulsit; quæ bella parabat
Militibus Christi rabidus cum ferueret hostis.
Dux iterum famulis: mihi sistite funeris Agmen.
Adfuit vtque Cohors sanie, plagisque referta;
Nondum corda dolor tetigit, tenebrasque fugauit
Obductæ mentis? vitam quæ insania vestram
Persecat, & longos cogit tolerare dolores?
Hæc ni sufficiant, dent nec componere sensus;
Addite Tortores noua flagra prioribus; artus
Tundite; neruorum connexa ligamina, ferro
Findite; verberibus disiungite viscera membris.
Qualis ab excelso tempestas rumpit Olympo,
Dum nubes obscura diem mortalibus ægris

Arri-

Deficit ingenium, robur, rabiesque Ministri,
Flauia viuit adhuc nullis perterrita pœnis.
O quam te memorem generosa Virago; Camillas
Vincis; Amazonidas; tum quas famosa Vetustas
Iactat, & immensæ tribuit præconia laudis.
Degener haud Soboles mores imitaris auitos,
Fortia corda gerens, quæ non contaminat horror
Martyrij; non multiplicata Satellitis ausa;
Non crudele nefas; sexus; non vlla videndi
Charorum vultus Genitorum pectora mordent;
In tua Christus ouat præcordia, solus amantem
Fulcit Amor, Virgo, infirmis qui fortia sternit.
Consumpsere diem lictores Virginis artus
Torquentes; tandem saturata cruoribus atris
Barbaries; validum cœpit mulcere rigorem,
Protrahat vtq. diu pœnas, tormenta relaxat.
Abdit adoratos ferrugine Cynthius ignes
Obsitus; exhorrensque fugit spectacula dextræ.
Vincula laxantur, lacerataque membra teguntur
Virginea palla; gressu titubante, Puella
Carceris horrenti sub fornice, compede ferri
Cum socijs obstricta iacet solatia carpens.
Mox Placidum alloquitur: vici, dulcissime Frater,
Virgo licet gracilis; nec robore fulta virili;
Nempè tuis precibus, mihi vires addidit Orbis
Rector, & incassum tutudit me verbere Miles,
Vlla verecundi sensi nec damna pudoris;

Solli-

Sollicita nunc voce Deum, ne fortè relinquat
Martyris audentes animos: certamina inermis
Sponsa inijt Christi; fragiles hic roboret artus,
Insultantem hostem vt valeam, formidine pulsa,
Aequo animo tolerare minas, iterataq. flagra.
Illacrymans astrlle, Soror; fiducia, dixit,
Deserat haud animos; aderit nam dextera Regis
Aetherei, viresque dabit, socijsque fauebit.
Nam meritum innocui Benedicti corda fatigat
Numinis assiduè, sanctumq. iuuamen Alumnis
Impetrat, indè vigor fessis, virtusq. redundat.
Crastina Martyribus, terra sub fornice clausis,
Expectata dies fulsit, quæ bella parabat
Militibus Christi rabidus cum ferueret hostis.
Dux iterum famulis: mihi sistite funeris Agmen.
Adfuit vtque Cohors sanie, plagisque referta;
Nondum corda dolor tetigit, tenebrasque fugauit
Obductæ mentis? vitam quæ insania vestram
Perfecat, & longos cogit tolerare dolores?
Hæc nisi sufficiant, dent nec componere sensus;
Addite Tortores noua flagra prioribus; artus
Tundite; neruorum connexa ligamina ferro
Findite; verberibus disiungite viscera membris.
Qualis ab excelso tempestas rumpit Olympo,
Dum nubes obscura diem mortalibus ægris
Arri-

Arripit, & terras crepitanti concutit ictu.
Grando cadit, frangitq. Domus nimio impete tectum,
Arboribus referens miseranda strage ruinam.
Talis erat feritas, qua Miles lora rotabat,
Membra inarans pulsata diu, feralibus ausis.
Insultans ictus excussa grandine, costis
Martyrum, & excrucians, diuulso tergore fibras,
Prodit inhumano spectacula funere Mundo.
Deficit vt virtus, roburque Satellitis: inquit
Dux; iterum Pecudum sub fornice Carceris Agmen
Claudite, in effigiem conuicia donec IESV
Euomat, & sacri Phlegetontis Numen adoret.
Vicerat exoriens superum lux quinta Cacumen,
Phœbus ab Eois & frontem emerserat vndis,
Improba Turba monet cum iussa capessere Regis
Semianimes Diuos, & declinare furores
Iudicis: ast illis alacri sic rettulit ore
Signifer Ausonius: stygijs vos dedita flammis
Agmina perpetuis, nostrarum dogmata legum
Ebibite, & tenebras splendore repellite Christi,
Faucibus eripiet qui vos crudelis Auerni.
Vix ea terga premunt iterum sæuissima flagra.
Tergemini Fratres, chara comitante Sorore
Cæduntur soli; fundunt hic vltima nisus
Robora barbaricæ dextræ, quas vrget Erinnys
Fortius, exacuens animos, geminansq. furorem.
Semineces artus, multo & reuoluta cruore
Membra iacent, & strata necis confinia tangunt.

Tygris

Tygris ibera, videns loris succumbere Fratres,
Pulsata & crebris singultibus ilia; ponit
Instrumenta necis, vitaque perire veretur
Lumina, mox cæsos crudeli funere demi;
Cuncta Duci vt referent, contusa cadauera linquunt.
Talia Rex superum spectabat IESVS ab Arce;
Athletasque suos miseratus: scindite nubes
Felicis Patriæ Iuuenes, famulique beati
Numinis æterni (inquit) tristia littora Zancles
Quærite, Romuleos Fratres, quos impius hostis
Vulneribus cumulauit, dio rore leuate
Ingentes plagas, & membra reuulsa saluti
Reddite; sopitusque vigor florescat in ore,
Vt certare diu valeant, & carpere palmas.
Vix hæc: cum secat Aliger aera, & adstitit Vrbi
Messanæ, qua Classis erat truculenta Manucę.
Nox erat, & somno dederant solatia membris
Militiæ; Fratres, nullo custode tuentur,
Nempè quia exanimes creduntur. Nuncius ergo
Omnipotentis, ait; consurgite, dextra medelam
Ecce Redemptoris prostratis misit Alumnis,
Surgite; propugnare fidem, legesq. Tonantis,
Hoste triumphato, victores Astra petitis,
Lætitiamq. dabunt tormenta doloribus aucta
Protinus attollunt oculos, lucemque tuentur
Cælestis Genij Proceres, faciemq. verendam,
Vulnera nulla rigent, vegetat in corpore vires
Experti meritas, tanto pro munere laudes

Legat,

Legato referunt; qui postquam pauit Egenos
Aetherijs dapibus, superas enauit ad Arces.
Phœbus vt expulsa caligine noctis, Eoum
Flammigeris radijs reserauit, Miles ad Antrum
Euolat, Heroum qua funera strata reliquit,
Obstupet incolumes, & nullo vulnere aratos
Adspiciens Cuneos, quo iudice, fuste peremptos
Autumat; ingrati, (exclamat,) perpendite Diuum
Munera nostrorum; vos corde rependite grates,
Tergite iam fidei tenebras; resipiscite tandem,
Imperioque Ducis collum curuate Manucæ,
Sic felix, faustusque dies præcordia lustret
Cuncta modò vestrum, possitis vt, auspice Auerni
Principe Lucifero, mentis detergere nubes.
At Placidus contrà; nebulas vos pellite cordis
Gens magis æternis Erebi seruata caminis,
Luciferi damnata regis, vbi viuit ab Aula
Exul syderea, cruciatibus actus amaris;
Nos Orbis Rector Christus, pariterque Redemptor,
Eminus aspexit, qui blandæ dona salutis
Attulit, Angelicę releuans medicamine dextrę.
Audijt vtque pios successus Classis iniquæ
Arbiter, accendit scelerato in pectore flammas
Irarum, spumasque vomens, atque ore superbo,
Fulmina contorquens ferientia, detonat: ite
Germanosq. trabi suspendite: flagra, (Ministri)

Ingeminate; pedum loris constringite plantas,
Oribus & picei submittite densa vaporis
Flumina, sic animæ discant parere rebelles.
Continuò exuuijs Christi spoliantur amantes,
Lictores sonitum comitantur voce: negate
Christiadum legem, & Nomen patientis IESV.
Verbera multiplici resonant repetita flagello;
Verba, negate, ictus confundunt iacta: negate;
Littora responsant circum, repetunq. negate.
At Sanctus clamabat Eques: non nostra negamus
Numina, sed vitam generoso corde sacramus.
Tunc magis, atque magis clamoribus æthera pulsat
Impia Turba, negate, rotans fera lora: negate.
Feruidus at Miles Christi, Penetralis & idem
Præsul ait grates tibi reddimus Auctor Olympi
Christe Deus, tali qui nos dignaris honore,
Perciius at rabie Dux: artus caute retunde,
Osque Viri, famuli, voces cohibete prophanas:
Sed Placidus: bone Christe, damus tibi munera laudum:
Pectoribus da robur ait: confunde Tyrannos.
Barbara tunc rabies malesanum pectus acerbat
Iudicis infandi, stimulisque retusus Erinnys
Tartareæ, huc, illuc furiata mente recursans,
Carnificem tandem compellans; forcipe, dixit,
Extrahe radices linguæ petulantis ab ore
Fratris, & effrænas discat compescere voces.
Arripit extemplò scelerum instrumenta Satelles,
Exequiturq. nefas; nam labra recludit hiantis

Gutturis, atq. animi præconem euellit aduncis
Forcipibus manus impia. largo mixta cruore
Suada deserta salit, radicibus ense resectis.
Antra caua apparent socia viduata loquela,
Quę prius irriguę reserabant flumina linguę,
Cordaque replebant summi dulcedine amoris.
Iam feritas vicisse putat; iactatq. Triumphum
Barbaries; i, nunc inimici nomina Christi
Laude fer assidua; ipse tuus tibi reddat ademptam
Rex Christus linguam; tua Numina disce vocare.
Vix hæc protulerat; subitò cum plectra loquelæ
Effingens Placidus (mirum) modulamina vocum
Numinis in laudes iterat, mirante Tyranno:
Vox mea, Christe Deus, cuius Diuina potestas,
Humanos astus, & inexorabile pectus
Viribus eludit, deiectosque erigit ægros;
Sic bone Rector, opem tua profert dextra labanti!
Sæcula cuncta tuum tollant super Æthera Nomen,
Annuit vt precibus Tertulli tota Propago;
Trux Agarenus, ait; loqueris sic? ore rebelli
Temnis adhuc tormenta Ducis? me vincere speras?
Vincar ego? viresque meas calcabit inermis
Captiuus? soluet quod dextra veneficus hostis
Orditur? stygij testor vos Numina Regni,
Hic ni elinguis Homo Regem veneretur Auerni,
Abdala cui obsequitur, cumulans Altaria donis,

Fusti-

Fustibus ossa teram; dabo membra voranda
Molossis:
Eia, Ministri, animum, dextrasque onerate
bacillis,
Tigris & hyrcanæ feritatem, pectore toto
Induite, & sontes diris agitate proteruos
Supplicijs, iterumq. iterumq. lacessite carnes,
Cedite Lenonum sed corpora nuda Sororis
Agminibus; satiet dum quisq. libidinis æstus;
Sit fædæ Veneris scortum; sit præda furentis
Militis; oblectetur ibi vitiosa voluptas.
Sollicitant Cunei mandata facessere; fratrum
Corpora continuò crudeli verbere sulcant.
Ictibus ossa gemunt repetitis; pelle reuulsa,
Apparent nerui, venæque cruore natantes.
At contrà Virgo, Miles cui euulsit amictus,
Claustra pudicitiæ vigili quæ luce tegebant,
Dum traheretur vbi statuit fera Turba Lu-
panar,
Aethera suspiciens, lacrymarũ flumine oborto;
Talibus orauit: Rex ò qui lancibus æquis
Cuncta regis, soliumq. premis super alta Po-
lorum
Culmina, despiciens gemitus, vocesq. labantum;
Aspice queis oppressa Lupis sint Septa Pudoris;
Arietat hæc stimulis infandis Barbarus hostis,
Expugnatq. dolis, & Cypridis arte nefanda;
Innocuam solus tu, Christe, tuebere Sponsam,
Qui potis es cæcas hominum subuertere mentes,
Consiliumq. illarum: destrue praua Procorum
Fœdera, ne effrænata Phalanx; en omnia, dicat,
Vicimus; ecce Pudicitiam vesana Puella
Prosti-

Gutturis, atq. animi præconem euellit aduncis
Forcipibus manus impia. largo mixta cruore
Suada deserta salit, radicibus ense resectis.
Antra caua apparent socia viduata loquela,
Quæ prius irriguę reserabant flumina linguę,
Cordaque replebant summi dulcedine amoris.
Iam feritas vicisse putat; iactatq. Triumphum
Barbaries; i, nunc inimici nomina Christi
Laude fer assidua; ipse tuus tibi reddat ademptam
Rex Christus linguam; tua Numina disce vocare.
Vix hæc protulerat; subitò cum plectra loquelæ
Effingens Placidus (mirum) modulamina vocum
Numinis in laudes iterat, mirante Tyranno:
Vox mea, Christe Deus, cuius Diuina potestas,
manos astus, & inexorabile pectus
ibus eludit, deiectosque erigit ægros;
c bone Rector, opem tua proferet dextra labanti!
Sæcula cuncta tuum tollant super Æthera Nomen,
Annuit vt precibus Tertulli tota Propago;
Trux Agarenus, ait; loqueris sic? ore rebelli
Temnis adhuc tormenta Ducis? me vincere speras?
Vincar ego? viresque meas calcabit inermis
Captiuus? soluet quod dextra veneficus hostis
Orditur? stygij testor vos Numina Regni,
Hic ni elinguis Homo Regem veneretur Auerni,
Abdala cui obsequitur, cumulans Altaria donis,

Iusti-

Fustibus ossa teram; dabo membra voranda Molossis:
Eia, Ministri, animum, dextrasque onerate bacillis,
Tigris & hyrcanæ feritatem pectore toto
Induite, & sontes diris agitate proteruos
Supplicijs, iterumq. iterumq. lacessite carnes,
Cedite Lenonum sed corpora nuda Sororis
Agminibus, satiet dum quisq. libidinis æstus;
Sit fœdæ Veneris scortum; sit præda furentis
Militis; oblectetur ibi vitiosa voluptas.
Sollicitant Cunei mandata facessere; fratrum
Corpora continuò crudeli verbere sulcant.
Ictibus ossa gemunt repetitis; pelle reuulsa,
Apparent nerui, venæque cruore natantes.
At contrà Virgo, Miles cui euulsit amictus,
Claustra pudicitiæ vigili quæ luce tegebant,
Dum traheretur vbi statuit fera Turba I panar,
Aethera suspiciens, lacrymarũ flumine obortis
Talibus orauit: Rex ò qui lancibus æquis
Cuncta regis, soliumq. premis super alta Polorum
Culmina, despiciens gemitus, vocesq. labantum;
Aspice queis oppressa Lupis sint Septa Pudoris;
Arietat hæc stimulis infandis Barbarus hostis,
Expugnatq. dolis, & Cypridis arte nefanda;
Innocuam solus tu, Christe, tuebere Sponsam,
Quipotis es cæcas hominum subuertere mentes,
Consiliumq. illarum: destrue praua Procorum,
Fœdera, ne effrænata Phalanx; en omnia, dicat,
Vicimus; ecce Pudicitiam vesana Puella

Prosti-

Prostituit tandem, thalamis desponsa supremis
Irrita proiecit non verba precantia Virgo ;
Distulit haud vnquam præstare vocantibus aures
Omnipotens , animas dum extrema pericula turbant .
Extemplò ruit atra Cohors , vt iussa facessat
Iudicis , Idaliæ cui Matris flamma medullas
Exussit ; subitus stupor abditus occupat artus ,
Dilaceratque iecur dolor ; intus corporis aret
Succus , & ossa vigor , neruos , palmasque relinquit .
Hic mugire Viros , quos tormina , dente tenaci
Corripiunt audis ; pars more vlulare Luporum
Cernitur ; ast alios stupor alligat ; ora loquelæ
Deseruere , sonos vox interclusa retardat .
I nunc ; disce , Venus , niueum temerare Pudorem .
Nullus in insontem Lenonum præualet astus ;
Innocuas mentes haud deserit Arbiter Orbis .
Obstupuit Iudex cum Virginis auribus hausit
Mirandum facinus ; tacito sub corde fauillas
Irarum reprimens ; cum maiestate resedit
Principis in Solio , captiuamq. antè Catervam
Imperat acciri conspectum : insania nondum
Excidit ex animis ? ceruicem flectite iussis .
Regis , amicitia , inquit , gemmæ , pondus & auri
Præmia erunt iam vestra , Viri , dum vera reformet
Relligio mores animi , ritusque profanos .
Ducere felices annos sit vestra potestas ;

An

An magè tormentis præcordia dura litastis ?
Abijcite ingenij tenebras, nec prodiga vitæ
Munera Christiadum crucifixo pendite Regi;
Qui nequit è nostris vos soluere nexibus vltrò;
Subijcit at Placidus dio stimulatus amore :
Vos potius miseri errores expellite mentis,
Dæmone & euulso, qui vos in Tartara ducet
Ignibus æternis damnandos, Regis Olympi
Nomen adorate, æthereos qui condidit Orbes,
Vnigenamque suum cessit, qui morte redemit
Spontè sua humanum Genus, Orci & Dite subacto,
Victor, sydereos redijt rediuiuus ad Axes,
Venturus Iudex, nostros vt puniat actus.
Barbarus infremuit furiata mente; Megæra
Ceù serpentigeros agitat dum vertice crines,
Luce minax gemina, flammas eructat ab ore
Tænarias, furor immodicus quas voce ministrat,
Irritatque Angues suffusos felle veneni.
Vix aliter sæuit Leo barbarus, ore tonante
Martyre, luminibus succensis sanguine, crines
Erigit, in rabido concrescit gutture virus;
Toxica verba sonant, ceù sibila dira Colubri,
Intentantque necem, ærumnas, cumulumque dolorum.
Suggere tu, Princeps Erebi quid debita poscant
Crimina captiuæ Tubis; tua Numina læsit,
Lucifer, atq. tuum verbis lacerauit honorem;
Obrue sacrilegas iusto tu fulmine Gentes,
Hostiles transfige fibras, inimicaque corda.

Prostituit tandem, thalamis desponsa supremis
Irrita proiecit non verba precantia Virgo;
Distulit haud vnquam præstare vocantibus aures
Omnipotens, animas dum extrema pericula turbant.
Extemplò ruit atra Cohors, vt iussa facessat
Iudicis, Idaliæ cui Matris flamma medullas
Exussit; subitus stupor abditus occupat artus,
Dilaceratque iecur dolor; intus corporis ares
Succus, & ossa vigor, neruos, palmasque relinquit.
Hic mugire Viros, quos tormina, dente tenaci
Corripiunt audis; pars more vlulare Luporum
Cernitur; ast alios stupor alligat; ora loquelæ
Deseruere, sonos vox interclusa retardat.
I nunc; disce, Venus, niueum temerare Pudorem.
Nullus in insontem Lenonum præualet astus:
Innocuas mentes haud deserit Arbiter Orbis.
Obstupuit Iudex cum Virginis auribus hausit
Mirandum facinus; tacito sub corde fauillas
Irarum reprimens; cum maiestate resedit
Principis in Solio, captiuamq. antè Cateruam
Imperat acciri conspectum: insania nondum
Excidit ex animis! ceruicem flectite iussis:
Regis, amicitia, inquit, gemmæ, pondus & auri
Præmia erunt iam vestra, Viri, dum vera reformet
Relligio mores animi, ritusque profanos.
Ducere felices annos sit vestra potestas;

An

An magè tormentis pracordia dura litastis?
Abijcite ingenij tenebras, nec prodiga vitæ
Munera Christiadum crucifixo pendite Regi;
Qui nequit è nostris vos soluere nexibus vltrò;
Subijcit at Placidus dio stimulatus amore:
Vos potius miseri errores expellite mentis,
Dæmone & euulso, qui vos in Tartara ducet
Ignibus æternis damnandos, Regis Olympi
Nomen adorate, æthereosq; qui condidit Orbes,
Vnigenamque suum cessit, qui morte redemit
Spontè sua humanum Genus, Orci & Dite subacto,
Victor, sydereos redijt rediuiuus ad Axes,
Venturus Iudex, nostros vt puniat actus.
Barbarus infremuit furiata mente; Megæra
Ceù serpentigeros agitat dum vertice crines,
Luce minax gemina, flammas eructat ab ore
Tænarias, furor immodicus quas voce ministrat,
Irritatque Angues suffusos felle veneni.
Vix aliter sæuit Leo barbarus, ore tonante
Martyre, luminibus succensis sanguine, crines
Erigit, in rabido concrescit gutture virus;
Toxica verba sonant, ceù sibila dira Colubri,
Intentantque necem, ærumnas, cumulumque dolorum.
Suggere tu, Princeps Erebi quid debita poscant
Crimina captiuæ Pubis; tua Numina læsit,
Lucifer, atq. tuum verbis lacerauit honorem;
Obrue sacrilegas iusto tu fulmine Gentes,
Hostiles transfige fibras, inimicaque corda.

Perf-

Prostituit tandem, thalamis desponsa supremis
Irrita proiecit non verba precantia Virgo;
Distulit haud vnquam præstare vocantibus aures
Omnipotens, animas dum extrema pericula turbant.
Extemplò ruit atra Cohors, vt iussa facessat
Iudicis, Idaliæ cui Matris flamma medullas
Exussit; subitus stupor abditus occupat artus,
Dilaceratque iecur dolor; intus corporis aret
Succus, & ossa vigor, neruos, palmasque relinquit.
Hic mugire Viros, quos tormina, dente tenaci
Corripiunt audis; pars more vlulare Luporum
Cernitur; ast alios stupor alligat; ora loquelæ
Deseruere, sonos vox interclusa retardat.
I nunc; disce, Venus, niueum temerare Pudorem.
Nullus in insontem Lenonum præualet astus:
Innocuas mentes haud deserit Arbiter Orbis.
Obstupuit Iudex cum Virginis auribus hausit
Mirandum facinus; tacito sub corde fauillas
Irarum reprimens; cum maiestate resedit
Principis in Solio, captiuamq. antè Cateruam
Imperat acciri conspectum: insania nondum
Excidit ex animis: ceruicem flectite iussis
Regis, amicitia, inquit, gemmæ, pondus & auri
Præmia erunt iam vestra, Viri, dum vera reformet
Relligio mores animi, ritusque profanos.
Ducere felices annos sit vestra potestas;

An

An magè tormentis præcordia dura litastis?
Abijcite ingenij tenebras, nec prodiga vitæ
Munera Christiadum crucifixo pendite Regi,
Qui nequit è nostris vos soluere nexibus vltrò;
Subijcit at Placidus dio stimulatus amore:
Vos potius miseri errores expellite mentis,
Dæmone & euulso, qui vos in Tartara ducet
Ignibus æternis damnandos, Regis Olympi
Nomen adorate, æthereosq; qui condidit Orbes,
Vnigenamque suum cessit, qui morte redemit
Spontè sua humanum Genus, Orci & Dite subacto,
Victor, sydereos rediȷt rediuiuus ad Axes,
Venturus Iudex, nostros vt puniat actus.
Barbarus infremuit furiata mente; Megæra
Ceù serpentigeros agitat dum vertice crines,
Luce minax gemina, flammas eructat ab ore
Tænarias; furor immodicus quas voce ministrat,
Irritatque Angues suffusos felle veneni.
Vix aliter sæuit Leo barbarus, ore tonante
Martyre, luminibus succensis sanguine, crines
Erigit, in rabido concrescit gutture virus;
Toxica verba sonans, ceù sibila dira Colubri,
Intentantque necem, ærumnas, cumulumque dolorum.
Suggere tu, Princeps Erebi quid debita poscant
Crimina captiuæ Pubis; tua Numina læsit,
Lucifer, atq; tuum verbis lacerauit honorem,
Obrue sacrilegas iusto tu fulmine Gentes,
Hostiles transfige fibras, inimicaque corda.

Prostituit tandem, thalamis desponsa supremis
Irrita proiecit non verba precantia Virgo;
Distulit haud vnquam praestare vocantibus aures
Omnipotens, animas dum extrema pericula turbant.
Extemplò ruit atra Cohors, vt iussa facessat
Iudicis, Idaliae cui Matris flamma medullas
Exussit; subitus stupor abditus occupat artus,
Dilaceratque iecur dolor; intus corporis ares
Succus, & ossa vigor, neruos, palmasque relinquit.
Hic mugire Viros, quos tormina, dente tenaci
Corripiunt audis; pars more vlulare Luporum
Cernitur; ast alios stupor alligat; ora loquelae
Deseruere, sonos vox interclusa retardat.
I nunc; disce, Venus, niueum temerare Pudorem.
Nullus in insontem Lenonum praeualet astus.
Innocuas mentes haud deserit Arbiter Orbis.
Obstupuit Iudex cum Virginis auribus hausit
Mirandum facinus; tacito sub corde fauillas
Irarum reprimens; cum maiestate resedit
Principis in Solio, captiuamq. antè Cateruam
Imperat acciri conspectum: insania nondum
Excidit ex animis! ceruicem flectite iussis
Regis, amicitia, inquit, gemmae, pondus & auri
Praemia erunt iam vestra, Viri, dum vera reformet
Relligio mores animi, ritusque profanos.
Ducere felices annos sit vestra potestas;

An

An magè tormentis præcordia dura litastis?
Abijcite ingenij tenebras, nec prodiga vitæ
Munera Christiadum crucifixo pendite Regi;
Qui nequit è nostris vos soluere nexibus vltrò;
Subijcit at Placidus dio stimulatus amore:
Vos potius miseri errores expellite mentis,
Dæmone & cuulso, qui vos in Tartara duces
Ignibus æternis damnandos, Regis Olympi
Nomen adorate, æthereos qui condidit Orbes,
Vnigenamque suum cessit, qui morte redemit
Spontè sua humanum Genus, Orci & Dite subacto,
Victor, sydereos redijt rediuiuus ad Axes,
Venturus Iudex, nostros vt puniat actus.
Barbarus infremuit furiata mente; Megæra
Ceù serpentigeros agitat dum vertice crines,
Luce minax gemina, flammas eructat ab ore
Tænarias, furor immodicus quas voce ministrat,
Irritatque Angues suffusos felle veneni.
Vix aliter sæuit Leo barbarus, ore tonante
Martyre, luminibus succensis sanguine, crines
Erigit, in rabido concrescit gutture virus;
Toxica verba sonant, ceù sibila dira Colubri,
Intentantque necem, ærumnas, cumulumque dolorum.
Suggere tu, Princeps Erebi quid debita poscant
Crimina captiuæ Vrbis; tua Numina læsit,
Lucifer, atq. tuum verbis lacerauit honorem;
Obrue sacrilegas iusto tu fulmine Gentes,
Hostiles transfige fibras, inimicaque corda.

Persi-

Perfidus hæc postquam Dux fudit percitus æstu
Tartarei Regis, zeloque retusus iniquæ
Relligionis, ait; chalybæo pondere crura
Protere, seu scopuli, Captiuis adde dolorem,
Donec ab insanis erroribus ore recedant.
Accelerat mandata Ducis fera Turba Virorum;
Hic lapidum moles; hic prægrauis Anchora fertur;
Immodicum mox calcat onus sanctæ ossa Cateruæ,
Excrescitq. dolor, premitur dum tibia ferro,
Marmoreo & cumulo; sed adaucto pondere, victrix
Exilit in tantis Procerum Constantia pœnis.
Dum tormenta grauant, quoq. verba, negate, Ministri
Explodunt, feriuntq. Poli conuexa prophanis
Vocibus. At patiens Cuneus pleno ore fatigat
Numen, & auxilium suprema implorat ab Arce.
Aurea sideream præuerterat Orbita Zonam
Titanis, noctem, atq. diem, iam tramite menso
Dessignans; & sæuit atrox vindicta Tyranni.
Postera fax emensa vias quà Signifer ardet,
Lictor adit Caium vasta sub mole sepultum,
Attamen orantem, in laudes atque ora mouentem.
Qualiter æquoreis immobilis hæret in vndis,
Ictibus exesus scopulus, reboante Profundo,
Dum crudescit hiems, & aquas deturpat arenis;
Monti-

Montibus ille licet liquidis petat impete rupem,
Deridet pelagi rabiem, fluctusque proteruos.
Haud aliter patiens Chorus, acta tyrannica vultu
Despicit impauido, deludens Iudicis artes.
Inuictas animas, lapidosaque pectora Classis
Barbara mirata, inquit; cur tam corda rigescunt
Vestra Viri? intus alit num ferrea viscera corpus?
Sanguine mollescunt adamantina saxa, dolore
Cernimus at magis indurescere membra retusa?
Ore negate fidem, Christum, ritusque negate
Christiadum, membris referent tormenta quietem;
Ergò negate Crucem, quæ vos in funere mersit.
Quas fouet auriferis opulentus Iberus arenis
Diuitias; gemmæque iubar quod fulget in Indo
Gurgite; si quid opum regalibus Abdala Gazis
Congerit, id totum vestros traducet honores.
Ergò negate (Viri) Christum; sua dicta negate.
Fortè salutare audetis si spernere factis
Consilium, legesque Ducis, spes irrita tandem
Vitæ erit, atque metet feralis colla securis;
Præda Canum, Volucrumq. cadauera vestra iacebunt,
Indecores, omni exutos & tegmine carnes,
Plebs teret obscænis pedibus, cænoque dicabit.
Christiadum ergò Deum, veniata Caterna, negate.

Hos

Hos inuictus Eques Christi, & caput Agminis, ore
Affatur rigido Placidus : cur nostra, Ministri
Corda minis, donisq. modò, gemmisq. superbis
Flectere tentatis ? non pectora flaua metalli
Pondera subuertunt ; Mundi nec vana supellex ;
Tænarumue dolor; vel saxa prementia crurum
Ossa ; fides Christi nam Cælica præmia spondet ;
Has optamus opes, oculis obducta Virorum
Munera, quæ minuunt nostri tormenta doloris,
Hos Superum Rector Thesauros donat amicis
Christus, & Astra super non marcessibile Regnum ;
At data Luciferi, quæ fortè sequacibus audet
Prodere, mærorem pariunt, gemitusque perennes,
Tænara scimus, vbi horrendam eructare Mephitim ;
Linquite vos, miseri, fallaces Principis Orci
Insidias ; oculos super alta cacumina Cœli
Erigite ; Arx ibi læta nitet promissa fideli
Christiadum populo, qui dicta veretur Olympi
Funera mille pati Superum pro legibus, vnum
Est desiderium ; cunctis est æqua voluntas.
Iustitiæ monitis animo paremus eodem,
Pectus & ingenuum à vero deflectere nescit,
Nec pauet ; in vinclis potis est nã degere liber.
Annuit his dictis Placidi Gens obruta saxis
Immodicis, fideique suæ dat pignora Christo ;
Exoptans maiora pati discrimina primis.
Indigne sed dicta ferens Exercitus ; iras

Exa-

Exacuens, odijque faces, fremit ore maligno.
Non latuere Ducem constantis robora Turbæ,
Immotamque fidem exitiali mente perosus,
Christicolas delere putat, ceruice resecta
Martyrum, & ense silentia Diui imponere verbis.
Namque sedens super alta throni subsellia Index,
Luciferi osores, iugulo mucrone recluso
Imperat occidi; tabulis sententia sculptis
Iam vulgata palam legitur; Dux fulminat ore,
Iudicioque petit sanctos Heroas iniquo.
Carceris en subito Lictor festinat ad Antrum,
Et fatale Ducis decretum, voce sonanti
Intimat, heus, inquit, memorandi fercula lethi;
Plebs seruata neci, dira ferienda securi,
Certa dies venit, qua vestra rebellio pœnas
Accipiet meritas: ingloria membra iacebunt;
Dextera ceruicem ferientis acinacis ictu
Omnibus abscindet; sed fœta cruore Molossi
Corpora discerpent, nullo tumulanda sepulchro.
At Præsul, fratresque simul, captiuaque Turba,
Vltima Martyrij discrimina vt aure bibere,
Mutuo in amplexu grates retulere Tonanti,
Lætitiæ & pleni expectant decerpere palmæ
Munera; tum curuare caput sub falce secandum.
Dux verò Placidus, socios animauit Agonis
Ad subeunda simul certamina; namq. Triumphi

O Expe-

Expectata dies illuxit, quæ Ætheris Aulam
Certanti referet, deuicta fraude Tyranni.
Mox voluens geminas suprema ad sydera luces:
Christe, Poli Regnator (ait) qui mersus acerbo
Funere, nos miseros rapuisti è faucibus Orci,
Aspice vinclorum quos longa volumina ne-
ctunt;
Da robur fidei: da ferre extrema dolorum
Prelia; per meritum Benedicti Patris opimum,
Pugnanti fer opem Cuneo; Victoria finem
Actibus imponat; merces sit certa laboris;
Orbe triumphato, Cœlestis Adorea crines
Vinciat, atque Toris tecum nos redde beatis.
Luciferi contunde femur, fraudemq. Manucæ,
Ne premat innocuos; necis & nos ariete fran-
gat.
Sic quoque sollicitat precibus Chorus omnis
Olympum;
Rettulit vtq. Amen, lætus se accingit Agoni.
Introgressa Cohors vbi Cœlica Turma iacebat,
Membra catenarum, quæ pondere pressa,
mouere
Vix poterat, trahitur crudis stimulata fla-
gellis,
Quà Mare littoreas pacatum lambit arenas
Sæpè fluens, refluensque vndis; ibi colla bi-
penni
Supposuit Placidus pretiosaq. lumina clausit,
Dum pleno ore sacrũ Nomen geminabat; IESV.
Tellus ecce rubet madefacta canalibus atri
Sanguinis, & tepido morientis flumine vultus.
Cum cecidit Placidus, rauci sonuere Profundi
Litto-

Littora; tum lacrymis Patrem comitantur Alumni.
Lictorum mox Turba ferox, vltrice securi
Agminis ora metit; trunci insternuntur arenæ
Purpureis immixta vndis, cœnoque litanda.
Militum abit Cuneus constrata cadauera linquens,
Non tumulanda solo, rabido sed ventre ferarum.
En Ducis exaturata fames: deferbuit ira
Iudicis; innocuo lauit cum sceptra cruore.
Dæmonis has clades astus peperere maligni;
Martyribus more vna fuit nam summa Triumphi.
Mortales cecidere fibræ, Capitolia scandunt
Aetheris astr animæ; de funere vita resurgit.
Intereà superi Regnator, & Arbiter Orbis,
Insignem galea Michaëlem, magna Draconem
Cuius Auernalem transfixit cuspide dextra
Imperat acciri: roseo illum taliter ore
Alloquitur: Cœli qui conteris ense Rebelles
Bellipotens Princeps; victrices aspice mentes,
Gens inimica mihi misera quas morte necauit;
Insere Cœlicolum Cuneis; thalamisque beatis
Inuictum Placidum, Fratres, sociamque Cateruam.
Da requiem fessis; ditentur honore Triumphi;
Occurrat Iuuenum pennata Manus; data palmæ
Offerat Agminibus; superæ Capitolia Rupis
Vincant; æthereæ recreentur munere mensæ.
Conde sepulchrali dissecta cadauera busto,

Obrue barbaricas Puppes, hostiliaque arma
Fluctibus, abde Ducis sub vindice corda Barathro;
Regis adorati tenebrosa viuat in Aula,
Sit comes atq. Dei, totis quem viribus optat.
Signifer extemplò, Aligerum comitante Phalange,
Palmigeræ accurrit Turbæ, thalamũ inq. beatum
Inducit: Iuuenes mulcebant æthera cantu,
Hymnisonisque modis, Placidi, fratrumque canebant
Robora, deuictasque acies, interrita corda.
Prætulit antè animas, pars instrumenta Tyranni,
Mẽbra quibus Tortor, Christi discerpsit amicis.
Angelus anterior conuulsam forcipe linguam
Extulerat Placidi, inuictę argumenta loquelę.
Limina cum tetigere Poli, Chorus omnis Olympi
Instrepit, & socio retegunt sua gaudia plausu.
Lætitia ingenti dilectos excipit Aulæ
Rex superæ Christus, dijsq. amplectitur vlnis.
O mea progenies, magnis seruata Triumphis,
Nominis & nostri tutores, atque Columnæ
Innocuæ Fidei, qua mente tyrannica iussa
Spreuistis, spectator eram; constantia vestri
Roboris elusit crudelis dicta Manucæ,
Luciferumq. suum; merces æterna paratur
Aerumnis modicis; succedunt gaudia pugnæ;
Nunc capite ætheriæ, cessante dolore quietis
Præmia; iam nostris dabitur considere Regnis,
Temnere qui potuistis opes, promissaq. dona,
Mundanumq. decus, repetitaq. vulnera flagris.

Vester

Vester amor, longusque dolor peperere perennes
Delicias, gemmasque Poli, sedesque beatas.
Mox ait: ò Proceres, Aulæ Cælestis Ephebi,
Hæc inter superum instrumenta reposite Gazas,
Aurea serta comis date: tegmina tum aurea membris;
Addite vulneribus radios, velut Astra micantes,
Exhilaretque nitor felicia pectora Cœtus.
Extemplò Michaël Siculas descendit ad oras,
Obseruatque diu, noctuque cadauera Ponti
Littore fusa, Canum fierent ne diva rapina.
At cunctis intenta malis fera Turba; reciso
Agmine Sanctorum, Templum, subuertit, & Ædes;
Diruta namque manent supremo à Culmine Tecta
Barbarici & fiunt sacraria præda furoris.
Subdita verticibus flammarum stat Domus alto
Aggere murorum circundata; decoquit ignis,
Quod labor Artificum, multis voluentibus annis
Improbus ediderat; iam nec fundamina cernes,
Quippè reuulsit humo gens impia; marmora cessit
Fluctibus, vt Claustri surgens obliteret ætas
Nomina, quaue prius Pietas, obliuia regnent.
Vndiq. sæuities, tristisq. triumphat Erynnis;
Vulcanusque ferox Delubra minantia Cœlis;
Mox æquasse solo gaudet, cinerique sacrasse.

Serpere flamma cupit celsi laquearia Templi
Mœnia quà decorant miris variata figuris;
Inseruere caput celsis at nubibus; hinc se
Proripuere minis Flammarum: viribus audent
Nec tentare nefas, fumoq. inuoluere Templa
Inclyta syluicolæ iactantia nomina, summi
Indice qui nouit Genitoris prodere Gnatum.
Quod nequit ira Ducis rapidis torrere caminis,
Polluit immundis pedibus, fœdisque latrinis;
(Infami postquam violauerat omnia scorto)
Plebs inimica Deo, stygijs agitata Ministris.
Iam dare vela parant ventis, & soluere Puppes
Sollicitant Cunei; iam Classica fusa vocabant
Agmina, forsan adhuc diris intenta rapinis,
Cædibus atq. atris, siculos dispersa per agros,
Vndique Vulcanus, sæuo cum Marte triumphat.
Iam paret Ducis Imperijs exercitus omnis;
Iam centena Ratis, stridente reuerberat vndas
Remige, dum Classem fugientia littora linquant.
Non ignara mali tellus Zanclæa lacessit
Numinis ora prece, ingenti contusa pauore,
Discessumque rogat gemitu, votisque solutis.
Barbara Classis, ouans, nimio rubefacta cruore,
Ære rubebat aquæ spumas, fluctusq. notabat;
Iam Ponti medium feralis Turba tenebat;
Carbasa tum ventis laxauerat, Æthere claro,
Lataque Rheginas gressum vertebat ad oras;

Cum

Cum furit extemplò ventorum exercitus ingens,
Incumbensque Mari, latices à sede reuoluit
Ima, veliferumq. nemus mox turbine circum
Vallat, & agglomerans, infringit Classe Carinas.
Impetit hanc Zephyrus; sociam diuerberat Eurus;
Horrifer illam Aquilo quatit; hanc Notus vrget, & vndis
Mergit in æquoreis; confunditur ipse Magister
Puppis & actus opem inclamat, temone relicto.
Barbaricus clamor ferit æthera; Lucifer Orci
Rector & incassum nutanti à Plebe vocatur.
Nulla salus miseris: intentant omnia mortem,
Sidera, Numen, aquæ, tellus, elementaque cuncta
Exigere adproperant sæuo de crimine pœnas.
Ira Poli si serò ferit, grauitate rependit
Sæpè moras. Superum fit ineuitabile fulmen.
Fluctibus errabant hominesq. Ratesq. repulsæ,
Et simul infractæ donec se se ima dehiscant
Gurgitis immensi, & nantes absorbeat æstus.
Sic omnes periere simul, cædisque luere
Innocuæ gentis, demerso Milite, pœnas,
Nullus & ad patrias remeauit Nuntius oras,
Quippè sali rabies, omnes vltricibus vndis
Abstulit, æquoreo tumulauit & Agmina busto.
Sic Pharao pariter Solymææ Gentis amarus
Osor, vt audaci fugientem Milite ponè
Insequitur, plantisque vadi tentare morantis
Æquora sollicitat, medijs in fluctibus haustus

Ebibit immodicos, liquidisq. natabat in aruis
Obrutus extemplò effrænati mole Profundi.
Lucifer interea Pelago demersa Sicano
Agmina, barbaricumque Ducem, cumulauit honore,
Obsequioque pari meritis, & cæde peracta.
Frigore namque Maris correptos igne perenni
Tartarei Penetralis, vbi præcordia adurit
Flamma vorax: ingensq. dolor sinè fine lacessit.
Ast Equites Christi generosa morte reuulsi,
Sidereas tenuere vias, thalamosque beatos,
Omnigenis vbi delitijs mens pascitur omnis;
Ebria namque Dei se lumine proluit Aulæ
Cœlestis, spectatq. bonum, fruiturq. videndo.
Perfida Turba pecus liquidarum pauit aquarum,
Præbuit atq. dapes Scyllæ, toruæq. Charybdi.
Ast extincta Cohors, proprio reuoluta cruore,
Intumulata Lupis, trucibusq. reclusa Molossis,
Intacta emerito Busti cumulatur honore.
Hanc gremio fouit tellus; at inhospita Mater
Debuit esse Viris hircana è rupe recisis.
Nam Gordianus, amor Placidi, custosque fidelis,
Qui nocte aufugiens hostilem euaserat iram,
Visere nec timuit ferrato compede strictos,
Hortarique libens, summo pro Rege dolores,
Vinclaque dura pati, mortemque subire nefandam:
Littore prostratos, & multo sanguine tinctos
Aspexit sanctos Equites, quibus impius ensis
Iam caput abstulerat, colloq. reliquit adactos.

Qua-

Quatuor Ausonios fratres sub fornice Templi
Texit humo; socios bibulæ concessit arenæ
Littoris, ater vbi ceruicem mucro reuulsit.
Hic finis Placidi, Fratrum, sanctæq. Cateruæ,
Cænobijque simul Præsul cui præfuit annos
Quatuor, ingentes referens cum fœnore fructus.

Omnia cedant in Laudem Sanctissimæ Trinitatis, Sancti Patris Nostri Benedicti, discipuliq. eius Placidi, ac Sanctorum omnium Monachorum.

FINIS.

TRIVMPHVS CHISIVS

In Assumptione Sanctissimi D. Nostri ALEXANDRI SEPTIMI decantatus.

TYBRIS.

NEreus huc liquido nutrit quas marmore gazas
Promehat, & rutilas Oceanitis opes.
Indus mittat ebur; Mater Conchilia Doris;
Cedat odoratum terra Sabæa Nemus.
Naiades properate deæ glomerare Pyropos,
Texite Serta noua Præsulis arte comis.
Enibret hic radios adamas; carbunculus ignes,
Vt Patris excelsus sidera vincat Apex.
Addat Alexander cumulatos mente Pyropos;
Ditior est cunctis Romula terra plagis.

In idem.

Germania plaudens.

PLaudite Teutonici colitis qui frigora Rheni
Numina; Danubij quiq bibistis aquas.
Vos quoq. Sarmatici Proceres, victoria Martis,
Quos dextra & virtus euehit ad superos:

Prodite Lætitiæ signum, lituisque, tubisque,
Currat & ad latium Gens Alemana Patrem.
Maximus ille Virum, cuius Prudentia nouit,
Optata nostras pace beare plagas:
Clauiger, ætherei reserat nunc Atria Regni,
Et viduat stygios, voce tonante, Lacus.
Pacifer hic animas sanctè quoq; fædere iungat,
Aurea sic Orbi sæcla dedisse, reor.

In idem.

Senarum plausus.

Cinge triumphali victricia tempora lauro
Sena potens armis, Palladis aucta datis.
Chisiadum Soboles, quā nobile ad Æthera vexit
Germen Alexandri, Romula sceptra regit.
Hic Vaticano posuit sua sidera Cœlo
Stemmatis, inseruit sidereisque Iugis.
Sic benè Senarum Ciuis, dum temperat Astra,
Chisia nunc Rupes alter Olympus erit.

In idem.

Adria.

Exere terrificas audaci pectore vires
Magne Leo, Odrysias vngue retunde Rates.
Te bellante, Poli stabis clementior aura,
Christiadumque Pater Martia signa reget.
Bella pharetratæ paucas ne indicere Genti,
Stat tibi Alexandri nam Cynosura Iubar.

Hoc

Hoc Duce, Treßa cadit nostro obruta Luna Profundo,
Lumine sub tanto deliquiumque probat.

Emblemata in Sanctiss. D. N. Alexandri Papæ Septimi laudem.

EMBLEMA PRIMVM.

Cuius effigies est Sol.

SOl nouus immensa perlustrat lampade Mundum,
Nuper ab Ausonijs exoriente Iugis.
Desinat Eois auratos prodere crines
Phœbus aquis, latiæ Cynthius Vrbis ouat.
Tam mage Chisiadum cedunt Hyperionis ignes,
Soli, quam Lucis sidera cuncta Duci;
Romula nil mirum Cælos si terra triumphat,
Chisiadum tandem nobilitata Face;
Sol cadit occiduis fessus, tumulandus in vndis;
Lux at Alexandri Flamma perennis erit.

EMBLEMA II.

Hercules.

AMphytrioniades lernæo Marte superbus,
Cedat, Alexander, viribus ille tuis.
Alcides stygias iactet spoliasse Cauernas,
Tergeminumque manu persoluisse Canem,
Hor-

Horrida tartarei infringis tu limina Claustri,
Atque animæ superas das penetrare Domos.
Astra, Polumq. humeris rexit Tirynthius Heros;
Quam melius fulcit Chisius Astra vigor!
Ille Axis ceruice, labans dum sidera, firmat;
Hic virtute, solum flectis, & Empyreum.

EMBLEMA III.

Leo.

EXere Romana resides qui Legifer Arce
Robur, quod forti corde Leonis alis.
Comprime Threicij propria virtute Tyranni
Colla, sub Ausonio Principe Luna gemat.
Tela pharetratæ refringe tyrannica Gentis,
Barbaricumque iecur Numinis ense feri.
Sacra catenato vestigia pectore adoret,
Sentiat atque pium, sub feritate Patrem.

EMBLEMA IV.

Atlas Mons.

INferis aërijs ventosa cacumina Regnis
Magnus Atlas superũ roborat atq. Thoros.
Nubibus obductum, Cæli ludibria membris
Sustinet, & magno fœnore portat onus.
Chisiadum sed Atlas succollat Stẽmatis Orbem
Rupe, licet nunquam contemeretur Apex.
Clara

Clara nec algenti fœdantur membra pruina;
Nec feriunt rutilum fulmina torta Iugum.
Quippè Caput super Astra vehit, superatq. vapores,
Chisia sic virtus non tenebrata viret.

EMBLEMA V.

Achilles.

Ardua Cecropidū sternant vt Pergama Puppes,
Inuicti Classis quærit Achillis opem.
Vincat vt Ismaridū audaces Leo Marcius iras,
Christiadum Venetus robur Achillis auet.
Istius auxilio, Thracum temerarius ardor
Occidet, Adriacis semisepultus aquis.
Thessalus ense ferit; sed vulnera sanat eodem;
Ancipiti hic gladio Nex erit, atque salus.
Illius hóstili ceciderunt vulnere plantæ;
Chisiadæ plantas omnis adorat humus.

EMBLEMA VI.

Perseus.

Fama canit vero miscens mendacia mille;
Phorcidis aspectu diriguisse Viros.
Victor Abantiades caput æternitè reuellit,
Toruū Medusææ nec pauens ora deæ.
Fabula venilo quibi modò commentitia fabule
Cedat, Alexandri Fama loquatur opus.
Gorgoneos secuit [illegible] Hæresis Angues,
Indomitum & domuit dextera sacra caput.

EM-

EMBLEMA VII.

Aeneas.

SVstulit Aeneas, flamma populante Penates
Longæuum Patrem, surripuitque focis.
Maior Alexandri pietas: incendia Martis
Extinxit, Natos eripuitque neci,
Fama refer venturi hæc gesta nepotibus æui;
Vt par si pietas, laus vtriusque sonet.
Patria sed pietas crescit dum pignora saluat;
Illa Astræa iubet: præcipit hæc at Amor.

Italiæ Votum.

INclyta terra fui, Mater fæcunda Virorum,
Queis Mars, & Pallas Nomina clara dedit.
Omnibus inferior, sæuis Exercitus armis
Me premit, externi Militis ipsa iocus.
Agmina Cornipedum nimio stridore tubarum
Indigenas terrent, & sata cuncta vorant.
Arbiter Orbis opem nobis fer; vota precantis
Irrita, Alexander, ne cecidisse sinas.
Sint Iuga Chisiadum nostris tutamina Regnis,
Ne Ausonios tentet Mars penetrare sinus.
Quos superire probet si barbarus Hostis, inanes
Redde minas; vincens, victor inermis eris.

De anxia Sanctissimi D. N. Alexandri Septimi sollicitudine in pace procuranda.

Vix Cælestis Atlas triplici Diademate crines
Cinxit, anhelanti & pectore fœdus amat.
Numina sollicitat precibus, repetitaq. fundit
Vota; Deus, Pacis fer mihi pignus, ait.
Audijt Omnipotens summi suspiria Patris,
Contulit & Pacis munere posse frui.
Hinc siluere tubæ; Martem Pax alma fugauit,
Erexitque piæ dextera signa Deæ.
Aurea Alexandro voluuntur Principe sæcla,
Chisiadum felix sidus & omen habet.

De Academico Intronatorum Consessu in laudem ejusdem Sanctissimi Patris congesto.

Spargit Apollineos eum docta Caterua liquores
Et bibit argutos auris amica sales:
Perstrepit Aula; Viri texunt Encomia Cini,
Christiadumque noui gloria Patris ouat.
Pars Generis laudes blandæ modulamine vocis
Exprimit, innumeros carmine tangit Auos.
Euehit egregios alter virtutis honores,
Quos Proauis meritum contulit, atq. decus.
Ille Patris dotes, quas Matris ab vbere suxit
Edicit, quantum fudit ab ore melos.
Emicat hic docilis pariter facundia linguæ;
Et mentis probitas, ingenijque lepor.

Pro-

Prodere pars gaudet Iuuenilis Carmina Musę,
Fundere quæ cuperet Pindarus, atq. Maro.
Explicat hic alter, quales Germania plausus
Edidit, vt cupida pace beauit humum.
Purpurei iactant meriti iam dona Galeri;
Seruauit, vigil vt Pastor Ouile Dei.
Conuentum tandem sed Boninsignius Heros
Franciscus laudis nobilitauit ope.
Nectarea eloquij dulcedine pectora fouit,
Pertentans mira cum grauitate chelym.
Hic solum cecinit; tum sceptra Vicaria Ciuis;
Vt leuet augustum Sena superba caput.
Mater vt Heroum extiterit, virtutis & Altrix,
Et Vaticani gloria rara Throni.
Iactat Alexandri dotes, meritumque pudici
Pectoris, Aonidum quam benè prata colat.
Quam regat ora Charis; quantum Prudentia mores,
Iustitia vt mentem; docta Minerua Caput.
Texuit emerito mox læta Caterua Coronam
Pontifici; Astra canit; Chisia siuè Iuga.
Disparibus modulis, resonat discordia concors,
Orbis vt eximium præcinit esse Patrem.

De Sepulchrali Vrna, quam Beatissimus Pater sibi parari iussit, cum vix solium subijt.

MAgne vices (Rector) sũmi qui Regis Olympi
Iurè tenes, Axem cui reserarę datur:
Mæstitiæ cur Busta paras, vbi sidera frontis,
Luminis amittunt Mortis in Arce decus?

Plebs

Plebs vt io clamat; dum vocibus æthera pulsat;
Exultatque Polus; totus & Orbis ouat;
Lethifero mœrore animum, Pater optime, obumbras,
Et menti obuersat tristis imago Necis?
At tibi cum pateant fallacis gaudia Mundi;
Vt, moriens, viuas, sic benè viuus obis.

In Insignibus Chisijs.

QVę superum conuexa faces pinxere Polorũ,
Motibus assiduis ire, redire parant.
Auroræ thalamos, vt inaurat Lucifer: idem
Tethyos occiduis lumina mergit aquis.
Hinc sic instabili dum se cursuque, recursu
Præcipitant, horror noctis opacat humum.
Chisia perpetuis fulgoribus Astra renident,
Fixa Iugo, occiduis non tumulanda vadis.

De Chisijs Montibus.

TErrigenas bellum Cælo mouisse Gigantes,
Pèlion atque Ossæ supposuisse, ferunt:
At Ionis horrificum contorsit dextera fulmen,
Centimanique ausus contudit igne Ducis.
Scandit Alexander, congestis Montibus Arcem
Cælicolum, & Rupis sidera lambit Apex.
Ignea non illum perterrent tela Tonantis;
Quippè Solum plantis; mente sed Astra colit.

In

In idem. aliud.

CHisiadum Rupes felici Vertice Cælos
Tangit, & Aethereas fronte lacessit opes:
Luminibus vestitur Apex, caligine tersa,
Tergaque proceri nec notat vmbra Iugi.
Namque procellosas potis est dispergere nubes,
Et rutila æternum cernere luce diem.
Lurida si nequeunt hunc lædere nubila Mōtem,
Splendidior cunctis, æmulus Axis erit.

In idem. de Sidere.

TVtior, vt Petri mūdana per æquora Puppis
Iret, & infestum curreret Orbis iter:
Chisiadum ecce datur sacræ Cynosura Carinæ
Sydus, vt hæreseos comprimat, acta, hyemes.
Errorum tenebras radijs fax crine flagellat,
Instabili & fluctu fit stabilita Ratis.

Idem argumentum.

FLuctibus in medijs olim cana Cymbula Petri,
Aequoreis timuit se tumulare Vadis.
Namq. sui alta quies oppresserat ora Magistri,
Hinc nec opem afflictis dextera ferre valet.
Ne trepides nunc, Petre, Ratē non obruet vnda,
Hac face, mundani detumet ira Sali.

In idem. de Montibus.

PLaudite Christiades, summus nam Pastor Ouile
Vt seruet, patrij proteri t arualugi.
Altior, immensi lustrat confinia Regni
Eminus, Eoas, occiduasque plagas.
Grex pius haud timeat rabidorū bella Luporū;
E Monte inspectat Chisius Argus oues.

In Epigraphen Numismatum Sanctiss. D. N. Alexandri Septimi.

Viuo ego, non ego.

TOtus anhelanti dum pectore viuit Olympo
Paulus, viuus adhuc, non tamen ipse sibi.
Namque vt ab insano fecit diuortia Mundo,
Tunc benè Paulus erat, qui modò Saulus erat.
At tunc Irus erat Tarsensis; Crœsus, at Heros
Chisius, vt sibi iam mortuus, alter erat.
Inter opes hinc posse mori, fit gloria maior;
Qui sibi sic moritur, Diues Egenus erit.

In idem, aliud.

VIuit adhuc, nec viuit, ait, sibi Maximus Orbis
Rector, fitq. minor, dum nequit esse minor.
Hinc mage crescit honor, fastū dum proterit Orbis.
Qui sibi sic pereunt, didicere mori.

Ad

Ad Sāctiſſimum Patriarcham BENEDICTVM.

Genethliacon.

INcipe primæuos Nurſini Præſulis ortus
Voluere Calliope; miris ſat luſimus actis.
Beſtiuis ſtipata Choris, Parnaſſide plectro,
Punge lyræ neruos currens exordia cantu
Ingenui Herois, quiuix ſurgentibus annis,
Contulit innocuæ Mundo præſagia vitæ,
Indolis & magnæ, cum ſugeret vbera Matris.
Auſpice te fauſtū modulabor arundine Pignus,
Atque rudi celſas Genitoris carmine cunas
Ipſe canam, tecum miratus Pignoris orſa;
Ingeniumq. Puer primùm, qua luce magiſtra,
Rexerit, vt blandi fugeret contagia luxus,
Florentis vitæ vix dum libauerat hauſtus.
Celſa quidem niueo voluit ſub pectore Ephebus,
Nobilior virtute, Genus quam ſtemmatis alti.
Miles inexpertus membris fera bella tenellis
Excitat, & toto fit formidabilis Orco,
Antra per, & ſcopulos per & auia sētibus apta,
Prima iuuentutis Cæleſti deuouet Aulæ
Germina militiam ſub rupe ſequutus Olympi.
Nec ſinè, credo quidem ſuperis afflatibus, Orbis
Proteruit faſtum, coluitque ſilentia ſyluæ,
Clara Puer fugiens latiæ conſortia Gentis,
Soliuagus cultor nemorū, colubrumq. ferarūq.
Hirſutum tegmen ſarrano prætulit oſtro,

Ar-

Arduus & cupidis retulit diuortia terris,
Impastosque iugi duxit sub fornice luces.
Pupulus,exoriēs,primas vt combibit auras,
Excepit gremio sublimes Gratia vultus,
Ambrosias praebens, expresso lacte, papillas.
Spiritus aetherea mentem delapsus ab Arce,
Edocuit vitare nefas, luxumque fluentem,
Quidquid & ingenio prefert mūdana voluptas.
Maiestas in fronte nitet, lumenque serenum;
Occupat ora pudor sanctus, sectator honesti;
Diuinusque timor vitae pietatis amicus;
Relligioque regit puerili in pectore sceptrum.
Membra sinu refouet Genitrix,lactisq. liquore
Guttura pascit amans, blandissona & oscula figit.
Cynthius haud aliter consurgit Tethyos vndis,
Inualido spargens radios fulgore grauatos:
Oceani Coniux pubentes excipit artus,
Flammea caeruleo confortans ora liquore.
Dumq.Puer tenui splendore reuerberat vndas,
Lustrat inauratis argentea Regna capillis;
Tale decus, pressit sobolis cum membrula, Mater
Rettulit, & geminis circundedit ora lacertis.
Inclyta sed tenuit bina solatia Prolis;
Namq. enixa marem,socia cum Virgine partu
Laeta, gemellipera Prolis gaudebat honore.
Quid Latonigenas iactat longaeua vetustas?
Et pariter Graiae splendentia lumina Ledae?
Contulit Ausoniae seu par quod nomina Romae?
En maiora solo parit ardua Nursa Sabino,
Abdita venturis referans praesagia factis;
Tur-

Turbaq. gratantium Pueri pia fata canebat;
Auspiciys pariter multos felicibus annos
Germinibus niueis vicinia tota precatur.
Aurea vorifero plauserunt sidera risu,
Et triplices longis neuerunt tempora pensis,
Fatiferis fusis glomerantes stamina Parcæ.
Indidit infanti Benedicto nomina Mater,
Abluit vt geminam vitali fonte Sacerdos
Prolem, dura fugans primæ contagia noxæ.
Cum Puer indociles qui transcenderet annos,
Nosceret implexi mens & discrimina veri,
Aetatis permensa vias, quæ crimina nescit,
Arbitriumq. regit, sensus, & fræna gubernat;
Nil puerile mouet tenero sub pectore Ephebus,
Cum morum probitate senes superaret, & æuum.
Quæ non ætatis profert documenta futuræ;
Quæ grauitas vultus? quæ nam facundia linguæ?
Mollis adhuc vultus lanugo haud texerat ostrum,
Crescere cum sensit canos in mente seniles.
Tempora præueniunt mores: natura tremiscit,
Sensit vt insolitas legum transcendere metas.
Magne Puer, non augurium tibi comiger Amon
Præbuit, aut Delphi delusa potentia; Vatum
Nec furor, ore Dei qui carmine sensa reuelant.
Heu stultæ mentes! quam vos Cortina fefellit!
Non Persæ nouere senes; non augur Apollo
Præscius haud Babylon, nec vel Caldæus Aruspex,

Arca-

Arcanos Iuuenis potuere recludere sensus;
Nam Sator Omnipotens surgentia membra regebat,
Et solus superis afflabat pectora donis,
Quæ Astrorum vanis voluit celare Magistris.
Cæpit inardescens vires glomerare iuuentus,
Et festinx, æui properauit vincere fines.
Sed iam tempus adest quo Palladis hauriat artes
Ingenium, studiumq. colat, Sophiæq. labores?
Non hic desidias; Cypriæ non gaudia Matris
Affectat, rigidas Phœbi sed carpere lauros
Ardet, & Agminibus sese copulare Lycei.
Martia laurigeros iactabat Roma Triumphos,
Iam grauida imperijs, Vrbes, Populosq. feroces
Romulidum tumidis seruire coegerat armis.
Iam septemgemino Tybri decesserat ore
Nilus, & Euphrates, ditans & Teutona Rhenus;
Iam Medus; iam diues Arabs; iam vellere Seres
Victorum dextras properant onerare tributis.
Orbe triumphato, Nomen super Aethera ponit
Roma potens armis, & magno robore belli.
Ipsa Theatrales pompas, Capitolia, Thermas,
Pyramidum moles feriunt quæ vertice nubes,
Atria despectas, statuas, magnasq. Columnas,
Miraque Pomonæ viridaria; gaudia Pæsti,
Irrigat imbriferis quę largus Aquarius vndis.
Excipiunt varij fluuialia frigora pontes,
Mole premunt celeres latij quęTybridis vndas.

 Tot

Tot miratur aquæ ductus; tot Tecta superba;
Regalesque vias hospes, testantia luxus;
Saxa animata manu humanas imitantia formas;
Hic Chorus Aonidum, hic carmen modulatur Apollo;
Haud minus armigero colitur cum Marte Minerua,
Atque fori strepitus, & sancti iura Senatus.
Hic & Acidaliæ Matris dominantur Alumni,
Qui pauidum cupiunt semper temerare Pudorem.
Hanc Veneris Sobolem famulatur prona Libido,
Dulce malum tacitis pertentans corda venenis;
Nam Iuuenum fallit cupida dulcedine sensus,
Et cæca miseram obtundit caligine mentem.
Blanda licet vultu, quem læta colore voluptas
Pingit, at horrentes claudunt præcordia spinas,
Fatiferosque sinu gaudet nutrire colubros.
Retibus heu, blandis innectit corda Procorum,
Credula lemniacis circundans colla catenis.
Ducere quot vigiles incautum cogit amantem
Noctes, dum cupidas exurit flamma medullas,
Et cæca voluit Paphios in mente furores?
Robora dum Genitor sensit durescere Gnati,
Iamque viri roseas insignia gignere malas,
Haud mora Romuleas hunc iussit quærere sedes,
Moribus vt Proauos, nec non virtutibus æquet,
Ingenij & pariter pueriles exuat vmbras.

Exe-

Exequitur mandata Patris Benedictus, & ibat
Ardenti accensus claræ virtutis amore.
Corripit vtque viam, Pater hunc amplexibus, æger,
Occupat, & lacrymans, soboli fert oscula eunti.
I, latium metire solum, Regalia Romæ
Mœnia quære, Puer, virtutibus imbue mentem,
Dotibus inque tuis splendor reuirescat Auorum.
I, felix; patrios lustres vt, Gnate, penates,
Adde tuis Proauis clarum virtute Nepotem.
Esto iubar Generis, præcelsi & Nominis hæres,
Sic mea progenies tali quoque prole superba,
Sentiat hoc vno proprios excrescere fastus.
Destitit his circum collo dare brachia dictis,
Et madidis oculis sobolem post terga reliquit.
At Benedictus iter Romæ maturat ad Arcem;
Sedula sed Nutrix carum sequebatur Alumnum,
Et faciles vultus cura seruabat anili;
Noluit hunc, dulci pauit quem nectare lactis
Deserere, at mentem sancta pietate replebat,
Lumine tum Iuuenis mores custode tuetur.
Qualiter, Arge Iouis iussus spectare Iuuencam
Innumeris oculis quosdam in statione tenebas,
Dum pars irrigua laxabat membra quiete:
Hinc benè iussa Dea stellata fronte gerebas,
Perdius, & pernox vitulæ seruator heriis.
Confecere viam tandem, finemque laboris,
Et magnæ fessi tenuere sedilia Romæ.
Obstupuit Iuuenis, totum cum lustrat in Vrbe

Vna Orbem, dum tot miracula luce tuetur.
Atria celsa videt centenis fulta columnis,
Ingentes Portas, Regalia Tecta Quiritum,
Innumeros Plebis Cuneos, gentemq. togatam:
Tunc hilaris, binas erexit ad æthera palmas,
Et tales niueo profudit pectore voces.
O Pater Omnipotens, nutu qui cuncta gubernas,
Et mentes hominum Diuino lumine reples,
Ne subeant stygiæ ignari contagia noxæ;
Dirige me Puerum, Mundi via gressibus aptum;
Ingenio, Rector, Cælestes suffice vires,
Nulla pudicitiæ valeant hic lilia nostræ
Carpere corda, puellaris nec forma veneno
Inficiat blando mentem, pectúsque pudicum.
Da faciles cursus; diros da vincere fluctus
Hic, & Auernales Orci vitare Charybdes.
Sint mandata Patris tacitis infixa medullis,
Atque tuæ pariter sedeant in pectore leges,
Et timor innocuus, nec non reuerentia Diuum.
Talibus assidua Benedictus mente fatigat
Numen, & insomnes curas producere noctes.
Cœperat ingenui iuuenis pubescere vultus,
Aurea quem niuea pingebat Gratia dextra,
Nobile Maiestas & rexerat ore Theatrum,
Atq. in fronte simul Prudentia sceptra gerebat.
Viderat extremum quartæ trieteridis annum,
Et quintæ primas, iam luce tenebat aristas,
Iam Sophiæ summis libauerat orsa labellis;
Illum mirantur Matres, latiæque Puellæ,
Illius obtutu soluunt & iura pudoris,
Sollicitantque toros, deceptæ frontis honore.

Nur-

Nurſius aſt Heros fallaces Cypridis artes
Nouerat, & fraudes maculătis pectora Amoris.
Multa mouens animo, curarum exęſtuat vndis,
Cordis & implexos auget Nox atra tumultus;
Voluitur in partes varias, atq. omnia verſat.
Hinc retrahunt poſitum funeſta pericula greſ-
ſum,
Illinc iuſſa Patris Iuuenis pręcordia torquent,
Conceptuſque dolor, cum amiſſi fleret ocelli
Pignora, labentis tum fulcimenta ſenectæ.
His Pueri ambiguis agitantur pectora curis,
Quas celeri ingenio in partĕ librabat vtramq.
Corde ſed anguſto tandem ſententia ſedit,
Vertere terga Vrbi, & ſe ſe ſubducere damnis,
Neſcius æternas, & ſolus diſcere leges.
Intereà rutilans tenebras Aurora fugarat,
Expellit pigros Titanis & orbita ſomnos,
Segnior haud Heros plumoſa cubilia linquit,
Altricemq. vocat, mox talibus abdita pandit:
O dilecta Parens, quæ nutrimenta dediſti
Prima mihi, cupidis immulgens vbera labris,
Incuſtoditam nec linquis abire iuuentam,
Grataque ſollicitæ confers ſolamina menti;
Nonne vides quantis mergantur corda periclis!
En Venus Auguſtam bacchatur ſæua per Vr-
bem,
Luxurieſque ſimul factis inimica pudicis,
Innumeris armata dolis, præuertere Ciues
Ardet, & inſontes animas detrudere ad orcum.
Credo equidem, nec vana fides, defferre me-
delam
Hiſce fugam damnis, ignotă & quęrere terram.

Id superi inspirant: idem lex sancta pudoris,
Regius id Vates instillat mentibus: inquit:
Aufertur trepidis quoniam via certa salutis,
Iam fugiens, deserta peto, per inhospita tesqua,
Perque domos altas solus diuersor in antris.
Horruit his at Anus diro perculsa dolore,
Horror & algentes exemplò corripit artus;
Fontibus ac rugas lacrymarum lauit aniles,
Nec dare verba va'et, siccis vox faucibus hæsit.
Singultus inter, pluuialique imbre genarum
Reddidit hæc Nato tandem, licet ore tremen̄ti:
O mea labentis, Proles, spes vna Senectæ,
Solamen cordis, vita mihi gratior ipsa;
Te per canitiem hanc, per dulcia pabula lactis,
Sique labor meruit blandæ prolis amorem,
Pelle, Puer, niueo crudas de pectore curas,
Consilijs caræ mentem submitte Parentis,
Ingeniumque cole, audax, nullo parce labori;
Magnorum Proauum ingens gloria pectora firmet,
Hos imitare, Puer; cunctis celebrabere terris;
Nam virtutis honor, titulis decoratus auitis,
Nomina, ceu iubar, innumeris splendoribus implet.
Quod si amor æthereus iuuenilia corda remordet,
Terret inexpertem si inimica pudoris Alumnum
Diua Paphi, luxusq. frequens, & sęua libido,
Illorum non cogit amor, sed pene volentes
Allicit, incautis pedicas, & retia tendens;
At renuente animo, delusa potentia cedet
Matris Acidaliæ, confusaque gloria luxus,

Au-

Auxilium trepidis demittit dextra Tonantis,
Nec sinit orantes collum supponere Diti:
Vtere sorte, Puer, generosa Propago Quiritum
Heroum, claris Generis seruata Trophæis,
Stemmata ne macules Genitoris sorte fugaci,
Vanescatq. facis primum vix splendor obortus.
Quod si nulla mouent animum; sed viscera Patris
Sistere cuncta valent, vetitas & pellere curas.
Qui si viuit adhuc, & lucis protrahit auram,
Per te chare Puer, longæuos sustinet artus,
Nobiliora putans exordia cernere Prolis;
Sæpius & reditus suspirat tempora nostri.
Auia si peteres, & spes eliderct ægri
Corda senis, mæror cursus abrumperet æui;
Labentesque dolor sensim consumeret artus,
Audirentque lares inconsolabile carmen.
Haud tamen Herois cessit singultibus ardor
Fæmineis; hæsit, qualis marpesia rupes,
Fluctibus vt pelagi rabidisq. fragoribus artus
Opponit validos, resonantia murmura spernens,
Iratos fluctus; & verbera dura retundit.
Sic Iuuenis Sapiens, Altricis vocibus aures
Occludens, lacrymas, speciosaq. verba repellit.
Finijt vtque Parens; contrà sic infit Alumnus.
Quis potis est, inter Mundi discrimina mille,
Mille dolis actus, mentem iactare pudicam?
Quid iuuat haud dubijs animam obiectare periclis?
Namque perire cupit, qui sic tentare ruinam
Ipsius exoptat, se seque immergere flammis
Iudicis æterni: sic Pneuma sacrum edocet; atq.

Pagina supremi relegens documenta Parentis.
Mentitus inspirant hęc Diuum flamina nostris,
Vt maiora sequi iubeant vestigia, spretis
Saecli diuitijs, irritamenta malorum.
Parce, precor Mater, lacrymasque absterge fluentes;
Per iuga, per valles fugiens secreta requiram
Limina, despiciens, quamuis inglorius Vrbem,
Vt superis mens ipsa vacet sine fomite, Tectis.
Numine namque duce, incipiam noua militis ausa:
Aetherei, nostram cum vis ferat enthea mentem,
Diriget Ales iter, cuius custodia mores
Insinuat rectos, callemque ostendit Olympi.
Si dare terga Arci Romanae corde repostum
Iam manet, ò mea lux, veniam vestigia seruans;
Per iuga cuncta comes Nutrix tibi fida manebit,
In gelido quamuis decrescant corpore vires.
Annuit his dictis Heros, Vrbemque reliquit,
Romulidumq. lares, luxus, patriosq. Curules,
Palladias artes ausus contemnere, prudens;
Ignarus didicit meliorem quaerere sortem.

In

In solemni Translatione Corporis S. Geruasij, nec non insignium Reliquiarum Sanctorum Cosmi, & Eugenij Martyrum à Monachis Sãctæ Mariæ de Monte propè Cæsenam, sub auspicijs Reuerendissimi Patris D. Cæsarei Funetti Abbatis Congregationis Cassinensis illius Monasterij tunc Moderatoris exhibita.

EMBLEMATA.

Emblema Primum cuius figura est Iris.

IMbrifero virgata sinu Thaumantias, Vrbis
Ciuibus, en Pacis prospera signa refert.
Iam nouus Iris ouat Cæsenæ in Colle Mariæ,
Puniceo vt radiat murice Sancta Cohors.
Namq. probata fides, constantia, robur & oris,
Cælica Sanctorum Tela fuere Ducum.
His peperere imbres, sacro rorante cruore,
Signaruntque Poli detonuisse minas.
Bellonæ flammas, Libitinæ temnat & iras
Sena, piæ Genti conferet Iris opem.

EMBLEMA II.

Atlas.

Astra levant, valido ni immensa volumina dorso,
Sublato Cælum pondere, liberi Atlas.
Christiadum sic Sancta fides, latrante Tyranno,
Tergemino Diuum robore culta, viret.
Dumq. neci obyciunt, victo certamine, Corpus,
Vt sine; Relligio sanguine fulta viget.

EMBLEMA III.

Tres Rosæ.

Hic Ierichuntis opes, triplici quæ Germine florent,
Geruasius, Cosmas, Eugeniusque ferunt.
Sunt hæ sanguineo maculatæ murice Diuum;
Has temerare Venus puncta, cruore nequit.
Cespes hic ætherei exhilarat Viridaria Olympi;
Dum superum vitæ fila perennat ager.
Non rabidi flores timuere Satellitis æstus;
Vivere dant, vitam dum secuere manus.

EMBLEMA IV.

Sidera tria.

CEcropidum Maior, Tyrias Minor Vrsa Carinas
Dirigit; Astra tibi sunt tria, Sena, faces.
Tutius hinc poteris mũdanũ innare per Æquor,
Et fugere infernum iam sine fraude Vadum.
Nunc benè sidereum tentas contingere Portum,
Ne paueas; triplex te Cynosura regit.

EMBLEMA V.

Lapis Lydius.

LYdia sit Cautes si terque, quaterq. metallo
Dalmatico, Artifici scit dare trita fidem.
Sic quoq. Carnificũ, triplicis dũ Martyris artus
Dextra terit, solidant experimenta fidem.
Stat benè Relligio fundamine fixa fideli;
Vtque diù viuat, dat tolerare necem.

EMBLEMA VI.

Laurus.

FVlmine mortales, vt apertus terret Olympus,
Eludit superas Laurus honora faces.

 Dum

Dum reboant iræ, furialiaq. arma Tyranni,
Martyribusq. necem mẽbra reuulsa parant.
Instar Apollinei derident verbera Lauri
Carnificis; Lethum vita perennis erat.

EMBLEMA VII.

Cypressus.

D*Isparibus ramis crescens super alta Sionis*
Culmina Cypressus, cominus Astra ferit.
Sic pariter Proceres in Cælite Rupe Mariæ
Tergemini ignotum Nomen ad Astra ferunt.
Sanguine vicerũnt effuso compita Olympi,
Deiectique solo, tunc tetigere Polum.

EMBLEMA VIII.

Coralium.

G*Orgoneis oculis inuisa Corallia, viso*
Ore Medusæo sic rubuisse ferunt.
Iudicis, Heroes, sæuique Satellitis iram
Experti, tinxit membra resecta cruor.
Indurata fides hilares mox attulit Annos,
Sicque mori Diuis, viuere posse dedit.

EM-

EMBLEMA IX.

Adamas.

Tunditur immodicis Adamas si fortè Magi-
Ictibus, obsistens, despicit artis opus. (stri
Sic feris ut Tortor, repetitis ictibus, artus
Martyris, irritas verbera Dius amor.
Nam vires agitata magis Constantia adauget,
Inque nece, æternas abdit Olympiadas.

EMBLEMA X.

Tres Palmæ.

Palma triūphanti fert signa perennia dextræ,
Hoc vincenti Equiti gignit Arena datum.
Munerat Heroum triplex certamina Palma,
Tergeminos Orbis quidomuere Duces;
Nempè Erebi Regem, Mūdum, Fideiq. rebellem;
Martyribusque fuit sic periisse salus.

Parænesis

Ad Populum Cæsenatensem.

Curritæ qui memores colitis Rubiconis arenas;
Quique Sapis pariter, fundite corde preces.
Hic,

Hic, vbi Virgineæ surgunt Delubra Parentis,
Exhibet Vrna Equitum Funeris ossa trium.
Vrbs fuit inspectrix certaminis, Axis ad Arces,
Sanguine perfuso, dum remeare datur.
Nunc Mariæ meritos Tarpeiæ Rupis honores
Templa ferunt Diuis; Pignora thure calent.
Debita Martyribus sūt præmia, quę ora precātū
Supplice tergeminis voce dedere Viris. (crebrū
Fundite nunc gemitus lacrymarum; voxe Sepul-
Feruidus innocuæ Plebis inundet amor.
Cælicolum Conclaue tenent; Regemq. tuentur
Horum animæ, Senæ despiciuntquè solum.
Muneribus cumulare ardēt, hominesq. Nurusq.
Hic, prece Virgineus si veneretur Apex.
Hi tibi, Sena, ferunt æternæ fœdera Pacis,
Nec vehet hic Martis tristia bella Soror.
Non Libitina piam Letho populabitur Vrbem,
Nec metet immiti corpora Parca manu.
Flaua Ceres glebas aureis onerabit aristis,
Inque satis viridis luxuriabit ager.
Ossa vocant Ciues tacito licet abdita Busto,
Quæ melius possunt & sinè voce loqui.
Irrita Plebis erunt non tota mente rogantis
Vota, sed extemplò sentiet Æger opem.
Vtere sorte data; noua sidera pronus adora
Accola Cæsenæ; sunt Cynosura tibi.
Nunc secura tuæ mentis per Cærula Mundi
Puppis eat; Diuūm flamma recludet iter.
Mugiat Orcus, auernali te mergere Ponto
Autumet, auxilium proferet Vrna tibi.
E tenebris lux ecce micat, quæ nubila tergit,
Et lætam pariunt squallida Busta diem.

De

De Sanctorum Martyrum Armis quibus Victores extiterunt.

Epigr.

MAgnanimi Heroes; Cosmas, cum Geruaso, & illis
Eugenius meriti, Martyrijque comes.
Perfidi vt infringant hostilia tela Tyranni,
Tergeminis armis conseruere manus.
Loricam Pietas; Patientia præbuit Ensem;
Dat capiti galeam, non temeranda Fides.
Iā cruor vndat humū, crudescūt vulnere pugnę;
Christi Equites palmas eripuere nece.

Sancti Martyres, dum illorum Reliquiæ ad S. Mariæ Templum asportantur sic Virginem interpellant.

O Quæ stelligero super Axem incedis amictu,
Irradiasque tuo, Virgo, nitore Polum.
In Fidei obsequium, dedimus quę corpora ferro,
Hæc tua supremo replet honore Domus.
Qui cinis hærebat latijs inglorius agris,
In Dominæ erexit splendida Basilica Lari.
Sint licet obscuris iterū tumulanda Sepulchris,
Sol Mariæ in tenebris scit remouare diem.

Martyribus sic Beatissima Virgo Maria respondet.

Progenies, ò cõpos opum, Omnipotẽtis & Aulę,
Sanguine cui licuit condecorare Fidem.
Ite per Æmiliæ Calles, ibi Busta parentur,
Nursia vbi Soboles Atria nostra colit.
Hic vester reuirescet honos, pugnæq. Triũphus,
Surget & è vestris fama sepulta Rogis.
Gloria ibi inuicti Certaminis Astra lacesset,
Sint imo quamuis Ossa reposta solo.

De solemni apparatu à Monachis Casinatibus exhibito in Translatione Sacrorum Pignorum.

Felices animæ, recreat quas nectar Olympi,
E pugna ad Patriam cum remeare datur.
Cernite quã memoret rediuiua Trophæa Casini
Progenies; Bustum qua pietate vehat.
Festiuæ mulcent, iteratis plausibus aurem
Voces, hymnisoni dum sonuere modi.
Virgineos ornant argentea Vasa Penates,
Mœnia Arachneo tecta labore vides.
Atria Apellæis surgent onerata figuris,
Insternuntque sacros Belgica texta lares.
Claustrorum paries miro rubet ebrius ostro,
Seriadumque manu vellera tracta domas.

Atra

Ara Theatrali fulget lunata figura,
Aligerùm blandis consociata modis.
Nam cantu Iuuenes comitantur Pignora Diuû
Procedens Loculos cum sacra Turba vehit.
Mausclaea situs squallore repleta, renident,
Martyrû & elinguis Pompa, Trophaea canit.

Ad Sanctos Martyres

Hymnus.

Regis aeterni Proceres beati:
Aeneae canae fidei columnae:
Supplicis Senae Populi precantis
sumite vota.
Iam satis Tybris decorastis oras,
Quà Patri vitam superum litastis;
Sacra sint nostris radius salutis
Pignora terris.
Martyrum Ciui meritum medelam
Impetret, trino rogitante Caetu
Calitùm Regem, gemitu piorum
praestet vt aures.
Alma Pax nostras remeans ad Vrbes,
Martis horrendam rabiem retundat;
Non lues fibras; nec orexis Aegri
terriset ora.
Febris obductas cruciet medullas;
Corpori insultet Stygius Satelles;
Porrigent membris Equites Tonantis
Pharmaca vitae.

O In-

O Iugum felix, Patriæque splendor,
Dona quod summi glomerat satoris!
Hic Parens Christi sociata Diuis
Munera spargit.
Sit decus Patri, pariterque Nato
Gloria æqueuo Genitori, Olympum
Qui simul torquent, operante secum
Pneumate sancto, Amen.

Ad Reuerendissimum P. D. Cæsareum Funettum, sub cuius auspicijs solemnis SS. Martyrum Translatio peracta fuit.

Epigr. I.

Auspice te, Præsul, Gazæ reserantur Olympi,
Dum Mariæ sacro Pignore crescit Apex.
In lia præstet ebur; doneant sua vellera Seres;
Terra Sabæa crocum; cedat Iberus opes;
Non æquare valent sancti Donaria Fusti,
Quæ, Funette tibi, Romula terra dedit.
Crescit honos Templi; clamor ferit æthera vocis,
Ingeminat laudes, & pietatis opus.
Murmur erat varium Populorum, voce sed vna
Sollicitant verum te vocitare Patrem.

De

De celebri B.V. Mariæ Templi restauratione, quod ingens terræ motus deturpauerat, ac in partes deiecerat, ab eodem Præsule facta.

Epigr. II.

ATria terrifico Matris perculsa tremore
Telluris, sordent semisepulta situ.
Nam gemini cecidere Arcus, compage soluta,
Murorum, rimis & Domus omnis hiat.
Cæsarens subitò reddit sacra Tecta decori,
Artificum instaurās diruta membra manu.
Mox picturatis iterum Lacqueate figuris
Ridet, & insolitum Machina turget opus.
Detrectabat onus tellus hac mole grauata,
At delusit humum Præsulis ingenium.

De Pauimento Ecclesiæ ab eodem, pario Lapide extructo.

Epigr. III.

DElubri confusa rigent Asarota figura,
Et celeri præbent impedimenta pedi.
At longè excisi properant ad Limina montes,
Phidiaca assiduus, quos labor arte dolat.

Eruta

Eruta nobilibus mirantur marmora venis,
Quæ terit accedens visere Templa Nurus.
Surgit opus, præstatque piæ solatia Genti;
Emollit durus fervida corda lapis.
Pyramidum cedant monumenta; Theatra Quiritum;
Cæsarei Pietas, stat solidata Polo.

In Laudem Serenissimi Cosmi Magni Hetruriæ Principis cum primò Equum Pisis conscendit.

Carmen.

FOrtè Senex viridi requiescens Arnus in Antro,
Defessos vitreis refovere cubilibus artus
Ardebat fusis tandem fluuialibus Vrnis:
Garrula percurrens celeri cum Fama volatu,
Muscosum tenuit cani Penetrale Parentis,
Lætaque laurigeræ reclusit gaudia Pompæ:
Scilicet vt primos excesserit, vnica Regni
Hetrusci spes, iam Populis lætantibus, annos.
Qualiter in gestis species reuirescat Auorum,
Cornipedumque petat duris frænare lupatis,
Et premere æratis validos calcaribus armos.
Hinc decreta dies, mandato vrgente Parentis,
Dextera cum primùm quateret iuuenilia habenas
Principis, & Martes imitari robore Hetruscos
Proderet, vt Regum vero de stipite creti.

Amnis

Amnis arundinea cingens tunc tẽpora fronde,
Allenat innumeris oneratum pondus ab annis
Membrorum, capitisq. niues, mentiq. pruinas;
Namque puellarum circumstat Turba Parentem,
Quã fluuialis alit gelido sub marmore lympha.
Pectine pars apto discriminat imbre madentem
Cęsariem; geminũ tum frontis arundine cornu.
Praetexit; tegumenq. parat, quod fibula circum
Subnectit pectus, glaucosq. remordet amictus.
Naiadum sed syrma Chorus tenet: altera suras
Vincit, & auratis soleis vestigia firmat.
Verberat vna Chelyn; modulatur carmina voce
Sed soror, exhilaratq. Senis praecordiã cantu,
Fluwineumq. vehit robur patriumq. vigorem.
Interea Numen Regalia Tecta relinquit,
Lutea cum bigis Aurora peverrat in agris
Aetheris & fuluo rutilat fulgentior auro,
Nunciat atque diem penitus caligine tersa.
Arnus at Eois defigens lumina regnis:
Da geminos Rector, qui alterna Luce gubernas
Omnia, siuè cadas pergens inuisere terras
Occiduas; iterùmque plagis recludere nostris
Laetitiae radios, optataque gaudia Mundi:
Siuè celer geminos perfundis Luce Triones,
Dum duodena Poli acceleras percurrere signa
Axis, inhexausto nisu, properante Quadriga:
Aer (ait) tenebris niteat per inane fugatis,
Donet vt alma Dies Tuscis spectacula Regnis,
Anxia ne cupidis fraudentur lumina votis,
Vt noua Progenies Regalibus apta Coronis,
Edomet Alipedis tergum, spumantiaque ora
Fre-

Frenet, & indomitam cervicem subdere discat.
Annuit oranti Phœbus; radiorum verbere nubes
Corripit, ignigera currus & luce serenat
Aëra, sidereasq. plagas, vastumq. Profundum.
Vrget Equos Astrorum Princeps, & subit Axis
Iam medium, Cæli maiori parte relicta.
Expectata dies populorum traxerat Agmen,
Cinxerat atq. vias, Iuuenumq. Senumq. corona,
Fœmineusque Chorus Pompam speculatur ab alto;
Ad tegulas Plebis confugerat infima turba.
Atria purpureis fulgent adoperta tapetis,
More theatrali, solemque nitore lacessunt.
Extemplò Sonipes mandens phaleratus habenas
Apparet, quatiens ferratis compita plantis.
Impatiensque nequit gressus firmare; sed ignes
Naribus efflando, tactus, virgamq. magistri
Despicit, & diris impellit calcibus Euros.
Mox procedit Eques Regali fronte decorus,
Et Puer, ecce tamen fit maiestate verendus.
Purpura vestitebur vultus; accendit & oris
Coralium fulgore genas, geminumq. labellum.
Aurea Cæsaries humeros, collumq. flagellat;
Lumina bina micant in fronte imitantia Cæli
Sydera, blandus honos, & compta modestia gressus,
Subdita corda rapit; communem & Gentis amorem
Conciliat, mira dulcedine pectora mulcet.
Viuat io, Populus concordi fœdere clamat,
Hæret in aspectu Regalis Pignoris, ardens
Cer-

Cernere; quod cupidus defixo Lumine lustrat.
Illius at Procerum vestigia ponè sequuntur
Agmina, multigenis Iuuenum comitata Cateruis;
Quas facies, habitusque decor, tum verticis aurum
Tali reddit Hero dignos, aptosque triumpho.
Senìit adesse Equitem Sonipes, & sistere gressus
Impatiens nescit, curua ceruice iubasque
Ventilat, & flammas patulis è naribus efflat.
Ast Eques Augustus dextra compressit habenas,
Cornip disq. citus super ardua terga, iuuante
Principe membra locat, ferrata & calce retundit
Insolitos motus; hic pares Herilibus ausis,
Et patitur pondus; tanto Sessore superbus,
Torquet inundantem caudam, phalerisque repulsis,
Auratas contemnit opes, pretiosaque Tergi
Vellera, sollicitus iussis seruire Regentis.
Qualiter Aonios cum visere pulcer Apollo
Descendit Latices, Pernassi septus Alumnis,
Pieridumque Choris, crines ostentat ouanter,
Pulchrior & cunctis splendenti fronte serenat
Astantes animos, cantu resonantibus vndis:
Sic Procerum numerosa Manus, dum Regis Hetrusci
Inseruit Gnato, Populi plaudente Phalange,
Læta triumphantis miratur robora Cosmi,
Magnanimum pectus, crescentis & orsa Iuuentæ.
Egregiam niuei, pars formam iactat Ephebi,
Quàm

Quam sciat Augustos sapiens componere vultus;
Vt virtus in mente latens, ratione magistra
Ora regat, canum retegens in fronte pudorem.
Principis ingenium vt rectè spatietur in hortis
Palladis, & placidos societ Clementia mores;
Qualis, vt Hetrusci sceptrum moderabitur Orbis,
Quàm felix Populus tanto sub Principe viuet.
Arnus at è tumidis speculatus gaudia Ripis,
Altior imbriferis sociat solennia lymphis
Acta Equitis, propriosque vomit iactantior imbres.
Mox hæc voce mouet: salue telluris Hetruscæ
Prima salus, Magni spes vnica Ferdinandi,
Inclyta imago Patris, proauitæ gloria famæ;
Te nascente, virent Tyrrheni Lilia Regni,
Et Tuscæ Charites patrios tetigere Penates.
Abdidit auratæ fulgentia cornua frontis
Cynthia Threicij Regis quæ præsidet aruis,
Regia cum Genitrix tibi præbuit vbera, vitæ
Limine sub primo, posito iam pondere ventris,
Non ignara mali Tyrrhenis abdidit vndis
Cornigerum caput, Odrysij præsagia damni.
Instabiles queq. trahunt vitalia pensa Sorores,
Aurea Nestoreis æquarunt stamina sæclis
Iam tua, Magne Heros, nullam subitura ruinam.
Cyllarus ipse libens celeres tibi subderet armos,
Inque tuis spreto spumaret Castore frænis.
Aërias volucer præberet Pegasus alas,
Bellorophontæis renuens parere Lupatis.
Nereidum docilis præsepibus auctus Arion,

Colla

Colla magisterio Regalis cedere dextræ
Ardet, amans Hetrusco se curuare sub Orbe.
Aspicit Auroræ cum te prænuncius Aethon,
Arduus errantes hinnitu territat ignes;
Luciferumque vocat, Dominæ seruire perosus;
Gemmigeros Cosmi morderet vt ore lupatos.
Te Bellona cupit Fratrem, Mauorte repulso,
Flectere Cornipedis valido cum lora lacerto,
Et glomerare gradus, dextraue retundere cursus
Inspicit, aut flexo vestigia vertere gyro.
I, felix Princeps; patriȷ Moderator vt Orbis
Ipse eris, Hetruscos Atauum renouare Triumphos
Cura, laborq. tuus sit; Lunigerumq. furores
Comprime, Tyrrhenis Victoria regnet in vndis,
Barbarico Æquoreos suffundens sanguine fluctus.
His dictis, Arnus seruilibus occulit vndis
Longæuos artus, atq. Antra ingentia quærens,
Inseruit iam membra thoris, viridiq. grabato
Tellus, inhexaustos humores reprimit Vrnæ.

In Equum eiusdem Serenissimi Principis.

Epigr. I.

Astriger Axis Atlas, fertur, cum subdit Olympo;
Terga, sub immensis ingemuisse Globis.

 Orbi-

Orbibus vt senis Hetrusci Principis, armos
Supposuit Sonipes, non tamen ore gemit.
Non sudor phaleras; non moles terga recurvat;
Sub Tusco sed adhuc pondere gliscit Equus.
Auxiliatricis sentit nam robora dextræ,
Alcidis validas, & probat esse manus.

Ad eundem Serenissimum Principem.

Iudicium Martis.

CVm rigidis Cosmus perstringeret ora lupatis,
Et femur armisoni sollicitaret Equi.
Hetrusci Mauors dextram miratus Achillis,
Vulcani extemplò feruere iussit opus.
Nunc iuuat ignis (ait) flammas, vrente camino
Voluere, Tyrrheno cudere & arma Duci.
Insistant operi Steropes, cum Bronte Pyracmon,
Et Lipares crebris ictibus Antra crepent.
Conterat hostiles Cuneos, fluat vnda cruore
Illita barbarico; Thracia Luna cadat.
Diriget orsa ardor; mentis Prudentia sensus;
Hostes inter, eris tutus ab insidijs.

Naiadum acclamatio.

VIue diu felix Hetrusci gloria Regni, (ri.
Nympharũ clamant, quos alit vnda, Cho-

Qua-

Quadrupedantis Equi dorsum submittere iussit,
Disce, Puer, simules martius ardor Auos.
Regales premat immortalis Adorea crines,
Videris antè pedem cum cecidisse Duces,
Aurea multiplici reuirescant Lilia prole,
Vnus & in senis Orbibus Orbis eues.

In laudem Eminentissimi, & Reuerendissimi Principis VOLVMNII Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalis BANDINELLI, cum Æmiliæ Legatus Monasterium S. Mariæ de Monte propè Cæsenam inuisit.

Carmen.

Romulea nuper Phœbus qui fulsit in Aula,
Iã, Cesena, tuas rutilo pede proterit oras,
Præsulis illustrans aduentu culmina Mauri,
Monticolæ cupidus miracula visere Matris.
Gaude, terra ferax, quam nobile nectar Iacchi
Ditat, & alma Ceres, Pomonaq; frugibus aureis.
Quod latijs fleuit senior Tiberinus arenis,
Deseruit dominam cum Bandinellius Vrbem,
Tu fruere, inuideat quãuis tua gaudia Roma.

Læta Cohors Dryadum placidis immixta Napæis,
Festiuas ducant per florida rura Choreas.
Huc Heliconiadum properent simul Agmina, cantu;
Carminibusq. nouis Volumni nomina iactent.
Quin Deus aurato pellit, qui pectine chordas,
Dirigat audaces tunsa testudine voces.
Tractat hic Astreæ lances, & Iudicis ensem
Vt Numa; non illi veterum prudentia vincit.
Moribus vt facilis; tamen haud grauitate Catonis
Triste supercilium imperterritus inuidet Heros,
Plectere si iubeant leges malè facta Reorum.
Fascibus insignis seriem despectat Auorum,
Quos meriti splendor sacri deuexit ad Arcem
Imperij, geminum nutu quod temperat orbem.
Dinumerat Trabeas, titulosq. Ducesq. Tiaras,
Innumerosque Patres, laudatæ gloria stirpis.
Suspirat iam Sena suum gemebunda Clientem,
Sena parit superi quæ sceptra Vicaria Regis.
Haud minus Arnus vbi Florentem intersecat Vrbem,
Sustinet & dorso varij curuamina Pontis,
Altorem Magni fluuiali murmure Ephebi
Fleuit; & Amnis aquas mæstus conclusit in vrnis.
Moribus instructus Magnus crescebat Alumnus
Hoc duce; Maiestas, pietasq. in mente tenella
Gliscebant Pueri, prima surgente iuuenta.
Dicta profunda Sophûm prudentis ab vbere suxit
Volumni: superasset Auos licet ipse futurus,

Ter-

Tertius Hetrusc æ Cosmus Regnator arenæ.
Fixerat in Iuuenis Clementia pectore sedem,
Quam facundo Bandinellius ore serebat,
Decoquere edocuit flagrantes corda fauillas,
Mitius vt valeat rigidos componere vultus,
Quos furor, & rabies, Generisque superbia mentis
Suggerit, vt primum Princeps pubescit in æuũ.
Quam iuuet exemplo populos totamq. Cohortem
Instruere, indictæ pariter se subdere legi.
Principis acta suæ fiunt nam regula genti.
Religio quantum Regali in fronte renidet.
Hæc monita Altoris iuuenilia corda bibebant
Mediceæ sobolis, Tusci spes vnica Regni.
Haud aliter Chiron mentem direxit Achillis,
Semina virtutum tenera sub mente recondens;
Seu spumantis equi doceat frænare lupatum;
Siue ferire manu; iaculumq. vibrare lacerto;
Vel penetrare feras, per inane volante sagitta;
Belligeros aut posse animi simulare furores,
Eloquioque feros Martis sedare tumultus:
Talia Fama viris aperit diffusa per orbem,
Perque vias omnes Solis fit Nuntia veri.
Fortè super ripas Rubiconis fessa sedebat
Virginibus comitata suis, clangore tubarum,
Numina cuncta vocat latos dispersa per agros,
Ille inquam Rubicon, noxæ qui conscius olim,
Cæsaris exitium cognatis intulit armis.
Aure sonum postquam strepitantis Virginis hausit,
Lætitiæ causam cupienti quæritat ore.
Fama refert: Rubicon memorãde gloria dextræ,

Ne mirere tuis clangor si perstrepit vndis,
Iam noua voluuntur reuocatis tempora saeclis,
Excitat extinctos cum Bandinella Triumphos
Gens, & Volumni virtus sua praemia carpit.
Christiadum Rector trinum cui Romula sertum
Regna parant, huius nomen miratus, & actus,
Purpureos inter Patres, sacrosquè Quirites
Annumerat, Romae toto plaudente Senatu.
Huc veniens tandem Populis solatia praebet,
Principis haud partes, Patris at mage nominae iactans.
Audijt vt Rubicon, velatus arundine crines,
Rorantem dextro mulcebat police barbam,
Atque auidus roseo Famae pendebat ab ore.
Mox ait, ò Virgo, nullius nescia facti,
Dic age gesta Patris; primasq. edissere causas,
Cur & Alexander meriti cui lumina solum
Arridens, citius Volumnum ad culmina vexit.
Rettulit illa: prius totum Arbiter Aethera lucis
Alitibus peraget; quã cuncta reuoluere possim
Acta veri, Generisque ortus; tibi pauca recludam.
Cum Dea Romulidũ hausisset mea dicta fideli
Peruulgata tuba, inuicto sub corde coëgit
Omnia, & Herois succensa exarsit amore,
Tecta Quirinalis tetigit, sacrosque Penates,
Qua Pater Ausonidum cum Maiestate sedebat,
Aurea purpureo contrectans sceptra lacerto:
Alme Parens, inquit, nostrae quẽ cura remordet
Vrbis; si exoptas veteres reuirescere dotes,
Olim prisca tulit quas Mundo Turba Quirini,
Scilicet vt redeant Fabij, doctique Catones,

Tul-

Tulli & sub tyrio facundia splendeat ostro,
Musarumq. cliens, peperit quem florida Manto,
Ne inuideam rediuiua meos, te Principe, Ciues,
Qui post fata etiam vixere, superstite fama;
Celsa fouet dignum Florentia pignus honore;
Inuicti est generis præcelsi & Stemmatis hæres,
Regalis Sobolis Custos, ac Principis Argus,
Gloria Senarum, veræ Virtutis Alumnus,
Quem tibi amicitijs olim concordia morum
Iunxit, & ingenij sociauit fœdere proles.
Quale decus nostrę, Pater optime, cesserit Vrbi,
Illustret propria Sanctum si luce Senatum,
Fulgeat, & sacro Regalis sanguis in ostro,
Mira ferens documenta viris, Gentiq. togatæ;
Moribus exemplum præbens, Aulæq. leuamen!
Ipse & Alexandros iactat Volumnius Heros,
Quos Vaticanis dedit Arcibus inclyta Proles
Bandinella, virum nulli virtute secunda.
Fregit Alexander lacerantes Tertius artus
Religionis, & inconcesso schismate Petri,
Tergemino supremæ inhiantes Sedis honori,
Emeritæ tu ergo Sobolis da surgere Nomen;
Pontificis magni felix obliuia terge
Successor, dignus tanti tum Nominis hæres,
Septimus inter Alexandros si Regna gubernas
Romulidum, sed laude prior superabis Auitum
Splendorem famamq. tuam super Æthera tolles.
Cecropidum dotes, Latijque in mente coërcet
Dogmata Volumnus, cunctas & Palladis artes;
Quodue Solon docuit, quod Bartolus addidit æquis
Legibus, & miro vulgauit Codice Baldus.

Fonte nouem sacro quod potauere sorores,
Quidquid & vmbriferi docuere Theatra Lycei,
Vnde Stagira vagæ promebat dogmata linguæ.
Paret Alexander dictis, quæ Roma loquela
Protulit ambrosia: acciri iubet ocyus vnum
Heroa qui iussa ferat, qua Principis Arces
Hetruscis urgunt; vbi Bandinellia virtus
Explicuit mentem sublimi laude capacem.
Mæstitiæ nubes Cosmi perstringit ocellos,
Illius vt Rector Tuscis excedere Regnis
Decreuit, promptus summo & parere Parenti.
Nec tua, Ferdinande, minus præcordia mæror
Sollicitat, simul amissum flet Curia Patrem.
Conscia sicq; suum Florentia planxit Achatem,
Floraque suffudit mærentia lumina lymphis,
Despexitque vagos disperso crine colores.
Arnus at insolito quatiens sua Tecta fragore,
Mille trahit madidus largo suspiria fletu,
Contemplatus Equi Volumnum terga prementē:
Perge, ait, ò felix Hetruscæ gloria Gentis.
Vaticanus apex solitus iam cedere Stirpi
Sceptra tuæ, eximios tibi præparat Vrbis
honores.
I, nunc exuuias Tyrio saturare veneno;
Curre, & Alexandros altis successibus auge:
Dixit, & ora tegens vastis sese occulit vndis.
Sensit vt armipotens venientē Roma Clientem,
Obuiat huic subitò, sublimia ad Atria ducit,
Qua Patris ora Thronus gēmarum luce lacessit,
Iuraque Romuleæ Genti dat Legifer Orbis,
Supplicibus Populis Crucis & donaria confert.
Pontificis vultus spectabilis Hospes adorat

Pra-

Pronus, & infigit venerandis oscula plantis.
Porrigit Antistes dextræ sed dona iacenti,
Atquè Palatinæ mox illum præficit Aulæ.
Mutua solantur consortia corda loquentum;
Hospitis atq. ingens rapuit Prudentia mentem
Patris, & illius sub pectore dicta recondit.
Iusserat interea contexere Roma Puellas
Carbaseum famulas cunctis mirabilem amictũ.
Virgineus tenui diuisit acu, arte magistra
Cætus opus, structis medio subtegmine telis.
Fingitur hic studio pretiosa lacinia dextræ,
Quæ per multa trahens meditata foramina filum,
Exprimit, ingenio rectore, Insignia Gentis,
Bandinella dedit quam stirps per sęcula multa.
Progenies hominum titulis, armisq. superba,
Quam toga, quam pietas, animi, & Clementia vexit.
Innumeros Equites niueo pars margine limbi.
Finxerat alma quibus Victoria tempora lauro
Vinxit, vt hostiles ferro strauere Phalanges.
Hic & Alexander solio delatus eburno
Tertius, innumeris scintillat cinctus Alumnis,
Ad cuius Diadema pedes posuere Rebelles,
Dissona turbarat quorum discordia pacem,
Schismate dum cupiunt verũ subuertere Patrẽ.
Illa triumphalis cælat solemnia pompæ,
Cum Vaticanas victor remeauit ad Arces
Hoste triumphato, notus iam Pastor ouilis.
Te quoquè Dædalea, Volumni, sculpserat arte
Turba puellaris, quę pignora trina sequuntur,
Ingenium, & niueos mores imitantia Patris

Mox pinxisset acus radiantem murice frontem,
Linens at candor Sarranum respuit ostrum.
Qua potuit, sed parte manus tibi signa Galeri
Aptat, & exuuias ingenti syrmate ducit.
Pars quoque tergemino decorat tua stemmata serto,
Supremi, nec vana reor, præsagia Regni,
Quæ longæua Themis cecinit, quæ Tuscus Aruspex;
Quæ Dodoneæ quercus prompsere columbæ:
Venit vt alma dies totum celebranda per orbem,
Christiadum Domino placuit qua prodere Genti
Pectoris innocui sensus, Sanctumquè Senatum
Illustrare viris meritorum lumine claris.
Aurora roseos maturat Cynthius ortus,
Impatiensquè moræ rapidæ dat lora quadrigæ;
Tybridis vt festis faueat splendore corusco,
Aëris vmbriferæ flammarum nube fugata
Verbere, vt exhilaret lętãtem lampade Mundũ.
Pontificis Proceres Palatia celsa frequentant.
Quadriiugis inuecta rotis Gens cuncta Galerò
Insignita rubro, Mundi, fideiquè columna,
Tecta Quirinalis scandit, stipata Cateruis.
Tunc Pater, Orbis Apex, triplicem qui sustinet Axem,
Cardineis addit Volumni Nomina fastis:
Sic Vasioana fulges, ò Præsul, in Aula,
Murice præcinctus Princeps, ostroq. decorus:
Bosphorus Eoæ dederat tibi munera Mitræ,
Dum Patriarcha subis primos Orientis honores.
Quãta feres Populis Vrbs quos Byzantia nutrit

Dog-

Dogmata barbaricis, blandæ si mella loquelæ
Sugere; siuè tuos mores spectare daretur!
Tempus erit cum Sancta Fides vulgata per Orbē,
Threÿcij tandem contundet colla Tyranni,
Grexq. ad ouile redens Mahometis dicta refellet.
Hæc Roma; & Tyrio mox obtulit illita succo
Vellera, multiplici sulcata & carbasa ruga.
Sic & Alexandri candentem dextera frontem
Murice contexit, sacri ornamenta Senatus.
Protinus innumeræ reboant per compita voces:
Aenea terrifico feriunt tormenta boatu
Sydera; templa melos implet dulcedine summi
Numinis, vt vocum Cætus discrimina soluit.
Nocte sub obscura stellas funalia vincunt,
Irradiantq. Domos imitantes fulgura flammæ,
Quas vibrat arte volans vastum per inane
Cometes.
Vrbs accensa facis nimio splendore coruscat,
Turribus inquè altis ardens fax astra figurat.
Euomit accensos radio crepitante vapores
Machina, missilibusq. tubis super euolat Axem,
Deciduoquè ruens flammarum depluit imbre.
Omnia dum culto Rubiconi rettulit ore
Fama, Cohors hominum iam cernitur eminus
ingens,
Diua, Senex, inquit, venientibus omnia pande,
Vt iustæ Domino laudis præconia soluant.
Dixit; & omniuagas extemplò concutit alas:
Virgineis sociata Choris; Rubiconis arenas
Deserit, atque nouis defert sua gaudia terris.
Cominus vt vidit Sapin, Senamque vetustum,
Nympharūq. manū, quæ tramite Flumina tot

Prosequitur, Senior Turbæ sic oluius; infit:
Salue, Progenies magnorum pulchra Deorum,
Syluicolæ seù Semidei; seù Numina aquarum,
Queis regere æternas Neptunus contulit vndas,
Æmiliaquè solum blandaexhilarare fluento.
Mille tubis iactat super Aethera Fama Parentem,
Qui regit Imperio nostras nunc legifer Vrbes,
Vt nouet excurrens sæclum meliore metallo.
Ferte pedes, pulsate soli simul æquora, Nymphæ,
Principis & merita dotes celebrate Camænæ.
Quidquid in irriguis cōcrescere cernitis hortis;
Quidquid & in nostræ pubescit margine ripæ;
Quidquid alit vitreis in lymphis Turba natantum,
Saligat officiosa Cohors, sint debita nostro
Munera Rectori, totum cui obtemperat Agmen.
Dum Studiosa Phalanx Rubiconis iussa facessit,
Nobilior cunctis, vulgus quam nominat Aegle,
Dulcisona cantus soluit modulamina voce:

Plaudite Heroi comites Puellæ:
Verberet campos pedibus tenellis,
Præsulis Nomen geminetquè iunctim,
Agmen amicum.
Ille Romano radians in ostro,
Iam Comas Phœbi superat nitore
Moris, & prudens, animo, Catonis
Pectus obumbrat.
Tybridis cedant veteres Alumni,
Quot quot & docti numerant Achiui;
Non hic inuidit Ciceronis aureæ
Flumina linguæ.

Prole

Prole ditarunt thalami pudici
Coniugis celsæ genus vt superbum
Principis nostri, cecinere Hetrusci
Talia Vates:
Crescite excelsi Pueri, parantur
Sceptra nam vobis Proauum potentum,
Quos iubar traxit meriti, ad suprema
Regna Quirini.
Tempus en tandem reuoluta vexit
Orbita audacis Phaëtontis, vndè
Imperat virtus retulitquè primos
Orbis honores.
Ecce Volumnus redimitus ostro,
Inter augusti Proceres Senatus
Iam sedet, nostras, sapiens & oras
Lege coerces.
Ter caput cinget gemina corona,
Pastor vt sacri pecudes ouilis
Diriget dextra reprimens Auerni
Ora Luporum.
Non amor fului maculat metalli
Pectus Herois, pelagi nec apta
Concha thesauris, timor ast Olympi
Corda remordet.
Damna non Ciues timeant bonorum;
Spem viro haud ponat viduata Coniux;
Iura cernentur sine fraude cunctis,
Nemine spreto.
Pax solum latè peragrabit omne;
Prædo nec pingues populabit agros;
Martis hic sæuos cohibebit ignes,
Vindice dextra.

Ergo Nympharum Cunei fauete
Vocibus lætis, fidibusquè gratis:
Numina vndarum Domino supremo
Munera ferte.

Finierat: syluarum cum glomerantur Alu
Prata vago postquã spoliarunt germine iuue
Qualis Apes, vt Hyblæ per florida rura
gatur;
Narcissi hic lacrimas; illic dumeta rosar
Ore legit, dulci fabricat dum nectare cella
Haud aliter tenero decerpserat vngue Ca
Veris opes Dryadum, munus latura Par
Qui nouus Æmiliæ Legatus Regna guber
Ite, senex inquit Rubicon, date iusta Tr
Dona Viro, placidæ illi flectant colla N
Cæsaris ò vtinam nostri superire Triumph
Sit potis, exsuperans felici culmina rupis
Omine Tarpeiæ, cuncta iam gente subact
Nestoreos annos vincat tardante senecta,
Incolumnisquè dies inuicto robore ducat.
Sic ait, & vitreas lætus remeauit ad Ar

SOL BANDINELLVS

Epigramma I.

QVi regit Æmiliç legis nouus arbiter *
Ipse suum vincit, Phœbe superbe, i
Sydereum vestis rutilis splendoribus Ax
Hic meriti immenso spargit in orbe fac
Fla

Flammigera totam fœcundas lampade terram;
Mentis at hic hominum pectora ditat ope.
Exhilaras tu corda vijs spatiatus Olympi;
Virtutum hic Heros lumine corda beat.
Tu potis es nitido dispergere nubila crine,
Mæstitiæ nubes Præsulis ora fugant:
Tu fulgore facis gemino commercia Mundo;
Hic pacis copulat fœdere corda virùm.
Tu sinè telluris discrimine Regna gubernas;
Hic sancti populos munere Iuris alit:
At caput ipse licet radiorum cyclade cingas,
Attamen Ecclipsis subderis imperijs:
Nomina dum tanta Voluminî luce coruscant,
Haud labis poteris gloria nube tegi.

IRIS.

Epigramma 2.

E*Xplicat innumeros Thaumătias ore colores,*
Cum superi tandem detumet ira Patris.
Fœderis hinc index Iris, Pacisquè sequestra
Creditur, vt vultu versicolore nitet.
En noua miratur nostris in finibus Iris,
Quam Bandinelli pro gennere Duces.
Belligeri si stemma quæris monumenta furoris,
Mens pacata tamen Martia signa fugat.
Pacem corda, reor; produnt insignia bellum;
Mitis vt innocuis; præparet arma reis.

AT-

ATLAS.

Epigramma 3.

IMmanes humeros grauibus cũ flexit Olympi
Ponderibus, superum limina rexit Atlas:
Cardineus validæ supponens robora mentis
Imperijs Heros, pondera nulla timet.
Fortior æthereus pressus grauitate Polorum,
Viribus Herculeis aggerat ipse suas.
Bandinellus Atlas Alcidis respuit artus,
Qui nec tergemini despicit Orbis onus.

CATO.

Epigramma 4.

QVæ metuenda Cato Genti præcepta togatæ
Contulit, innocui sunt monumenta viri.
Moribus, eloquio, dextra, virtute triumphat,
Aeternumquè solo fama Catonis ouat.
Volumni dotes Tybris speculatus, & actus
Exclamat stupidus: redde trophæa, Cato
Moribus, omnigenisq. Heros virtutibus auctu,
Dat faciles vultus: ipse seuerus eras.

NVMA.

Epigramma 5.

RElligione, Numa innumeras sub lege coegit
Gentes; perdomuit, sic pietate viros.
Volumnus populos Astreæ examine frænat;
Blanditur meritis; at scelus ense luit.
Gaudeat ergo solum, Saturni Regna recurrunt,
Dum meliore fluunt sæcla nouata Numa.

HERCVLES.

Epigramma 6.

STernere monstra fuit victricis gloria dextræ
Herculis, & Diti diripuisse Canem.
Fœdere discordes animos at iungere plus est,
Irarumquè truces perdomuisse faces.
Has serit in musæo dotes Volumnus agello
Pectoris, vt placido mulceat ore viros.
Astra sed ille subit delusa fraude Nouercæ,
Inter sydereas emicat atquè faces.
Credula Fama sile: veterum mendacia pone:
Astra dat haud robur, sed pietatis opus.

MACEDO.

Epigramma 7.

MArtis Alexander subiecit Regna furore;
Angustusq. animo circulus Orbis erat.
Addidit huic Magni virtutis adorea nomen,
Victori vitam, nec rapuere rogi.
Vicit Alexander, quem Bandinellia Proles
Gignit, Pellæi pectora magna Ducis.
Insidias fœdi strauit nam Schismatis, ense
Christiadum, & solus sedit in Vrbe Pater.
Sic hostes domuit, geminumq. coercuit Orbem,
Maximus hinc vasti septrifer Orbis erat.

De duobus Alexandris Septimo scilicet, & Tertio Pontificibus Max.

Epigramma 8.

RExit Alexander latias cum Tertius Arces,
Restituit Petri dirusa vela Rati.
Septimus ast alter Volumnum prouehit ostro,
Extinctum, factis, vt renouaret Auum.
Magna dedit primus, fert at maiora secundus,
Pro Petri doctus reddere Puppe vices.

Ad

Ad Romanam Curiam à Summo Pontifice accitus magnis ibidem honoribus, & oneribus afficitur.

Epigramma 9.

DEserit vt Charitum Colles: Arniq. beatas
Delicias Heros, Romula Tecta terit.
Præbet adoratis, supplex vix oscula plantis,
Volumni & tota fulget in Vrbe iubar.
Nā meriti paribus cumulatur honoribus ardor,
Credita magnanimo suntquè secreta viro.
Debita sunt animo curarum mole capaci
Magna onera: huic, sinò nam pondere pondus erit.

Byzantij Patriarcha creatur.

Epigramma 10.

THreïcius quà regnat Hermus; quà Marte Tyrannus
Barbarus incestat littora Christiadum,
Bandinelle, pio redimis Diademate frontem,
Perfidus ipse licet Thrax populetur opes.
Tu Patriarcha vices sumis Pastoris IESV,
Cuius in ardenti nomina corde geris.
Sæcla tamen venient, paucis labentibus annis,
Cum ferus oppressum linquet ouile Lupus.

Bar-

Barbarus & patriū iãdem depressus amorem,
Patris ad eloquium, mox pius hostis erit.

Sacro Purpuratorum Senatui adscribitur.

Epigramma 11.

SPlendet in Ausonio Sol Bandinellius ostro,
Romulidis meriti dum munimenta refert.
Crinales capitis cernis radiare pruinas,
Et dare purpureis lilia mixta rosis.
Pectoris hæc candor virtutum lilia fouit,
Quæ Vaticanas progenuere rosas.
Vna Parens Orbis miracula Roma recondit;
Fer Romæ meriti lilia: sume rosas.
Sume rosas ergo, Volumni, dona Galeri;
En, mirum, veris gaudia gignit hyems.
Gignit hyems tibi nempè rosas, vergēte senecta;
Virtutis senio sit reuirescit Honor.

Legationis in Prouincia Romandiolæ munere fungitur.

Epigramma 12.

QVà Maris vndisonos fluctus turrita Rauena
Adspicit, Aemiliã Pentapolimquè regit;
Susti-

Sustinet Imperij docilis Clementia fasces
Volumni, & blandis legibus ora ligat.
Tam benè inoffenso torquens examine lances
Dextera, Iustitiæ credimus esse manum.
Principis hinc populus sic iussa facessere gaudens,
Sub iuga liberius viuere posse putat.

De eximia eiusdem Principis sollicitudine in profligandis Grassatorum Çateruis.

Epigramma 13.

Sepserat anfractus Raptorũ Turba viarum,
Autolyci vt manibus depopuletur opes.
Namq. Viatori cum sanguine surripit aurum,
Cautus habet tutum nec Peregrinus iter.
Non tulit hæc Princeps; nam mira indagine Fures
Insequitur, Laqueis pendula mẽbra domant,
Non aliena Latro tutus confinia pressit;
Prædator tandem, præda misella fuit.

Idem

ARGVMENTVM.

Epigramma 14.

TVrba giganteas iactans erratica vires,
Per iuga, perq. vagas apparat ire vias.
Fraude laborantis Penetrale euertit agrestis,
Constringitquè truci compede sæpè viros.
Talibus occurrit vis Bandinellia damnis,
Graßantesquè pia corripit arte viros.
Hostibus insidias valido nam corde tetendit,
Hinc rapiens, rapitur retibus ipse suis.

CO-

CORONÆ

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Principi

VOLVMNIO
BANDINELLO
CONTEXTAE.

Pieridum, Dryadumquè Chorus, vt aliquod beneficentiſſimi animi proderet tibi (Eminentiſſime Princeps) argumentum, hanc ex tuis virtutibus conſertam Coronam offert. Hoc tuæ immortalitatis ſit perpetuum monumentum, ſemperquè tuum Auguſtiſſimum Nomen in hominum memoria vigeat, tequè euehat ad ſolium, in quo debito iure, tergemino ſerto merita tempora coronentur.

CORONA I.

INgenuum pectus mitis Clementia adornat,
Magni dos Regis, fertur, & esse prior.
Hanc lux punicei sub muricis occulit ostro
Bandinella, viris quæ dare iura valet.
Texite Sicelides Diuæ huic præconia laudum,
Illius & niueis nectite serta comis.
Famæ, per immensas Volumni Nomina terras
Euche; sit merces Orbis & imperium.

CORONA II.

FAma per immensas Volumni Nomina terras
Euche, sit merces Orbis & imperium.
Haud impar humeris onus, imperet vndiquè
Pastor,
Quam facilè hic regeret Pastor ouile Dei.
Sit pius & sapiens Orbis qui torquet habenas;
Maius at est animum flectere posse suum.

CORONA III.

SIt pius & Sapiēs Orbis qui torquet habenas;
Maius at est animum flectere posse suum.
Discordes sensus concordi fœdere Rector
Iungere sollicitet; se prius ipse regat,
Assiuat irarum flammis; hinc corda voluptas
Allicit; hinc odium libera corda ligat.
Omnia

Omnia componat, recta ratione Magistra,
Mox sedeat Princeps aurea sceptra tenens.
Sic renuat seruire sibi, cum prona libido
Imperat; hic Rex est, qui sua corda domat.

CORONA IV.

SIc renuat seruire sibi, cum prona libido
Imperat; hic Rex est, qui sua corda domat.
Hinc Volumnus ouat sedatæ mentis in aula,
Dum regnat Dominus, noscat vt esse Pater.
Hunc blãdus monet; hunc terret mox frõte mi-
Intentans pœnas, ora proterua ferit. (naci,
Qualis Apes iactans dulcedine mellis acumen;
Munere sic Princeps, & regit ense viros.

CORONA V.

QValis Apes iactãs dulcedine mellis acumen,
Munere sic Princeps, & regit ense viros.
Nam propriis opibus virtutis munerat actus,
Suppliciis contrà persequiturque nefas.
Astreæ sic iura iubent; sic candor honesti,
O Præsul felix! aurea sæcla nouat.

CORONA VI.

AStreæ sic iura iubent; sic candor honesti;
O Præsul felix! aurea sæcla nouat.

Digitized by Google

Hinc Bandinellus tersa rubigine ferri,
Legibus innocuis ferrea sæcla fugat.
Nam virtutis amor stimulat lacerare nocentes,
Nec iustas, ipso iudice, quærit opes.
Munera, Iustitiæ nequeunt fraudare tenorem,
Cum vacuas Iudex præcipit ire manus.

CORONA VII.

MVnera, Iustitię nequeunt fraudare tenorē,
Cum vacuas Iudex præcipit ire manus.
Hoc Volumnus habet; cuius contagia turbant
Cor nec auaritiæ; nec premit æris amor.
Diuite de censu desertos nutrit egenos;
Pauperis hinc verè dicitur esse Pater.

CORONA VIII.

DIuite de censu desertos nutrit egenos;
Pauperis hinc verè dicitur esse Pater.
Namq. inopis sortes Heros miseratus iniquas,
Oppressis numquam denegat auxilium.
Sic afflicta Nurus proprio viduata Marito,
Lite grauis, nescit tristitia damna fori.
Protegit orbatos pueros, tristesque puellas,
Et patria illorum mente tuetur opes.
Principe sub tanto quis non traducere luces
Ambiat? est inter viuere delicias.

CO-

CORONA IX.

PRincipe sub tanto quis non traducere luces
Ambiat? est inter viuere delicias. (Hi
Haud iuga fert Populus, quādo mens cōscia re-
Dirigit, & pacis corda Regentis amor.
Non odia accendit, nec quidquid adornat Enyo;
Aequalemquè magis se putat esse suis.
Nil sibi; cuncta alijs Princeps ignoscere debet;
Sit Rectoris onus, quod pietatis opus.

CORONA X.

NIl sibi cūcta alijs Princeps ignoscere debet;
Sit Rectoris onus, quod pietatis opus.
Impia corda gerēs moderaminis ausa relinquat,
Non Pater, aut Dominus, forte Tyrānus erit.
Occulit hircanæ gelido sub pectore Tigris (nes
Corda, nequit Superos hic, nec amare homi-
Aspera barbaricis armans præcordia curis,
Temperet in Libycis ora ferina plagis.

CORONA XI.

ASpera barbaricis armans præcordia curis,
Temperet in libycis ora ferina plagis.
Nam pecudū melius potis est frenare Catervas,
Et dare Tartareis impia iura feris.
Religione sacer, summiq. Parentis Alumnus
Volumnus, renuit, quod cupit impietas.

Hinc, sapiēs, (est certa fides) dominabitur Astris.
Quis sapiens Princeps? qui pius, ille sapit.

CORONA XII.

HInc, sapiens, (est certa fides) dominabitur Astris.
Quis sapiens Princeps? qui pius, ille sapit.
Nam pietatis summa est, formidare Polorum
Fulmina, & æterni iussa timere Patris.
Innumeras Præses concludat pectore dotes,
Imperet vt rectè, pareat huic melius.
Sic benè iura viris dat Bandinellius Heros,
Dogmata qui mira Numinis arte bibit.

CORONA VLTIMA.

SIc benè iura viris dat Bandinellius Heros,
Dogmata qui mira Numinis arte bibit.
Viuat Apollinea dignus circumdare lauro
Tempora, iam pridem nostri Heliconis honos.
Nestoreos illi Lachesis cum neuerit annos,
Aetheris innocuo proterat Astra pede.
Dulcisona dum Virgo reuerberat aera voce
Vltima, quæ laudum concinit ore melos;
Lampade cæruleum præclusit Phœbus Olympū,
Occuluitque iubar; nocte regente solum.
Viuat io recinunt vno simul ore Camenæ,
Volumnus; foueat verna iuuenta Senem.

De

De gentilitijs Eminentissimi

BANDINELLI

INSIGNIBVS,

Per Equitem Cataphractum in Orbe inclusum, signa in cuspide lanceæ manu dextra gestantem, Equoque inuectum, expressis.

Epigramma I.

De Equite Stématis BANDINELLI.

Quod generosus Eques geminis calcaribus artus
Cornipedis stimulet, Martia signa gerens,
Iudice me, virtutem pectoris indica alti,
Quàm Volumnus Eques cordibus occuluit.

Dum potuit superare nefas, sensumq. rebellem,
Hostibus edomitis, læta trophæa tulit.
Dotibus ingenuis armans, velut Aegide, mentem,
Inuidiæ Insidias vicit inermis Eques.

Epigramma 2.

Idem argumentum.

HIc cataphractus Eques, ferratis calcibus, acris
Ilia tundit Equi, dum grauat hasta manum.
Arduus at Sonipes tanto Sessore superbit,
Impatiensque loci verberat vngue solum.
Quam, Volumne, tuis dispar Clementia signis,
Quæ medio in culto pectore sceptra tenet?
Mites ipse tenes animos, faciemq. benignam,
Et blandus roseo ridet in ore lepos;
Stemmata cur iactas rabidum resonantia Martem,
Horret vt in rutila Casside fortis Eques?
At liuore (reor) prostrato sortis iniquæ,
Perdomito ostentas hoste Trophæa manu:
Pertractens alij bellum Ducis arma minantis,
Inuidiam, victor, tu sine Marte domas.

Epi-

Epigramma 3.

De Equo BANDINELLO.

BVcephalus, Piroisuè magis, vel diceris Æthon;
Cyllarus; an potius Pegasus vngue ferax.
Quidquid eris; magni Sessoris robora prodis;
Hunc Bandinelli progenuere Patres.
Bucephali si nomen habes; tibi fræna relaxat,
Quem nec Pellæi sterneres ira Ducis.
Nomina syderei si iactas Axis Equorum,
Titanis currus qui moderetur erit:
Forsan Amiclæi velox te fama remordet
Alitis: hic alter Castor in Orbe nitet.
Si tu Pegaseo vocitari nomine gaudes;
Non deest Bellerophon qui tua terga domet.
Hinc benè Volumni Proauita Insignia prefers:
Vnius innumeros fama rependit Auos.

Epigramma 4.

De Equo BANDINELLO.

HOste triumphato, spumantibus vndique riuis
Sanguineis, Marti munera soluit Equus.
Præmia digna Deo bellorum facta regente,
Namque Duci palmæ gaudia carpit Equus.

Sic tibi magne Heros, series cum strauit Auor
Hostiles Cuneos, Stemmata dat Sonipes.
Hinc palmis assueta Cohors generosa Nepotum
Armigeri quamuis nescia Martis, ouat.

Epigramma 5.

De BANDINELLO Vexillo.

AGminibus fusis, atq. Vrbibus ense subactis
Belligeri ostentant signa superba Duces.
Euertit postquam Gens Bandinella Phalangas
Vexillum Generi dextra tremenda dedit.
Tarpeias alij accelerent conscendere rupes,
Laurigeraq. comæ cingere fronde niues:
Ornare æternis plus est at Stemmata signis,
Non sua & assidua ferre Trophæa manu.

Epigramma 6.

De BANDINELLO Vexillo.

PAnderet vt validę Alcides conamina dextrę
Roboris exuuiæ signa Leonis erant.
Bandinella Domus, vires vt vulget Auorum
Vexillo Hesperijs fert monumenta plagis.
Herculeus domuit labor ardua terga ferarũ.
Sternere barbaricas hi potuere manus.
Maius at est, homines, quam debellare Leones,
noion xiluinc signa hoc retulit nobiliora Genus.

Siquè

Siquè datur spolium, prostrato Rege ferarum,
Exuuijs alij, hi corde Leonis ouant.

Epigramma 7.

De Orbe BANDINELLO.

BAndinellus Eques patulo præclusus in Orbe,
Romulei fasces innuit Imperij.
Inter Alexandros Latiæ qui Tertius Arci
Præsedit, Generis surculus huius erat;
Hostibus hic pulsis, solij mox culmina pressit;
Arbiter hinc Orbis, Stemmatis Orbe tumet.

Epigramma 8.

De Orbe BANDINELLO.

QVem tenuit Macedo dominādi dira cupido,
Ingemuit Mundos, nec satis Orbis erat.
Bandinellus Eques triplici Diademate quāuis
Tempora velaret, clauditur Orbe tamen.
Pelleô hinc maior Duce, dum benè corda coercet;
Magna regat quamuis Regna, minora cupit.

Romandiæ Vrbes Eminentiſs. BANDINELLO obſequium præſtant.

RAVENNA.

ÆMula Romulei Tybridis, Romæq ſuperba,
Hoſpitium Ducibus, Principibuſq. dedi.
Supplice quo vultu ſum deuenerata coronas,
Ipſa tuis plantis oſcula ferre paro.
Nam quod purpureo cerno fulgere Galero,
Cinget (credo equidem) terna corona caput.
Tu pietate Patris veteri ſuccurre Rauennæ,
Principe te, nullum ſentiat eſſe iugum.

FORVM LIVII.

VRbs, quæ frugiferis ſurgit felicior agris,
Montoni & rapidis quā ſecat vnda vadis:
Marte ferox, doctæ tum Palladis arte ſuperba,
Innumeres peperi, prodigioſa, Duces.
Quæ vel Apollineæ iactant miracula Rupes,
Hoc vno potui conglomerare ſolo.
Diuitias Natura ſuas hic prodigit; inde
Luxuriant ſegetes; ars ibi reddit opus.
Hic croceos cernis latè vernare colores,
Quos creat Eois terra Sabæa plagis.
Aurea gemmarum nobis cum munera deſint,
Nil tua par meritis Liuia ferre vales.

Prin-

Principi at obſequij ſunt corda tributa perēnis,
Vrbs fida omnigenas corde repenſat opes.

CÆSENA.

QVam iuga, quam valles, ditat quam Tethyos vndis,
Quamq. Minerua vehit, Liber & ipſe datis.
Hic in odoratis ſpumat vindemia campis,
Clauduntur patrio florea rura ſinu.
Hic flauent ſegetes; pomis exuberat arbor,
Delicias tellus congerit in gremio.
Vrbs, Volumne, humili lambit veſtigia vultu,
Læta ſupercilium deuenerata Patris.
Adſpice Cæſenam, Princeps famulamq. fidelem,
Illi frons hilaris, tutus Olympus erit.

ARIMINVM.

ME celebrāt vaſtum ciuilia bella per Orbē,
Romulidum prior & Cæſaris auſa tuli.
Arma, Togæque graues æquant meà nomina olympo,
Me fouet æquoreis Oceanitis aquis.
Sæua Liburnorum me dextera contudit olim;
Ceù Phœnix, Domina ſum renouata manu.
Principe te. current meliori fuſa metallo
Secula, iam fines Pace regente meos.
Hinc, Volumne, colo Nomen, vultuſq. benignos,
Et Famula, expecto iuſſa paterna tamen.

FORVM CORNELII.

VRbs decus Italiæ, Diuorum nobile Bustum,
Gratior ò superis, terra beata, Choris.
Contulit ista viris sacræ donaria palmæ,
Sanguinibus Proceres hic maduere Dei.
Hic nitor ille sophum Petrus, miracula linguæ
Chrysologus fudit, fama Poli; atquè soli.
Hos Mare, terra alios, ardor Mauortius illos;
At fauor Æthereus me super Astra vehit.
Bandinellus amor seruet me fronte serena,
Spirat nulla meis clarior aura plagis.
Hac duce, tuta fruar grato telluris honore,
Ærumnas inter viuere læta potis.

FAVENTIA.

ME patulæ lances inflant, patinæq; niuales,
Vasaque perspicuo nobiliora gelu.
Mè Toga, mè Mauors æquat, me Pallas Achiuis;
Nec Natura mihi, cruda Nouerca fuit.
Fertile namq; solum Cereali munere abundat,
Extitit haud nostris Liber auarus agris.
Purpureis, Volumne, tuis dat basia plagis,
Nec par seruitium Vernula ferre negat.
Dumque meos populos pacata lege gubernas,
Secla fremant, me Orbis nulla procella
premet.

AV-

AVTHORIS VOTVM.

FRonte, precor, facili, Princeps, quæ, cerne, Libellus
Aggerit, Aonÿs emodulata Choris.
Perlege factorum seriem, monumenta Parentum,
Inuicti Generis munera, Sceptra, Duces.
Non pretiosa Tagi, nec Iberi dona capesses;
Vel quod in auriferis euomit Hermus aquis;
Seù mage Pontus alit; seù præfodit Indus arenis,
Queis tua se refugit contemerare manus.
Carmina sudatæ iactant hic præmia laudis,
Dat meriti & certam pagina nostra fidem.
Fors perit, heù fati subeunt contagia Gazæ,
Sola necis damnis Fama superstes erit.



LAVINIÆ

DE ALICORNIS

Nobilis Virginis FOROLIVIEN-
SIS miræ virtutis fœ-
minæ Vita

Carminibus donata.

SPI.

SPINEÆ

DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI corona dolores impetrat, dum assidua meditatione sponsum suum Christum tali Diademate redimitum contemplatur.

CARMEN.

FLagrãtes animos, & marcida fletibus ora
Alicorniadis Prolis, pretiosa dolorum
Munera confixi Capitis patientis IESV
Virginea fronti concessa, hic volnera plectro
Carminis incipiam; mores meditabor, & actus
Pectoris in supero absorpti iam Regis amore.
Sancte faue, obductus carnis velamine Rector,
Progenies æquæua Patri; spes vnica Gentis,
Cui, Cruce, stellati reserasti Limen Olympi;
Dirige en cupidi, clemens, modulamina Vatis,
Ingenioque aperi iugis sacraria cordis,
Vt pia deuota donaria mente recludat
Virginis, & rigidi reuirescat gloria Serti.
Amplexata Trabem bifidi Lanimia ligni,
Rex vbi pendebat lacerato Corpore Christus,
Oscu-

Oscula delibat plantis, & mente volutat
Sanguine rorantes artus, confixaque clauis
Brachia; multigenis lictorum pressa flagellis
Terga; catenarum liuentia colla rigore;
Cuspide transfixum pectus; tum verticis aurũ
Vepribus insertum, terebrataque tempora dumum
Cuspide, diuinum penitus ferience cerebrum;
Protinus in tepidos lacrymarum liquitur imbres;
Ora, sinusq. rigant, nimio riget icta dolore.
Mox effusa super nudati corpus Amantis,
Dulcia confossis infigens oscula plantis,
Ingenti tales erupit voce querelas:
Tantane te nostræ rapuit Clementia noxæ
Omnipotens Rector, totius Conditor Orbis,
Sidera qui torques, vasto & confinia Ponto
Dessignas, & humum propria virtute gubernas,
Cuius, & ad nutus Erebi Penetrale tremiscit,
Imperioque pari ventorum flabra coerces?
Tu tamen exuuias humanæ sumere carnis
Haud spresti, Crucis & crudeli morte necari.
Ah, quoties oculus spinosi serta Galeri
Inspicit, ora atro nimium labefacta dolore;
Crescit amor, laceratq. fibras accensa cupido;
Scilicet horrentis dignari munere Serti,
Et fodere audaci penetrantis acumine Vepris
Tempora, deciduis conspergens pectora guttis.
At vos, ò Sentes, quænam dementia cæpit?
Illius audetis capitis terebrare cerebrum,
Florida qui vestis viridanti prata smaragdo;

Quiq. alis herbiferas segetes; pingitq. colore
Tellurem vario, stellantiaque arua recludit?
Nonne pari virtute, Vepres, sylueſcere vobis
Contulit, (atq. licet sit germen inutile terræ)
Perque solum latè horrificos expandere ramos?
Hoc, ingrata Cohors, est dona rependere Patri?
In caput ecce meum altos explete furores
Plebs assueta malis, aliorum exercita damnis,
Ceruicem superum Regi curuate rebellem,
Ora, superciliumq. Nurus fodicate superbæ;
Innocuum seruate caput; lacerate nocentis
Tempora, noxa Nurus vestras exasperet iras.
Luce coronatus Vertex, splendoribus Axis
Clarior, innumeris superum stipatus Ephebis,
Dumorum tolerare dolos, & acumina fas est?
Vos, Solymæa Cohors, agitata furoribus Orci
Talibus audetis Proli irridere Tonantis?
Hic vestris promissus Auis, Atauisq. Machabæa
Cælicus est, hominum tergens contagia noxæ,
Heù nimis oppressit diras insania mentes.
Euomat in famulam irarum dementia flammas,
Inuidiæque faces in nostros expuat artus.
O vtinam liceat sæui tolerare vepreti
Spicula, ceruicem paliuro subdere Christi.
Da, pie Sponse, mihi spinarum Serta subire,
Et tecum tam dira pati; par esse Marito.
In me spinarum telis armata Caterua
Irruat, & iaculis ferales euomat iras,
Implicet atque meis ferientia serta capillis.
Tempus erat quo blanda quies præcordia somno
Subleuat, amissas reuocans in corpore vires.

Igni-

Ignigeri errabant conuexa per alta Pyroti,
Spargebatque soror nocturna silentia Phœbi;
Pectoribus grauium curarum oblinia somnus
Ingerit, & blandis artus complectitur alis.
In prece sed vigilat Virgo Lauinia, Patrem
Sollicitat Diuûm, super æthera mente vagata;
Cum subitò rapitur dulcis per visa quietis,
Sensibus oppressis, per amœna vireta Polorum,
Perq. Domos altas superum Thalamosq beatos,
Lux vbi perpetuò splendet, Cuneosq. serenat
Cælicolum, Mortemq. fugat, seriemq malorum.
Aurea multigenis variantur Limina gemmis;
Namque ibi Chrysolithus crustant, viridisque
Smaragdus
Mœnia, Sardonichesq. nitor; tum flaua Topaci
Lumina, Sapphirus, Carbunculus, atq. Pyropus.
Ianua celsa patet rutilo fulgentior auro,
Cuius & in postes Adamantis flamma renidet.
Aurea resplendent Asarota, viæque beatis
Protrita plantis, aciem fulgore lacessunt.
Hic Iuuenum pennata Cohors per compita Cœli
Discurrit, calathos oneratos floribus, vlnis
Candidulis referens, in amœno calle refundit;
Cœtus vbi innumerus longo ordine obuius ibat
Virgini, & excelsi per Tecta induxit Olympi.
Regali in solio cum maiestate sedebat
Christus, & Aligerum stipabat magna Caterna
Numinis ora, modis & clara trophæa vehebat.
Bethlemiæ laudant alij incunabula Caulæ,
Pauper vt in gelido Boreales sustinet Antro
Spontè minas, vt inops, membris famili a pressit,
Conditor ipse Orbis, nutu qui cuncta regebat.
La-

Lactentes Pueros fœdarunt qui arua cruore,
Impius antè Patrum cum lumina membra satelles
Transfodit, cupidus Solymæum extinguere Regem.
Extollunt alÿ bifidi pia Stemmata trunci,
Robora quo fregit victricia Regis Auerni
Omnisator, ligno fallentem; hunc ipse fefellit
Arbore sic pariter Crucis, & delicta piauit.
Nomen adoratum modulis pars iactat IESV,
Omnia quod superat, terris, Ereboque tremendum.
Aethera mulcebat dulcis symphonia Cœtus
Alterius, comitata fides, cytharasq. canoras.
Sistitur antè Thronum Christi Laninia; verbis
Talibus affatur tunc illi hominumq. Deûmq.
Rex: mea continuis cur fletibus ora fatigas
Sponsa, & inexhausto versas in corde querelas?
Si te tanta mouet Dumorum accensa cupido,
Et curuare caput nostris sub sentibus ardes,
Atque premi assiduo, vepribus lacerata dolores
Experiere truces ictus, & acumina Serti
Mortiferi; ecce dolor bacchatus in antra cerebri,
Gignet in obductis cauis fera vulnera Dumi,
Frons licet haud vllo, cernet madefacta cruore
Deciduas ostri guttas, nec vepribus ora
Saucia, senticomæ capies sic dona Coronæ.
Postquam membra diu plägent vexata dolore,
Nostris, Virgo, toris dabitur libare quietis
Gau-

Gaudia, Sanctorumque Choros, Regnumque paratum
Cunctis, qui merito vincunt certamine Mundũ.
Excutitur Virgo tali solata sopore,
Hæret, & in memori phãtasmate visa nec audet
Credere, forsan, ait, ludunt insomnia mentem.
Protinus ingenti capitis laniata dolore;
Pungit spina intus, labefactaque tempora mordet.
Lumina vix aperit; sultant ast ora, sinusque
Innumeræ lacrymarum guttæ; vulneris ictus
Iam patitur, plexum quamuis nec hiulca cicatrix,
In caput exiliat, fœdato frontis honore.
Muneribus cumulata Virgo Sertoq. rigenti
Cœlestis Regis; domito iam corde rebelli,
Mundinagos aditus sensus, luxumq. proteruũ
Subdiderat menti, gaudens indicere bellum
Delicijs; vultuque vago, pompisque profanis.
Negligit Assyrio conspergere pectus odore,
Flauentesque comas Indo vel pectere dente,
Candida vel rutilis circumdare colla pyropis.
Spernit opes sexus; non vellere membra coercet
Attalico, at tegmen tetra ferrugine tingit,
Mundanosq. iocos, risus, vanasque choreas
Calcat, & à vera mentis ratione relegat.
Virgineis adscripta Choris, habituque sacrato
Obducta, æterno Sponso sociare iugali
Se voluit vinclo, & tædis augere pudorem;
Cypridis hinc artes, & blandos lusit amantes.
O quoties vigiles insomnis fallere noctes
Audes, & amplecti plantas patientis IESV,

Vita-

Vitalesque trabes, & hiantis pectoris vndas?
Virgineas quoties proscindit verbere carnes,
Irriguis fundens venis tepefacta cruoris
Flumina purpureis, inflicto vulnere, membris?
Flagra sonant, niuei lacerāt dum terga lacerti,
Armati rigidis loris, tortisque flagellis.
Languebant teneri repetitis ictibus artus,
Viuidus ast animus, contempto sāguine, gaudet
Vulnera vulneribusque dolori ferre dolorem.
Sic lacrymis perfusa pijs, & murice tincta,
Tristia mellifluis saturabat corda querelis,
Ingeminans questus, ægra & suspiria mente.
Aethereis recreata cibis, alimenta negabat
Visceribus gutturq. domans impasta trahebat,
Læta diem solo Diuini munere Crusti
Contenta, & sancta niueæ dulcedine mentis.
Multigenis cumulata bonis Lauinia, tādem
Supremos mentem transferre exoptat ad Axes,
Et patrios habitare Lares, thalamosq. paratos,
Tam peregrina, soli duros exosa labores,
Continuò roseus Natæ color ora reliquit,
Et tristis macies languentia corda momordit.
En dolor insinuat capiti se, tempora pulsans,
Illuuiemq trahens, deturpat verticis aurum.
Febris at ardentes percurrens corripit artus,
Æstuat & rabido flammantia membra calore,
Internas auido depascens igne medullas,
Nunciat extinctis extremam viribus horam.
Non concussa metu Virgo; non acta dolore,
Intrepidam, moriens, animam voluebat ad Astra.
Suspirans chari properantia gaudia Sponsi,
Æter-

Æternosq. toros, socios, vitamque perennem.
Adfuit interea Christus, comitante Caterua
Cælituum, recreant qui carnis imagine mentem
Virginis, & secum Paradisi ad præmia ducunt.
Nubila tranabant læti, laudesque canebant
Numinis; ingrediturque Chorus mox concaua
Phœbes; *(bes.*
Arcadis & Cypridis rutilos hinc migrat ad or-
Signiferi post mensa vias, Solisque labores,
Gradiuique faces populis feruore nocentes;
Intrat tecta Iouis; gelidiq. cacumina Patris.
Stellati interea laxatur Ianua Cæli,
Apparentque Dei sedes, superiq. Manipli,
Gemmarum quos vestis honor; quos splendor
adornat.
Ecce illi occurrunt animarum magna corona,
Virgineæque Manus stantes in Limine portæ,
Excipiunt Regem plausu, strepituque canoro,
Numinis at Genitrix innectit Virginis aurea
Cæsarie vario contextam flore corollam.
Ducitur ad thalamos Sponsi loca Mẽtibus apta;
Fulget vbi iubar Aethereũ; domus aurea gẽmis
Prænitet innumeris, circũ crustata smaragdo.
Hic pedibus teritur Iaspis, cum adamante To-
pazon, *(fundi.*
Chrysolithusq. nitens, pretiosaque bacca Pro-
Excelsum laqueare aulæ fulgere coruscat.
Intemerata Phalanx, palmis, niueoq. pudore
Inclyta, Virgineæ fert lilia candida sponsæ,
Purpureasque rosas spoliatas cuspide vepris.
Agmina circunstant olim quæ claustra pudica
Incoluere simul, queis Dux Scholastica Virgo

Nata

Nata gemella fuit, magnoq. coaeua Magistro,
Occiduas acies, qui primus legibus auxit,
Vexit ad extremos Christū Garamātes, & Indos,
Tam Benedictinae creuerunt Germina Turmae.
Est niueis adiuncta Poli Lauinia Diuis,
Vna & siderei Tecti viridaria calcans,
Elysiasque vias, vbi spirant Numinis aurae,
Perpetui & latices, salientibus vndiq. riuis,
Germina qui florum pascūt, atq. agmen odorū,
Laudibus hic alti celebrant praeconia Patris.
Serta rosis, violisque ligant, niueisq. ligustris,
Hic vbi veris honos superat vernantia Florae
Munera, Paestanos hortos, Hyblaeq. decorem.
His igitur permixta Choris Lauinia mansit,
Debita perpessi desumens dona doloris.
Fortunata nimis Virgo praecelsa Propago
Alicorniadūm Heroum; flos Aetheris alti;
Gloria telluris; decus immortale Parentum;
Proles sidereis solum seruata Triumphis,
Aeternisque toris Sponsi rutilantis Olympi.
Macte animi, generosa Nurus, quid viuidus ardor
Numinis, & duri tibi quid peperere labores,
Quid fusi gemitus saeua pro morte Satoris;
Non tot caeruleis legit Oceanitis in vndis
Gemmas, cum madidos Coniux Tithonia rores
Fundit, & optatis Neptunia Limina gazis
Ditans, assiduo conchas plangore maritat.
Nil homini prosunt argenti pondera; flaui
Nilque iuuant auri; nec auaro dira cupido.
Hoc vnum afflixisse animam, carnemq. flagellis
Franasse, & rigidis feruentia corda lupatis.

Tor-

Torquet mēbra dolor, citius sed perdit iniquas
Vires, æternum durant at munera pœnæ,
Et decertati viuunt sine fine laboris
Gaudia, quæ superis confert manus alta Ca-
teruis.
Ebibe nunc superæ suaues dulcedinis haustus;
Ambrosiæque dapes, Diuinæ fercula mensæ,
Emeritæ referant virtutis præmia menti.
Nosquoq. naufrago iactatos æquore Mundi
Dirige, per rabidos fluctus, per sæua Profundi
Frigora, & immanem Scyllam, vastamque
Charybdim
Vincere mortalis luxus, scopulosq. malorum,
Auxilioque precum; Cæli da tangere portum,
Ne subitò surgens Orci truculentus Orion
In vada torua premat, miserèq. furentis Auerni
Immergat fluuijs, animūq. in Tartara perdat.
At tu; Christe Deus, celsi Regnator Olympi,
Cordibus in nostris duro; in certamine vires
Accende, & lacrymis lethalia crimina purga,
Spiritus vt tandem fessos cum deseret artus,
Scandat ad immensas Aedes, thalamosque pe-
rennes.
Stat mens terrenæ molis detenta catenis,
Et vanè tentat se tollere præpete penna;
Carcere septa fero, varijs & nexibus Orbis;
Duc nos in patriam Diuum; sedesque paratas
Christiadis, Domini pretiosa morte redemptis.

VE-

VENERABILIS

LAVINIAE DE ALICORNIS

Miræ virtutis fœminæ vita, varijs Epigrammatum leporibus expressa.

EPIGRAMMA I.

De ortu ipsius eadem nocte qua Redemptor humani generis exijt ab vtero Virginis.

Exerit humanos soboles dum Numinis artus,
Nox eadem Natæ lumina prima dedit.
Sidereæ flammæ Cæli conuexa terentes,
Ortum fœlicem Prolis, & acta notant.
Signaque lætitiæ tremulo prompsisse nitore,
Aureis & linguis verba dedisse, reor.
Nox, Virgo, ætherei iunxit te Prole Tonantis,
Illius thalamo iunget & vna dies.

EPIGRAMMA II.

Idem argumentum.

SIdera præcipiti voluunt dum sæcla rotatu,
Natalemque diem Numinis Orbe vehunt.
Tu quoque, Virgo, tuæ Genetricis claustra relinquis,
Corripis & tardas Matris in Arce moras.
Sibila nulla times Euri; non flabra Boreæ;
Non iras Brumæ; non fera tela Noti.
Spiritus æthereæ perglifcens Prolis amore,
Exoriens, properat nocte videre diem.

De admirabili Lauiniæ mansuetudine.

EPIGRAMMA III.

VIx primæ teneriũ expleuit trieteridis æuum
Virgo, cum viridi nutrit in ore fauos.
Explicat humanos mores, mentemque serenam,
Nulla tenet molles pectoris ira fibras.
Fletibus innocuos vultus vix Pupa rigabat,
Nec duxit primos irrequieta dies.
Mitis vt est facie, mites sic exprimit actus,
Cum mitis sponsi sit subitura toros.

De

De eximia Charitate, Patientia, & Humilitate Virginis Lauiniæ.

EPIGRAMMA IV.

Nouit tergeminas hostili clade Phalanges
Virgo pudica, sacro bella parare sinu.
En audax animus, Dio perculsus amore,
Virtutum clypeis hostica tela vetat.
Tartareum domuit Patientia longa Tyrannũ.
Mens humilis luxum; corpora celsus Amor.
Sic, triplici iaculo, truculentos impetit hostes;
Et, Duce de trino, Miles inermis ouat..

Cum, arctioris vitæ desiderio, inter Moniales (quæ vulgò Capuccinæ nuncupantur) adsciſci cuperet, vehementiſſimum desiderium, parentum voluntati, qui id ægrè ferebant, subiecit.

EPIGRAMMA V.

Virginis ætherei cum Sponsi flãma medullas
Vreret, en Mundo iam dare terga parat
Quærere mens arctos ardet sub lege Penates,
Pauperiemque cupit, cunctaque dura pati
At, monitis cedens, Genitorum iussa facessit.
Et Patris obsequio libera corda ligat.

Fit voti compos, dum nec parere recusat,
Vnius domitrix, bina Trophæa refert.

Ingentes lacrymarum imbres D. N. IESV CHRISTI sub imagine emittebat.

EPIGRAMMA VI.

DVra necis superoLauinia mente reuoluens
Vulnera, quæ Regi Gens Solymæa dedit;
Ex oculis largus lacrymarum defluit imber,
Fletibus & crebris, ora, sinusque rigat.
Vnde valet tantos Virgo nutrire liquores,
Et tepido roseas pingere rore genas?
Nempè Amor innocuus, dum pectoris aggerat æstus,
En cor in lacrymas Dia fauilla liquat!

Idem argumentum.

EPIGRAMMA VII.

DVm subit ardentem Domini clementia mentem
Virginis, inferni quæ terit ora canis,
Rumpit inexhaustos imo de pectore questus,
Hæret & in teneris roscida gutta genis.
Qualis in Æthereo fulget Thaumantias arcu,
Dũ tumida in liquidas nubila cogit aquas.
Ta-

Talis erat, valuens Lauiniæ Numinis ictus;
Mœstitiæ nubes hinc liquat in lacrymas.

Ob assiduam orationem plagas in genibus contraxit.

EPIGRAMMA VIII.

DVm Virgo tacitis clamoribus Astra lacessit,
Depromitque pias nocte, dieque preces:
Vlcus hians gemini depascens poplitis ossa,
Bina fero torquet genua dolore Nurus.
Hæc, patiens, spernit violentos ægra dolores,
Assiduasque sacro protrahit ore preces.
Vulnera, Numen (ait) genibus das; vulnera cordi;
Vulnera, vulneribus sunt medicina meis.

Abstinentia ipsius admirabilis fuit.

EPIGRAMMA IX.

ALicorna famem Cereris Lux pellere frusto
Adsolet, & modico labra fouere mero.
Ipsa cupit tenuem telluris vescier escam,
Quin, nisi iussa, ardet se recreare cibo.
Nam solita ambrosiam Diuini sumere crusti
Mens, refugit viles carpere dente dapes.

Idem argumentum.

EPIGRAMMA X.

EXigua Cereri Virgo, modicoque Lyæo,
Despiciens epulas, guttura, læta cibat.
Lætitiæ Deus haud iactet, nec Mater Eleusis
Nutrire humano in pectore posse faces.
Spernit vtrunq. Nurus, diù gliscente fauilla,
Feruida nec terrent frigore membra dapes.
Vel si cana gelu ieiunia membra fatigant,
In medijs niuibus cælica flamma viget,

Diuturna ægritudine agitata, præter admirabilem patientiam, magnam mentis hilaritatem semper ostendit.

EPIGRAMMA XI.

ARida concussis dum verberat ossa medullis
Febris; dum morbus tabida corda premit;
Tetra genas macies languentes inficit artus,
Tristis & in vultu Mortis imago sedet.
Læta tamen Virgo gliscentis semina lethi
Despiciens, hilari gaudia mente ciet.
Morbus in insontem quid sæuas euomit iras?
Non ferit ora dolor, quæ regit altus Amor.

Idem

Idem argumentum.

EPIGRAMMA XII.

Laetitia superas prodit Lauinia flammas,
Squallida dum tabes frigore membra petit.
Namque Phalanx morbi pallentes sepserat artus,
Hostis nec timuit mens benè sana manum.
Corporis en animus solui retinacula sensit,
Vt vita tristi gaudia morte probet.

Idem argumentum.

EPIGRAMMA XIII.

ATra lues niueos dum Virginis occupat artus,
Cur inter risus pallida labra sedes?
Inficit vt roseos morbi vis improba vultus,
Languentis tenero cur Charis ore viget?
Mundanos felix viuens eluserat astus,
Plausibus, hinc moriens, laeta Trophaea canit.

Octo antè obitum dies Monialium Ordinis S. Benedicti habitum induit.

EPIGRAMMA XIV.

ANtè dies octo superas quam scăderet Arces,
Virgo pudica sacro vellere membra tegit.
Nam Benedictinis se ardet sociare Cateruis,
Innocuoque, libens, subdere colla iugo.
Tergemino nexu mores, mentemque coercet,
Libera vt æthereas sit potis ire vias.

Idem argumentum.

EPIGRAMMA XV.

TEcta prius rutili quam mens superaret Olympi,
Sacrata obduxit candida membra Chlamys.
Proxima si letho, carnis mens vincla resoluit,
Illam cur triplici compede Virgo premit?
Abnuit vna moras; Mundique perosa catenas,
Audet ad excelsas mox volitare plagas.
Ipsa, reor, viuens, moritur donata Tonanti;
Hinc moriens gemina morte, perire nequit.

Idem

Idem argumentum.

EPIGRAMMA XVI.

INstat vt extremi tandem luctaminis hora,
Armauit triplici cuspide corda Nurus.
His, inquit, telis hostis certamina vincam,
Cum iam sidereos sim subitura toros.
His armis potero sedes penetrare beatas,
Inter nuda acies Mens, nec inermis erit.

De Voto Paupertatis.

EPIGRAMMA XVII.

DItior vt Thalamos subeat Virgo inclyta Sponsi,
Pauperiem Domino, diuite corde, vouet.
Tollitur atque leuis celeri super Astra volatu,
Et dum spernit opes, diues in Axe nitet.

Ingentes lacrymarum imbres D. N. IESV CHRISTI mortem contemplans emittebat.

EPIGRAMMA XVIII.

INgeminat valido tristis suspiria questu
Virgo, & perpetuis fletibus ora terit.
Nam subeunt tenerã patientis vulnera mentẽ,
Hinc probat assiduo corda dolore premi.
Aggerat altus Amor superas in pectore flãmas,
Viuit & in gelidis Cælicus ignis aquis.

Idem argumentum.

EPIGRAMMA XIX.

ASpicit vt diua traiectum cuspide pectus
Numinis & bifida pendula mẽbra trabe:
Liuentes artus, & peruia vulnera clauis,
Lucida squallenti lumina tecta situ.
Orbibus e geminis lacrymarum profluit humor,
Irroratque pio larga fluenta sinu.
Nam Cælestis Amor cor Virginis igne liquauit,
Haud mirum in lacrymas si soluatur erit.

CON-

CONSCIENTIÆ RECTORIS SVÆ absentiam deflet.

ELEGIA.

DEseris, heu Pater, Ausonij dum litora Tybris,
Regnaq. tam velox Parthenopæa petis;
Est mihi crudelis regio, quæ prodiga profert
Delicias cunctis, terra beata, plagis.
Illuc carpis iter curarum, animiq. Magister,
Et, moriens, priuor mæsta medentis ope?
Tu regis auxilijs sensus, mentemq. gubernas,
Flectis & ardenti, tu mea corda sono.
Tu monitis auges superas in pectore flammas,
Designasque Poli, voce tonante, viam.
Instruis insidias vitare Achereontis iniqui
Regis, & audaces supposuisse minas.
Temnere qui luxus, & tristia gaudia Mundi
Consulis, & superis mente inhiare toris.
Orbatam tanto linquis solamine Natam,
Apparat extremum dum mea vita diem?

Spiritus en languet; decrescit corporis æstus,
Sustinet haud longas mens malesana moras.
Sæuus membra dolor rabido stridore lacessit,
Morborumque Cohors corda fatigat iners.
Depascit macies malas, eliminat ostrum;
Strataq. vix miseræ frigida membra regunt.
Viribus exclusis salientes verberat artus
Febris, & informi conficit ora situ. (cent;
Luminibus placidā prohibent mala somnia pa-
Somnia venturum quæque dedere Patrem.
O quoties præsens mæstam solatur imago,
Auribus & resonat vox inopina, venit.
Tristitiā vexati oculi, gemituque perenni
Mens, trahit innumeros irrequieta dies.
En assueta tuis curas iam demere dictis,
Solabar patrÿs tristia corda modis;
Narrabas tum gesta viri, tum gesta puellæ,
Pro sancta palmam quæque tulere Fide.
Fortiter vtq. Agnes, nondum trieteride quinta
Expleta, ferro membra secanda dedit.
Virgo vocas sequi vt fregit Catharina Tyranni,
Flexit & argutos, voce tonante, Sophos.
Nocte toros prima sponsæ cum visit Alexis
Spreuit, & Idaliæ gaudia blanda Deæ.
Diua vt Senensis supero splendore coruscat,
Suffixi spectans vulnera quina Dei.
Talibus afflictam mentem exhilarare solebas,
Vexabat nimius cum mea corda dolor.
Visere ne tardes Natæ Pater, ora labantis,
Namque gradu celeri Mors inamœna ruit.
Quæso, rumpe moras, Latios metire Penates,
Vrget te pietas accelerare gradus.

Lani-

Lanificæ properant stamen resecare Sorores,
Quis potis illarum flectere corda prece?
Menstrua Luna suum ter vix reparauerit Orbē,
Cum teget inuisum corpora nostra solum.
Auxilijs succurre pijs languentis Alumnæ
Viribus, hostiles voce retunde dolos.
Perfidus vmbrarum custos, stygijque Manipli,
Incestare minis pectora nostra parant;
Sæuit vulgus atrox, nostram bacchatur in Ædē,
Infestatque feris lumen imaginibus.
Quod si Tecta sacri lustrat præsentia Mystæ,
En petit infernos Turba proterua lacus.
Afflictæ tantum confers solatia menti
Christe Deus, sponsæ robur, & arma dabis.
Deficiunt vires si hominum, si pectoris ardor,
Suffice tu flammas, hostis & ora tere.
Spicula Diuus Amor, galeam spes alma parabit,
Ægide iam Fidei pectora nostra calent.
Ense Crucis vincam Cœtus strepitantis Auerni,
Sat mihi pro clypeo nomen IESVS erit.
Hoc potis est Erebi tetram subuertere plebem,
Tartareumque alta voce fugare pecus.
Ingeminant raucæ dulcissima nomina voces;
Semper in ore pium nomen IESVS erit.
Est animæ pax, certa quies, finisq. laborum,
Christiadumque virum credula corda beat.
Carius est sponsæ præ Nomen amantis IESV
Æquoreis gemmis, diuitijsque soli.
Est mihi dulce mori secum, dimittere lucem,
Vt volet in Christi corporis Aura sinu.
Redde mihi Patrem, bone Iesu; redde Magistrū,
Qui recreet grato tristia corda sono.

Voci-

Vocibus his alitur mens, reflorescit & ardor,
Et superat tabem, vis tepefacta, mali.
Fercula fert animæ, cupienti pharmaca vitæ;
Vitæ, quæ æternas vincit Olympiadas.
Squallida deserto iaceo dum mœsta cubili,
Iam refugit lautas guttur inane dapes.
Ora cibant mentis feruentia verba Parentis,
Sustentatque epulis languida corda sacris.
Hunc, bone mi IESV, sponsæ concede precanti,
His dapibus, moriens, viuere, læta queo.

Lauinia, post molestam trium mensium ægritudinem, patientissimè, & hilariter toleratam, tandem sedens, velut altera Gertrudis, spiritum Creatori reddit.

EPIGRAMMA XX.

TAndem pressa Nurus lãguẽtis põdere mor-
Intrepido vultu sydera adire parat. (bi,
Namq. sedẽs, animam Virgo dimittis ad Astra,
Nec, recubans stratum; nec vè supina premis.
Ardua mens superet secum traducere molem,
Viribus at pigro pondere corpus obest.
Membra valete (inquit) iã debita soluite Terræ,
Vna dies veteres iunget amicitias. (dem
Pondus iners carnis, purum sinè pondere, tan-
Insuetas poteris carpere mole vias.

Idem

Idem argumentum.

EPIGRAMMA XXI.

Virgineum premeret tabes cum lurida corpus,
Vexasset que lues membra tenella diu;
Decreuit fragiles animus dissoluere nexus
Corporis, Æthereas & penetrare faces.
Vitam, Parca, dabis crescentia stamina findens,
Post mortem melius viuere Virgo valet.

Idem argumentum.

EPIGRAMMA XXII.

Functa peregrinæ laudato munere vitæ
Virgo, sidereas apparat ire Domos.
Nam dolor, & macies, morborum & longa Caterua
Opprimit internas, ore furente, fibras.
Destituit miseros hilaris nam Spiritus artus;
I nunc, hos (inquit) turba molesta pete.

EPITAPHIVM I.

HIc iacet illa Fori Lauinia, gloria Liui,
Quæ gestis Atauum nobilitata nitet.
Celsior; ipsa fuit ad sidera tollitur astis,
Et virtute potis sit decorare Genus.
In tumulo, viuens, luxus componit inanes,
Viueret, vt moriens, intumulata Nurus.

EPITAPHIVM II.

FErt mihi mors requiem: nam viuere vana voluptas
Extitit, imò fuit vita, perire citò.
Non mihi, sed Christo vitalia pensa trahebam,
Vt moriens, vitæ viueret aura diu.
Cum mors dira fero tãdem me dente momordit,
Perpetuo vt viuam tempore, sæcla rapis.

EPITAPHIVM III.

HÆc dum Busta vides, violas ne funde, viator,
Lilia, nec mixtis cana ligustra rosis.
Occulit hic tellus molem qua vita grauatur,
Quiduè animũ maculat, sordida terra tegit.
In tumulo Virgo vitæ contagia claudit,
Ætheris adque toros, max sine labe, volat.

EPITAPHIVM IV.

ILla ego, quæ assiduo lacrymarum flumine laui,
Ad Domini starem cum gemebunda, pedes;
Fontibus exhaustis oculorum, corpora tandem
Tabida, sunt atri facta rapina situs.
Post obitum didici, flendo vt potuistis, ocelli;
Lætitiam lacrymæ, nam peperere mihi.

EPITAPHIVM V.

ME Liuij genuere Fori primū Vrbe Parentes;
Romuleum pauit post mea membra solū.
Hic vbi Diuorum meruit seges aurea palmam,
Mens bibit innocuum nectar (Olympe) tuum.
Pectora non Cypris flexit; nec cuspis Amorum,
At mihi diripuit corda supremus Amor.
Hinc sinè mundano viuam me corde reliquit,
Diuinum vitam cor & vtranque regit.

EPITAPHIVM VI.

CLauditur hic gelido sub marmore Gentis Amazon
Alicorniadis, nescia Marte Nurus.
Miles inermis erat, virtutum at robore cincta,
Tergeminum potuit vincere Geryonem.
Nam Mundum domuit, Carnem, Stygiumque Tyrannum,
Tarpeias superum mox parat ire vias.
Arma fuere Fides, pietas, suspiria, fletus,
Virgo quibus pugnae læta trophæa tulit.
Hoste triūphato, hic animus sua pōdera clausit;
Sic leuior, tenui comprimit Astra pede.

In

In laudem Reuerendiſſimi P. D. Andreæ Mancuſi Congreg. Caſſinenſis Abbatis,

Cum quarta vice in Præſidem Generalem eiuſdem Congregationis eligeretur.

CARMEN.

Exere Calliope lepidi modulamina cantus;
Concine magnificas, diuino carmine laudes.
Tractes Apollineos tunſa teſtudine neruos
Dextera, Mancuſos plectro comitetur honores.
Fama per Auſonias currēs immurmurat Vrbes,
Fundit & in totum lætantia gaudia Cœtum.
Anxia ſidereos linquens Aſtræa nitores,
Signiferiq. domos, exæquans pondere lances;
Sume chelim dixit, numeroſaq. carmina, Vates,
Et tibi dilectis indulge voce Camænis.
En noua voluuntur tanto ſub Præſide ſæcla,
Et Benedictinæ reuireſcit gloria Prolis.
Librat hic æquali noſtras examine leges,
Arbitrioque ſuo fundamina tuta parantur.
Illius haud Minos, nec ſuſpirata Solonis
Tem-

Tempora, praeclaris obscurant nomina gestis:
Cerne renidentis surgentia munera Patris,
Quę quater in trinis vidit splēdescere lustris,
Consulis vt celsas decorarint luce Curules,
Ne desint fluidis vocalia pabula venis.
Aspice, quam magnis florent Annalia factis,
Quæ Latios poterunt longe superare Catones.
Cerne quibus Siculę gaudeat successibus Vrbes,
Fleuerit & quātum florens Trinacria Ciuem.
Inclyta velabat dubios Messana tumultus,
Vnica quæ cudit pro Regnis Aera Sicanis;
Ipsa pati metuens proprij dispendia iuris,
Vnus hic Orator, toto plaudente Senatu
Eligitur, duram curet, qui flectere mentem
Principis & patrias arcescat robore flammas.
Quid non emollit docti facundia Patris?
Flumina gemmiferę quid non potuere loquelæ?
Fregit hic argutis Regalia pectora dictis,
Præsidioque suo feruentes expulit æstus.
Quis populi vultus, mæstæ quæ gaudia Gentis?
Creuit amor Procerum, laudum pręconia pleno
Ore tonant, tangitq. Polum Mancusia virtus.
Nec minus enituit cultæ prudentia linguæ,
Cum stetit implicito mistis concordia nexu;
Sedauitque sacræ fluitantia pectora Turmæ.
Cœperat antiquo Gens fœdere vincta Casino,
Quæ Benedictinæ sequitur vexilla cohortis,
Sicanijsque modo miro resplendet in Oris,
Iura salutaris socialia soluere legis;
Andreas subita disiecit voce procellas;
[illegible] vacillantes firmauit dextera sensus:
[illegible]s perturbent spumantis guttura Scyllæ

Nec

Nec ratibus, (dixit) rabies inimica Carybdis,
Fluctibus haud Cymbã perterrens obruet vnda,
Quam regit excelsi nostri Cynosura Parentis.
Ite per Hesperias Vrbes; per inhospita saxa,
Nec vos abruptæ compescant frigora Rupis,
Vngula Cornipedum duros cum proterit Alpes;
Non gelidus Boreas; non diro Sirius igne
Vos vrent; Zephyri mitescent ore (Sicani)
Dissita dum vestras vrgent Comitia mentes.
Namq. suã magnus sobolẽ Patriarcha tuetur,
Incolumesque viros optatas ducit ad Vrbes.
Hunc qua laude putas dignum, qui penè ruẽti
Magnanimos humeros Benedicti subdidit orbi?
Nunc, quid Atlantæum collaudat fabula dorsum,
Quod benè veloci dinexerit Astra rotatu?
Terga Senis taceat Patri conferre vetustas:
Nam plus hic validis labenti viribus Orbi
Profuit, vt prudens animi constantia firmat,
Quidquid in aduersum vesania cæca parauit.
O quã nobilibus decorauit Claustra trophæis,
Altaque purpureis ditauit Templa tapetis?
Credita cuncta vident auctos Penetralia census,
Dũ renouatus ager vigili sub Patre redundat.
Si regimen sacris cogit munire Cateruam,
Legibus, hunc primò legaglia vincla coercent.
Namque sui domitor, rigidus seruator honesti,
Imperij duros fasces exercet in aulam
Mentis; & ardentes gaudet strauisse calores.
Tanta viri pietas, horum prudentia morum,
Ingerit in sobolem, pulsa formidine, amorem.
Est cunctis Genitor, curat sed plectere sontes,

Vniu

Vnius ob noxam ne publica damna virescant,
Et trahat infestæ Cœtus contagia culpæ.
Iam Numa, iam Curius, iam num redit ipse Camillus;
Iam tres consurgunt vno sub sidere soles.
Quid nunc tergeminumGerionæ iactat Iberus?
Monstrum imane gerens ternum cum corpore corpus;
Quodque tribus dextris crudelia bella ciebat?
Vna faces fundit, torquet sed tela secunda;
Tertia pennigeris transfigit corda sagittis.
Relligio, Pietas, dulcis Clementia Patris,
Quæ mentis celsa, sapiens, copulauit in Arce,
Dextræ sunt triplices, quibus agmina tetra retundit
Dæmonis, & stygios victor transuerberat hostes.
Mantua perspicuis, quā pulsat Mincius vndis,
Intrepidos placidæ vultus mirata senectæ,
Obstupuit, tantas pectus deuoluere curas.
Alloquio facilem dum captat Principis aurā,
Votorum vacuus nunquam discedit ab Aula.
Surgit in irriguis Mantoi Principis aruis
Cœnobium Italiæ decus, inclyta fama Casini,
Floret vbi pietas, reuirescit & æqua Lyceo
Gloria, tum virtutis honos, & adorea morum.
Moles tota Domus artis miracula iactat,
Atque Vrbem magis ostentat, quam Claustra Virorum
Relligiosa Cohors vbi laudes soluit Olympo.
Eridanus propriùs liquidis immurmurat vndis:
Abluit, & quoties spatiosos deuius agros,
Lambit arenoso sublimes ore Penates,

Ter-

Templaque limosis perlustrans inficit, vndis.
Pinguia conspicuum despectat iugera Tectum;
Quodq. solũ proprijs centum sulcatur aratris,
Quidquid & immenso solatur lumina tractu.
Cœnobij Andreas nutantis rexit habenas,
Tempore iactatus sæui quo turbine Martis,
Nondum sanguineas cessarat flere ruinas.
Fortis Atlas humeros obiecit pœnè ruenti,
Sustinuitque sacræ fluitantia pondera molis,
Infestos soboli robustus contudit hostes,
Impiger & vario dissoluit Claustra tumultu.
Maiestas niueis splendet quæ turgida canis;
Quamq. parit semper niuei reuerentia vultus,
Frænauit patulos spectatæ gentis hiatus,
Quæ fuerat bona sacrorũ populata Penatum.
Imperiosa viget tenero sub corde potestas,
Qua formidantes audet lacerare rebelles.
Cessit huic magnæ petulans audacia dextræ,
Curuauitq. caput, supplex venerata Parentem.
Lumine mox cupidæ successus conspice mentis,
Quos posuit varijs Præsul cum fulgeret oris,
Quosque nec obscuri mergunt obliuia lethes.
Fulgida iam tacitis loquitur Florentia linguis;
Vrbs, & cærulei potat quæ stagna Ticini,
Et tu Sena virens, omni felicior Vrbe,
Cuius ab auspicijs bellatrix Roma resurgit,
Splendidiorq. viget deiecti fama Quirini.
Inclyta clarescunt, alijs redeuntibus Astris
Culmina, spectat Apex optati præsidis ora,
Alta Casinatum, qui sustinet Atria dorso.
Exultant reduces festiua ad gaudia fasces.
Attolluntq. suos Mancusia sidera fastus.

Iam

Iam post egregios actus, cumulata trophæis
Pectora iucundæ suspirant dona quietis.
Iam veneranda venit passu leuiore Senectus,
Inficiuntque sacros albentia vellera vultus,
Dum fessus grauidas inhiabat fallere curas,
Cogitur ad primos quartum remeare Caruleis.
Mitrati Proceres, & Cætus totus anhelat,
Anxius experto ceruicem subdere Patri.
Qualis in Eois sylvis Titanius Ales,
Lampade Phœbæa languentia membra resoluit,
Restituitque suam viridi cum flore iuuentam
Ossibus, internas resouet dum flamma medullas;
Haud secus Andreas molis cum pondera sensit,
Exuit effetæ trepidantia corda senectæ,
Mentis & annosos cum lumine roborat artus,
Dum feruens vacuis vitalia flumina venis.
Talibus Astrææ dictis Mancusius Heros
Dum colitur gratas iam voces Musa resoluens,
Aptabat rutilis lætantia carmina gestis,
Pieridumque Choros ad publica festa vocabat.
At Dea, quæ varios terrarum ponderat actus,
Pectora Castalio postquam calefecerat æstro,
Mulserat ambrosio nostros & rore labellos,
Ventilat aëreos, ventoso remige tractus,
Æthera compenetrat, prodit qua signifer ignes,
Et nitida gemmas lances in sede locauit.
Calliope interea, toto coeunte Sororum
Cœtu, dulcisono Mancensia Munera versu,
Laudat, & harmonico demulcet pectora cantu.

CAL-

CALLIOPE.

QVi (Pater) exhausta tandem trieteride quinta
Iam Cætus faciles inflectis dexter habenas;
Es decus excelsæ Sobolis, Regnique Sicani
Splendor, & astriferæ semper laus summa Tiaræ:
Aurea concordes producant stamina Parcæ;
Vt tibi Nestoreos Lachesis cum neuerit annos,
Semita ad æthereas ducat te lactea sedes,
Vt geminos vincas cinctus splendore Triones.
Nam, qui supremos Proceres virtutibus equat,
Huic via sternit iter, quę ducit ad Atria Diuũ.

CLIO.

POst Clio resonis concredens carmina neruis,
Ad citharæ tactum sic soluit in aera voces.
Qui secat vndisonum veloci Puppe Profundum,
Sollicitatque citis fluitantia Robora remis;
Turbida carbaseis frænet ni flamina velis,
Protinus Æquorei moderatrix dextra Magistri,
Cogitur effræni fieri citò præda furoris.
Cymba Casinatum mundani turbine Ponti
Iactetur, rabidos remis dum peruolat æstus.
Cum regit aereos Mancusia dextra rudentes,
Aeolus in cassum stygius fera flabra resoluit.

THALIA.

MElliflnos modulos comitatur voce Thalia,
Et finè Cecropio gaudet cecinisse cothurno.
Surgite Virtutes; vestri nunc Rector honoris
Tollitur, & cultæ florescunt germina mentis.
Debita laurigeræ donantur præmia Turmæ,
Claraque contempti consurget fama Lycei.
Stat labor; ingenij vigilans industria lucet,
Et nullus meritæ sapiens fraudatur oliuæ.
Aurea voluuntur vobis modo tempora, Diuæ,
Quæ vaga persensit facundi fama Maronis.
Virtutum columen rutilat Mancusius Heros;
Splendida doctiloquæ reserat qui dona Mineruæ.

EVTERPE.

FLatibus Euterpe calamos vrgere canoros
Sollicita, altisono laudes mox concinit ore.
Redde genas Astræa tuas; telluris honores
Sumere ne spernas, librantur munera iuris,
Iustitiæque pares exæquant pondera lances.
Desere sideream sortem; primosque Penates
Visere ne tardes; Mancuso Præside, sontes
Iura premunt: iterum, rediens, dominabere felix,
Nam tuus innocuas leges tutatur Alumnus.

MEL-

MELPOMENE.

MElpomene Tragicos curans deponere casus,
Carmine lætatur lepido indulgere sorori.
Sidera dum roseis radians Mancusia flammis,
Aurea stellatæ cesserunt agmina Molis;
Parrhasis ardentes ignes compescuis Arctos;
Vrere iamque Leo flamma leuiore fatetur;
Ensifer indomitam dextram denudat Orion,
Armat & infesto Mancusia sidera ferro.
Omnia virtuti cedunt: sic Astra coronant,
Qui potuit gestis nulli fulgere Secundus.

TERPSICORE.

TErpsicore calamos relegens, ad murmura traxis
Aera, mox fudit dulces è pectore cantus.
Alma Iouis rigidum mulcens, Clementia pectus,
Quæ superum flammas arces, vultusque furentes.
Iam mitis veniens, miseris allabere terris,
Claraque turbatas flectas præsentia mentes.
Relligiosa tibi Andreas Delubra parauit;
Inque pio spectas clarescere munera corde.
Diua, Casinatum celebras tua Nomina Cætus,
Sumis vt emeritos Proles Mancusia Fasces.

ERATO.

INcipiens Erato plectro sociare Choreas,
Dulcia composito glomerabat gaudia motu.
Culmina festiuos tollant Parnassia plausus,
Nec blandis fidibus crinitus parcat Apollo.
Fascibus, atque Togis docti donantur Alumni,
Dum tenet Andreas summæ fastigia sedis.
Gaude, doctisonæ rupis numerosa Caterua;
Imperat en Virtus; ponitq. ignauia sceptrum,
Præside sub tanto, remanetq. inglorius Hostis.

POLYHYMNIA.

VOcibus instabiles iungens Polyhymnia gestus,
Congerit hymnisonas festiuo pollice laudes.
Stemma quod horrendos proauum sibi finxerat enses,
Iam concessa notat præcelsæ dona Curulis.
Cederet vt gladium, dextram exarmauit Orion,
Armaque longæuo placuit cessisse Parenti.
Aurea virtutum, qui sic benè vellera seruat,
Pellit hic æthereo vitiosas ense Phalanges.

VRA-

V R A N I E.

VLtima lætificas comitatur Virgo Camœnas
Vranie, tremulo variant modulamine voces.
Tempus edax rerum solum vitalia truncat
Stamina, dum potuit Parcis imponere metam.
Impauidus cursu iuueniles edomat artus,
Luminibusque struit tetræ velamina noctis.
Stamina sed nequeunt ferrato rodere dente
Tempora, quæ duro Virtus adamante reuincit.
Sic Diua innocuos Mancusi roborat artus;
I nunc, & solidam Tempus, dissolue senectam.
Dulcia vocales sociarunt carmina chordæ,
Mellifluoque nemus totum clamore resultat.
Aera mulcebat sonitus, zephyrosque fauentes;
Et rediens, altis in rupibus assonat Echo.
Castalios latices iunctæ petiere sorores,
Inq. citis properant reuocare silentia lymphis.

De MANCVSIIS Sideribus in gentilitio Stemmate expressis.

EPIGRAMMA I.

INclyta sidereis rutilant quæ stemmata flammis,
Andreæ innocuis actibus omen erant.
Tergemino celsæ signantur sidere dotes,
Nempè Fides, Pietas, Religioque Patris.
Hęc tibi sunt Helice, sunt hęc Cynosura, Casine,
Obruet haud stygij gurgitis vnda Ratem.

Idem argumentum.

EPIGRAMMA II.

TEssera sunt alijs flores vernantis Hymetti;
Germina vel læta quæ parit Hybla solo.
At tibi, magne Parens, innectunt sidera crines,
Inque tua triplici lumine fronte micant.
Cæsariem decuit talem redimire coronam,
Quam Leo non æstu; nec fera flabra secent.
Tempora perpetuis ornarunt sidera sertis,
Cuius in æternum viuere gesta dabunt.

Idem

Idem argumentum.

EPIGRAMMA III.

Sidera Mancusi variant en Tegmina crinis;
Ite procul tumidi gemmea dona Maris.
Ite procul Conchæ, Nerei speciosa supellex,
Eoi gemmæ littoris, ite procul.
Ite procul grati, radiantes igne, Pyropi,
Quasque faces Indus colligit, ite procul.
Cedite telluris lapides; hunc Astra coronant;
Moxq. premi cupiunt semper in Axe pede.

De Gladio in MANCVSIIS Insignibus expresso.

EPIGRAMMA IV.

Vndè sibi dirus Mauortis prouenit ensis?
Qui, Pacis Custos, horrida bella teris?
Cœlica blandiloquam tetigit Clementia linguam:
Mobilis hinc niueis exulat ira genis.
Mellea facundiæ discurrunt flumina verbis;
Inque tuo Charitum corde renidet honos.
Flāmigerum placida pellas vt mente furorem,
Hostili hinc victrix fulminat ense manus.

Idem argumentum.

EPIGRAMMA V.

PRelia Centimanus Phlegre Briareus in arua
Cum cieret superis, bellica damna probat;
Dextera nam magni contorsit tela Tonantis;
Dira Gigantea strauit & ansa manus;
Cum petiit ætherei fulgentia sidera Tecti
Ardua Mancus cuspide fulta manus;
Fulmina nulla vibrat, demisso desuper igne
Iupiter, at Generi munera clara dedit:
Non hæc tela, Poli sunt noxia sedibus, inquit,
Protegit ætherum Præsul at Ense Polum.

De Gladio in MANCVSIIS
Vnde MANCVSII Nomen.

EPIGRAMMA VI.

SI benè præualido sic fulgurat ense lacertus,
Inclyta cur, Heros, Nomina læua dedit?
Dextera magnanima domuit virtute Leonem
Herculis: Æacidis pectora dextra premit;
Mutius ardentes spreuit temerarius ignes,
Cum dextra cuperet corda ferire Ducis.
Victores Proaui iam dextra bella gerebant,
Ancipitem gladium dextra rotabat Aui.
Intonuit lęuum dum Gens Mancusa triumphat;
Hinc, rear, & Læuæ nomina stemma tulit.

In laudem

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI SPINÆ,

Quæ in Ecclesia Sanctæ Crucis Casenæ asseruatur.

DISCVRSVS

In Offuscatorum Academia dictus.

A Che fine (Illustrissimi Signori, e nobilissima corona di sapientissimi Vditori) siete concorsi, per far pompa de' vostri splendori, e prodigo sborso della vostra cortesia nell' ampiezza di questo Teatro? Vi credere forsi, che venga rappresẽtato à gli occhi de' vostri purgati intelletti vn quadro di ben filato discorso, che da loquace fauella, quasi finó pennello leggiadramẽte guidato, co' i colori di figurati concetti, sù la tela delle vostre menti vada animando le glorie di qualch' Eroe? V' ingannate Signori; poiche vedrete comparirui d' auanti inesperto dicitore, assuefatto à coltiuare più la Solitudine, che le

le Paleſtre. Più 'l ſilentio, che l'eloquenza.

Quàm malè dulciſonos crocitat niger inter olores
Coruus! inamana turpat modulamina voce.

Inoltre, mi vien commandato, che diſcorra d'vn ſoggetto, per natura vile, inutile per proua, abbomineuole per rigidezza. Tratto di ſpine, le quali, ſi come iſteriliſcono il ſuolo, che dalla loro maluagia ſtirpe vien tiraneggiato, quanto più inaridiranno il mio intelletto, che priuo d'ogni ſapere, ne tampoco innaffiato dall'acque ſonore d'Helicone, ſi renderà mal pronto, per fare armonioſo concerto alle delicate orecchie di tanti Litterati?

Di quel germoglio tratto, che fioriſce ſolo per nuocere: che non s'impugna ſe non per ferire: che non s'inoltra fuorche per rapire l'altrui. Pianta feconda, ma ſenza frutti; fiore, ma ſenz'odore. Pianta, che ſotto vn ſimulato riſo di feſteggiâte primauera, naſconde ſaette, e dardi, per prouocare da gli occhi le lagrime. S'armano d'haſte, e d'aculei le ſpine, e ſquadronate in campo, à guiſa di militari ſchiere ergono trinciere; ò per impedire, inuidioſe gli altrui guſti; ò per chiudere, inſidioſe il paſſo à chi libero, e con piede ſciolto ſcorre per le campagne.

Senticomi Cœtus, tribulique, vepreſq; cruenti,
Apta ſolo ſterili ſylueſcere ſtipite acuto
Turba, triumphali ſtatione roſaria vallans,
Pollice Reginam reſecet ne dextera florum:

Exu-

Exules à noſtris glebis haſtata Caterua
Dumorum, ſaltus, & inhoſpita teſqua reuiſat.

Ma che? vaneggio fors' io? ò pure la mente rapita dalla Maeſtà di sì nobil Drappello; abbagliata dal fulgore di tante ſtelle, che nella Zona del voſtro Cielo raſſembrano marauiglioſo Senato di virtuoſi, diffida di poter proſeguire l' intrapreſo cammino, e giugnere alla meta?

Parlo di Spine sì: ma di quelle Spine, che tuffate nel ſanguigno liquore dell' Imperadore de' Cieli; in quell'oſtro vitale, fabricato per mano del Diuino Amore, nell' intemerata conchiglia del Virgineo ventre della Madre di Dio, e fatto doloroſo Diadema di quell' oro, che non tradutto dalle douitioſe miniere del Perù; ne raccolto nelle ricche ſponde del roſſeggiante Pattolo; ma che, come raggio Celeſte, fà Corona à quel capo, à cui ſi piegano l'Angeliche ſchiere dell' Empireo. Spina, che tempeſtata di quelle gemme, che traggono l' origine dall' Oceano della Diuinità, rintuzzano l' orgoglio delle ſuperbe perle di Cleopatra. Spina in ſomma, che traſpiantata ne gli Heſperidi dell' Eterna Sapienza, hà prodotto pomi d' oro d'vna ſanta carità à prò de' fedeli: onde di lei ſi può cantare.

Felix Spina ſacro Domini ditata cruore;
Teſſera Diuinis olim quæ nexa capillis,
Gnoſiaci ſuperat fulgentia ſydera ſerti,
Innumeraſq. Poli nimio ſplendore Phalanges.

 Ad

Ad ascoltar le Glorie di sì venturoso germoglio v'inuito, Signori, che rende la vostra Città non men riguardeuole per la pietà, ch'amirabile per la virtù; non men riuerita in terra, che rimirata dalle pupille del supremo Monarca, hauendo qui depositato vna di quelle Gemme, che formò Corona d'humiltà alle di lui, non mai à bastanza adorate, e riuerite tempie. Saranno mie parti l'innestare, quasi pronto Giardiniero nell'arbore della vostra religiosità la diuotione verso sì sagrosanto Virgulto, mostrandoui, Cesena viuer sicura sotto l'ombra di sì degna Reliquia.

La sagra Storia, che sotto la corteccia della lettera racchiude sospirati tesori d'allegorici sentimenti, racconta, nel Libro de' Giudici al nono, che gli arbori fatta florida ragunanza, e grazioso Senato di frondosi apparecchi fra di loro, hebbero lunghe contese à chi si douesse dare lo Scettro, e cedere le redini del commando. Finalmente, dopo torbidi contrasti, e discordanti pareri, risoltisi tutti di commun consenso al Ranno l'acclamarono per loro Rè. *Arbores olim* (dice'l Testo) *in Senatum conuenientes dixerunt Rhamno, veni, & impera super nos.*

Conobbe l'honore fattogli il nuouo Principe, e stimandosi oltre modo fauorito, vedendo, che non à trionfali Allori, non à fronduti Faggi, nè à' verdeggianti Mirti, ò vero à qualch'vno di quelli, che, ò per smisu-

smisurata grandezza ferisce col capo le stelle, ò per lunghezza di vita gareggia coll' eternità venìua fatta sì gloriosa offerta, ma ad egli solamente; volendo dare al Conseglio qualche nota della sua gratitudine verso di loro, rispose: *Si verè me Regem constituistis, venite, & sub vmbra mea requiescite.*

Che quel Cerchio funesto, del quale si ghirlandarono le beate tempie del Rè de' Regi fosse di quella specie di spine, che Ranno s'addimanda (delle quali n'è fertile la Palestina) vien riputata la più verace opinione fra quelli, che di ciò ne fanno grazioso litigio: E ne porgono chiara euidenza quelle della Sagra Capella Regia Parigiense; come pure quell'altre delle Spagne, del Monistero, che da quelle ne prende il nome; e le Louanienfi ancora; tra le quali, fattone diligente paragone, viene altretanto certificata la nostra sentenza, quanto indebelita la contraria, che di Gionchi n'appella la Corona del Redentore.

Depongasi dunque ogni ambiguità, Signori, che questo Diuin Piropo, sotto l'ombra del qual riposa l'impareggiabile Pietà de' cuori Cesenati, sia veramente quel Ranno destinatogli dal Cielo per loro Rè, e con riuerente ossequio dicangli: *Veni, & impera super nos*, offerendogli preziosi doni d'affettuose lagrime, le quali, à guisa di rogiadose stille cadute nel pelago della diuo-

 zione,

zione, producono marauigliose perle di emrito: poiche

Soluitur in latices oculorum perpetuus fons,
Cum funesta sacri meditatur acumina dumi
Sena, cruentarunt superi quæ tempora Regis.
Spicula, Christiadum maneant infixa medullis,
Talibus vt stimulis linescere corda probentur,
Vindicis humani generis dum Serta verentur.

E con ragione potransi cedere le redini del commando de' nostri cuori à questo purpurato Monarca, il quale vantando fregi di quel vitale cinabro, che spruzzò sopra di lui la trafitta fronte, vittorioso sù 'l Campidoglio del Diuinissimo Capo del Redentore n' ascese, per rendere del suo nome immortale la fama. Che se quell'Ercole inuitto, alle di cui forze piegarono (se dobbiamo prestar fede alla superstitiosa Gentilità) le Deità de' Fiumi; le più vigorose fiere delle selue; e la trifauce belua del Tartareo Regno; se n' andaua superbo, per hauer sconfitto il Leone della Selua Nemea, spiegando sù 'l spazioso dorso l' irsuto spoglio, quasi tolto stendardo al gran Rè delle Libiche Fiere: quanto più dourà gloriarsi questo venturoso virgulto, per hauer trionfato dell' inuitto Leone della Tribù di Giuda, riportandone per insegna lo spoglio, del quale ne stà pomposamente adorno, cioè il purpureo liquore tratto dalla sublime Conca del Capo di Christo? onde se

Sustulit exuuias porrecto dextra Leone

Hu-

Herculis, ut patrias remeauit victor ad oras,
Signa triumphati ostentant victricia Regis:
Ast ab Idumaeo consurgit fama Leone
Vepribus his maior, Diuini ut verticis aurum
Orbe coronarunt ficto, probrique Tiarà.

Fù questo pungente Dardo, quell'arma, con la quale il Trionfatore di Satanasso sconfisse l'infernali squadre, e domò di Lucifero l'arrogante cupidigia; il quale specchiatosi nel tralucente cristallo della sua natiua bellezza s'arrischiò di dire: *In Cœlum conscendam super astra Dei, similis ero Altissimo.* Ma per lo contrario, il più bello di tutte le Creature, coronato d'vn vilissimo cerchio, annichilò se stesso, e con questa profonda sommessione sconfisse la superbia dell'infernale Gigante, ed acquistossi vn nome d'ogni più alta stima degno; poiche, *in Nomine eius omne genuflectitur, Cœlestium, terrestrium, & infernorum.* Con quest'arme rintuzzò l'orgoglio del Principe delle tenebre, spogliò l'Inferno, incatenò l'auuersario, disarmò le squadre rubelle, spalancò le porte delle carceri, solleuò quelli, che sedeuano nelle tenebre, e nell'ombra della morte à gli eterni splendori dell'innacessibile lume della gloria beata.

Sic, moriens, vicis, viresq. refregit Auerni,
Et quibus occubuit telis, chostilia strauit
Robora contorquens vepabula vepris in hostem,
Vt caderet tenui prostrata superbia dumo.

Che, se con questo pungente Rampollo il

nostro

nostro inuitto Capitano carpì sì gloriosa palma; douremo noi dubitare di porger à quegli diuote suppliche, dicendo: *Veni, & impera super nos*, mentre siamo certi di riportare sì grata risposta: *Si verè me Regem constituistis, venite, & sub vmbra mea requiescite?*

Riposerai sotto la di lei ombra(ò Cesena) poiche, se Marte, rimirandoti con occhio toruo, cercherà d'atterrarti co' fulmini di sãguinosa guerra, arrichendo del vecchio Rubicone, e furibondo Sauio, di tiepido minio cauato à forza di ferro da i canali de' spiranti cadaueri i liquidi cristalli, e strepitando co' tuoni di fiammeggiante metallo, ardirà d'appareggiare al suolo le tua mura; hauerai sicuro ricouero sotto l'ombra di questa sagrosanta Mediatrice, e ti sentirai intonare nel cuore: *sub vmbra mea requiesce*. Se Libitina, famelica di putrefatte membra, e spolpate ossa, con falce fatale tenterà di mietere la moltitudine delle tue genti, seminando contagioso veleno d'abbomineuole peste, haurai sicuro rifugio sotto l'ombra di questa venerabile Protettrice, & adorandola diuotamente, ne riporterai dal Rè de' Cieli, che in pegno del suo amore te l'hà concessa: *Sub vmbra illius requiescite*. Se'l Cielo, rinchiudendo nel suo ceruleo seno quelle grazie, senza le quali assetata, & arida la terra niega di corrispondere à quell'aspettamento, che nudrisce il sudante Agricoltore

delle

delle pullulanti biade, e di rendergli quella vſura, la quale indolciſce ogni ſparſo ſudore: all' apparire di queſto ſalutifero Raggio, che fece Corona al Crino del Figlio della Vergine, vedrai reſerenata l'aria, dileguate le nubi, pacificate le ſtelle, e co' influſſi di benigni aſpetti piouere ſopra di te acque di diuine beneditioni: adunque

Finibus in noſtris bellorum fulmina Mauors
Torqueat, & populos infeſtis terreat armis:
Lurida graſſetur triſtes Libitina per Vrbes,
Auſa virùm Cuneos dira reſecare bipenni:
Nata Erebo violenta Fames premat ora labentum,
Et cupidum cruciet crudeli guttura orexi,
Reddere dum renuit cerealia munera tellus;
Protinus Arcis opem ſupremę porriget Anthor,
Queis dedit inuictis ſub ceſpite viuere Rhamni.

Se ne viue il gran Parigi ſotto l'ombra delle compagne di queſta noſtra Reina, e quantunque rachiuda nel recinto delle ſue mura vn Mondo, ſormontando le fabriche di Semiramide, ed i miracoli di Roma, oſtentando ciò che di bello hà ſaputo la Regia potenza da' più remoti confini raccogliere; nondimeno, fra tante merauiglie, di niuna più ſi pregia, che d'eſſer dotata di que' Virgulti, che coronarono le tempie del Monarca ſupremo dell'vniuerſo: che perciò, quando Lodouico il Santo, in ritornando da gl'infelici ſucceſſi dell'Aſia, portò ſeco coſì pregiato Teſoro, n'hebbe l'incontro

del

del Pastor Parigiense, che con piede ignudo l'accolse smaltandolo per la via di tiepide perle, che la Pietà Pastorale, fattasi grazioso torchio di tenera compassione, da' di lui riueriti lumi espresse. Parimente le Spagne stimanosi più douiziose per lo conseguimento d'altre Spine di queste germane, che per le dorate arene del Tago, e dell'Ibero. Che merauiglia dunque sarà, se Cesena da sì segnalato Dono arrichita, n'andrà superba, scorgendosi singolarizzata dal Cielo, ed eguagliata a' più nobili Regni del Christianesimo?

Ne pretenda la portentosa Menfi il primato sopra di te, ò Cesena, per l'hauer innalzato smisurate Piramidi, che nascondendo la sommità fra la densità delle nubi, par che tenta gareggiar colle Stelle, e cō lingua di pietra far palese al Cielo le glorie dell'Artefice; poiche, sotto picciola mole erge vasto Colosso l'adorato Cilindro, che sollevandosi sopra le più remote sfere de gli erranti Pianeti, arriuò à trapassare la più sublime Essenza, che l'humano intendimento possa figurarsi, cioè l Capo di quello, che solo è Altissimo fra tutte le Creature; che perciò

Culmina Pyramidum, Seneæ cunferre Cylindro
Audeat haud Memphis nilotica terra, remides
Sanguine quod Dio supremi Regis olympi;
Pyramis exigua hæc humili de germine creta,
Corpore parua licet, cæli super eminet Astris,
Eri-

Erigit & solium super alta cacumina celsi
Verticis, vndè trahit Diuini culmen honoris.

Quando dell'humana progenie il primo Padre, colà nel Paradiso terrestre, oue godendo vn fiorito giardino tempestato di quelle gemme, che la commun Madre, col latte dell'humore, nel gratioso seno alimenta, tutto festeggiante, e lieto, esiliaua dal cuore le turbulenze delle mondane vicende; postergato il supremo diuieto, fù dall'Angelo insieme con la rubelle Consorte, à suo mal grado, e de' posteri, da quello discacciato: la Terra, che prima vezzosa, e ridente con varietà di colori s'adornaua le chiome, e colla moltiplicità de' frutti, qual sagace Nutrice s'adattaua al genio dell'huomo, fatta squallida, e neghittosa, sotto 'l manto della sterilità nascose le sue grazie, e cangiò i fiori in spine, la bellezza in horrore, la prodigalità in auarizia, ne volse più, se non rotta à forza d'aratro, e tagliata à colpi di ferro fruttificare à prò della surgente generatione d'Adamo, e ciò, per hauer fulminato l'Eccelso Fabbricatore dell'Vniuerso la lagrimeuol sentenza contro l'infelice Preuaricatore: *maledicta terra in opere tuo, spinas, & tribulos geminabit tibi.* Sentenza altretanto gioconda nel secondo, quanto lagrimeuole nel primo, poiche in questo cagiona sterilità, ma in quello fecondità: mentre le di lui Spine germogliano frutti di Paradiso, e ricorrendo alla lor protezzione

ne

ne riceuiamo vna perpetua tranquillità, ed vn'incorruttibile godimento à prò dell'anime, sentendosi dire: *Venite, & sub vmbra mea requiescite*. Che se

In tribulos tellus olim sterilescere capit,
Vt miserè insidus sudauit, & alsit Adamus;
Sed valida postquam terebrarunt cuspide frontem
Numinis hi vepres, implentur rore iacentis
Membra soli, & largo gignunt cum fœnore fructus.

Riposa dunque sicura, Cesena, sotto l'ombra di sì fecondo Rampollo, poiche hora le maledizzioni son cangiate in benedizzioni, e ciò che prima non fioriua, che à tuoi danni, hora risorge à tuo fauore, per consolatione del tuo cuore. Se già le spine congiurarono à tua rouina, e s'armarono d'aculeo, non ad altro fine, che per offendere; al presente, da che hanno signoreggiato sù'l Capo del Redentore, di mille lingue adorne, ne chiamano à godere sotto le di lor'ombre vna santa quiete dicendo: *Venite, & sub vmbra nostra requiescite*.

Di questa Spina, cred'io, che profetasse Baruc al sesto, quando disse: *In horto Spina alba, supra quam omnis auis sedet*. Spina bianca si può questa veramente nominare, che inargentata col candore della Purità del Saluatore, germogliò à beneficio de'Fedeli, accioche sopra di lei, quai semplicetti Vcelli riposassero liberi da quelle molestie;

che

che l'astuto Vccellatore dell'Inferno, col vischio delle immonde tentazioni fosse per arrecargli.

Spina bianca dirò anche douersi chiamare, per esser innestata nel sagro Giardino Lateranense, oue scorgonsi germogliare fiori di virtù, e frutti di sante operationi, le quali colla loro soauità ristorano la Chiesa militante, e con pari fragranza rallegrano la trionfante. Inserita, dico, questa Diuina Pianticella in così delicioso Giardino, dal candor' estrinseco delle vesti, e dall' intrinseco della Religiosa pietà, della quale risplendono i Lateranensi Germogli, riceue la bianchezza, e spandendo i rami delle grazie celesti, porge sicuro ricouero all'anime, che, quai timidi Vccelletti, coll' ali della lor diuozione corrono à ricouraruisi sotto. Che perciò à ragione

Hic, sacer ornatur dumus candore niuali
Cinctus, vbi redolent viridaria Cælica, Patre
Structa Tagastæo, omnigena virtute referta,
Qua probitas plantata viret, tum regula morum.
Qualiter Ætereos argentea Luna nitores,
Inter, inexhaustæ fulgoribus ebria lucis,
Fraternæ radiat, nocturnas cornibus altis
Propellens tenebras, dat iura minoribus Astris:
Sic Augustini venerabilis emicat Ordo,
Christiadum Cœtus pariter qui nectare pauit
Eloquij, scriptis & contudit Hæresis Hydram,
Diuorum sacros illustrans lumine Fastus.

Spina

Spina bianca la potrei finalmente chiamare, per lo candore di pietà, che stampa ne' cuori de' virtuosi Offuscati, accoppiata con vna singolar riuerenza verso sì nobil Trofeo della salutifera Passione del Nostro Redentore, che ben sembrano vn' animato Cielo di lucidissime Stelle adorno, le quali collo splendore d'vn' amirabile Religione, destano ne' cuori de' suoi Cittadini sensi di singolar venerazione, ed influiscono ne' spiriti giouanili vna santa emulazione alla virtù con isbandimento dell' ozio, e fuga del vizio. Che se vanta' (Signori) d'Offuscati 'l nome, non istimo 'ia per altro, che per hauer me fra tanti ra[illegible]i di sapere aggregato, che coll' oscurità [illegible] vna balbutiente fauella, à guisa di nuuol[illegible] olleuata da' fiati de' vostri commandi, fà [illegible]mbra, ed offusca gl' Astri della vostra Gala[illegible]a, ed il Sole del vostro intendimento. C[illegible] sapientissimo giudicio anco vi gloriate [illegible]l cognome d'Offuscati, addottrinati da q[illegible]l detto molto ben tritto nelle scuole, che: *Opposita iuxtà se posita magis elucescunt*; conoscendo non potersi con più chiaro fregio far campeggiare gli splendori de' vostri viuacissimi ingegni, che coll' ombre d'oscuri Titoli da bassa caligine di virtuosa humiltà notati; per renderui non mèn singolari nel Nome, di quello vi siate nell' intraprendere azzioni degne d'eterna gloria. Che perciò

[illegible]nitur egregijs Academia Patribus aucta,

Haud

Haud secus, ac fuerit memorãda palæstra Lycei
Cecropidum, quà Graia Cohors monumenta Mineruæ
Ostentans, Cathedras inter, saltusq. loquaces,
Dogmata promebant toto resonantia Mundo:
Taliter atra Phalanx, Tuscæ, Latiaq. loquelæ
Eloquium exercens, doctosque Aganippidos haustus,
Septa licet nebulis, & cæca nomine noctis;
Attamen Eois quà Sol emergit ab vndis;
Quà vel in Occiduis lãpas cadit abdita Regnis,
Offuscatorum ferrugine cincta recludit
Fama magis meritum, dum lux sub nube renidet.

Ma, per non dilungarmi dall'incominciato discorso, dirò, che questo Celeste Tesoro di cui si gloria la vostra Città sia quel Vello d'oro, che'l famoso Giasone, dopò l'hauere con periglioso legno solcato dell'indomito Mare il dorso, e con fiero combattimento rintuzzato l'orgoglio della feroce bestia di Colco, riportò per premio del suo valore: poiche voi colla Naue de' vostri perspicacissimi ingegni solcando l'onde delle fattiche per far conquisto della Gloria, estinto il fiero Drago dell'inuidia, ne riportate per Guiderdone il Vello dell'oro, ch'è la protezzione di questa Sãtissima Reliquia, che v'instrada all'immortalità, & alla gloria; percioche

Initiis nostri dant serta virentia Regis,
Et decus immortale gerunt sub acumine Ramni.

Che

Che perciò di questo superbo Diadema se ne volse cignere 'l Diuin crine l' Imperadore del Mondo, allhora ch'asceso sù 'l Real Trono della Croce, debellò la morte, squarciò lo scritto dell' vniuersal perdizione, e spalancò le porte della felice Magione, acciò l'Anime rubelle potessero, colà ritornando, godere in compagnia dell'Angeliche squadre vna perpetua beatitudine: onde, à ragione si può con Papinio dire: *Et temperat Astra Galero*; poiche di sì marauiglioso cerchio adorno signoreggiò le stelle nel tempo della sua morte, ed hora domina le vostre menti, che, à guisa di tante stelle, vibrando raggi di stupendi concetti, si rendono tributarie al suo merito. O stupore! che

Sceptra Crucis dum, Christe, premis redimite Corona
Germinis insoliti, facibus das iura supremis,
Imperiumque Necis mirando funere pandens,
Cuspide dumorum Mortem transfigis iniquam;
Dirige corda Virùm, queis pignora sacra tulisti
Vepris, vt hostiles fodiant hoc ense Phalanges.

Nè vi sia chi dubiti, sotto la rigidezza di questa puntura Gouernatrice de' cuori di non ritrouar dolcezza, essendo questa vn' Ape sagacissima, che grauida di nettare Diuino, ed armata d' acuto dardo, indolcisse con quegli le menti de' fedeli, e con questo ferisce, chi, ardimentoso, presume d'offendere quegli, che sotto la di lei protezzione lieti ne viuono: onde si può cantare

Vini-

Viuite felices, Rhamni quos protegit vmbra,
Nulla nefas animos vis inimica teret.
Sæcla nouata tument, dum reuirente vigore,
Aridus & stipes viuida dona parit.

Vien riputato fatto di grāde stupore degno, quello, che leggesi nell' Esodo al terzo di quel Rueto Mosaico, il quale circondato di fiamme se ne staua ridente, intrecciando le chiome fra nembi fumicanti, e torrenti di fuoco, di verdeggiante smeraldo. Ma di minor merauiglia è il vedere hoggi, Signori, questo fiorito Rampollo giacersene nella fornace de' vostri infiammati sospiri, e nell' incendio de' vostri prieghi, spandendo i rami delle sue grazie, sotto l'ombra de' quali riposate, ed allargandosi la fiamma d'vn viuo amore verso 'l nostro Diuino Reparatore, ne riportate frutti di recreanti benedizzioni. Adunque

Iam cur Turba Rubū Mosis miratur Idumes,
Quod pandisset adhuc, ignis crepitante fauilla
Brachia ramorum, virides & germinis ortus!
En illæsa viret Rhamni inter pectoris æstus
Filia, nulla probans nostræ dispendia flammæ,
Ignitisque docet Cœli compendia linguis;

O verace Maestra del Paradiso, che con parole di spirito predicando n' insegni, non esserui altra scala per ascendere alla sospirata Patria, che quella delle Spine, colla tolleranza dell' humane angoscie, e de' mondani patimenti. O Primauera de' cuori, che germogliando Rose odorifere di santità, sol-

lieui le menti alla contemplazione della Diuina Passione, nella quale stà riposta ogni delizia dell' anima, e ristoro spirituale; poiche

Numinis in mœrore rosas, & veris honores
Inuenies; animi gaudia Spina paris.

O Celeste Corallo, che tratto dal Mare del sagratissimo sangue del Figlio di Dio; raffinato nelle diuinissime tempie; ed impietrato all' aura della di lui patienza, ti sueli hora à noi vestito di rubino, per darn' occasione di vagheggiare i tuoi fregi; e spezzando i cuori de gli erranti, ridurgli ad vn vero riconoscimento de' loro falli. Riuolta pure,

Lumina, cui noxæ témerant contagia mentem,
Ad pia Dumeti gemmata Corallia, Regis
Sanguine supremi; lacrymarum fonte rigabis:
Ora citò & cordis maculas hoc imbre lauabis.

O ardimentoso Prometeo saglìente alla sommità del capo del Rè de' Regi, che quale sfera Celeste, sfauillaua fiamme d'ardente carità; carpitone vna particella, animasti il gielo de' nostri cuori, riscaldandogli con santo desiderio, e compassioneuole tenerezza d'amore verso il nostro Consolatore Diuino: poiche

Sanguineo cum Spina rubet suffusa liquore,
Non quales olim sub rupe Prometheus hausit
Caucasea pœnas; sed læta triumphat Olympi
Induperatorem, subijt cum verticis aurum
Vnigena, vndè facem rapuit, quæ corda piorum
Vrit,

Vrit, & exanimes ad vitæ lumina ducit.

Ma ben m'accorgo, ò Celeste Reina, che'l moltiplicar concetti; e di Parnasso, e di Pindo, raddoppiar l'armonie, à finche resti à pieno commendato il pregio del vostro merto, altro non essere, che presumere con poche stille di zampillanti riuoletti far gonfiar l'onde di rapido torrente; con picciola lucerna accrescere del giorno la luce; e con rauca Cicala dar spirito alle corde d'armoniosa cetra.

Hor m'auuego, che il portare più in longo il discorso, altro non è, che opporsi à g'i allori di spiritosi ingegni, che con Homeriche trombe aspettano di far ribombare co' i loro dotti componimenti 'l vano di questo Teatro, per riportarne la meritata corona d'honore; che perciò col Principe delle Muse latine

Claudere iam riuos liceat; satis aure bibistis;
Laudibus in Vepris sat sonuere lyræ.
Quid geminata valent encomia vocis? ad instar
Noctiuagæ eloquium nubila signat Auis.
Obtenebrare, reor, magis almi lumina Dumi,
Quo plus insolitos gutture texo modos.
Est dixisse satis: Spinæ nam gloria Senæ,
Diuinum iaculo perterebraße caput.
Audax errauit Dumus, tulit vndè cruorem,
Indè suæ famæ nomina diripuit.
Maiorem cecinit Vepris impietate triumphum,
Fecissetque minus si pius antè foret.

HO' DETTO.

De Sanctissima Cæsenatensi SPINA.

EPIGRAMMA I.

SÆuit in Virginea dum liuida Spina Tonantis,
Et fodicat Diuum, fronte rubente, caput;
Vitales vndas exoluit cuspide, vt Orbis
Languentis fieret certa medela cruor.
Cur te (Spina) trucis temerant cognomina teli?
Sunt hæc Christiadum tela cruenta, salus.

Ad eandem.

EPIGRAMMA II.

SEnticomos inter solitus syluescere saltus
Stipes, in Ætherei vertice Regis ouat.
Vincit opes, Neptune, suas; tua flumina, Hydaspes,
Non maiora Tagus, sed nec Iberus alit.
Ora dolorifico dum Numinis inficit ostro,
Liuidus haud crines; aureus imber arat.
Imber lucifice tergens contagia noxæ,
Lætitiam vitæ, Funere Rege, ferens.

Ad

Ad eandem; cum allusione ad illud Geneseos: maledicta terra in opere tuo, Spinas, & tribulos germinabit tibi.

EPIGRAMMA III.

TEmpora dū terebrat Paliurus cuspide dira
Numinis, excexosas Spina repentè parit.
Mæstitiæ en hyemem pietatis vulnere soluit,
Et rediit fuso sanguine veris honos.
Dedidicit tunc dura cohors sterilescere dumùm,
Cernis & è rigido surgere sente rosas.
Gaude, Terra, alter de Virgine prodit Adamus,
Cui sinè flore vepres, florea Serta ferunt.

Idem argumentum.

EPIGRAMMA IV.

POst patriā labem, gemebundo squallida luctu
Tellus, dumoso tegmine membra tegit.
Iusta fuere doli decreta piamina nostri,
Quæ Mulier morsu, virque dedere suo.
Presserunt postquam Vepres sacra Regis Olympi
Tempora, fæcundas mox genuere dapes.
Nam mala cuncta leuant, quæ malum contulit
Orbi,
Vulneribusq. nouis, vulneraq prima fugant.

Ad eandem Sacratissimam SPINAM.

EPIGRAMMA V.

CÆsariem superi tetigit cum Spina Parentis,
Diaque præcelsi verticis ostra bibit;
Non damnata rogis, valida nec cæsa securi,
Sed magis omnigenis digna fit obsequijs.
Namque Redemptoris diuino pota cruore,
Infœcunda licet, cælica dona parit.

De eo quod hæc SPINA Firmo Cæsenam translata fuit.

EPIGRAMMA VI.

ME tenuere prius Firmana sacraria; Senæ
Excolo dilectas nunc Rubiconis aquas.
Pignora quandoquidem sunt Regis acumina nostri,
Cui placuere vepres, Hospes vt Orbis erat.
Mitteret hic Senæ pretiosa vt munera, amoris
Signa, dedit rabidi tela tremenda vepris.
Talibus auxilijs via cœlica proditur olli,
Nosceret vt tribulis gaudia ferre Poli.

SPI-

SPINA Christi verus Thesaurus Cæsenæ.

EPIGRAMMA VII.

Sollicitent alij communis viscera Matris,
Auri quos cruciat perniciosa fames;
Tu, Cæsena, Deo dilecta, amplectere Spinas;
Quas tibi largitur Numinis altus amor.
Sensibus in duris latitant pia Dona supremi
Regis, emitque Poli Tecta beata Vepris.
Illius geminis tu spicula stringe lacertis,
Axis opes claudit; nam ferit, atque beat.

SPINA Christi Corona Cæsenæ.

EPIGRAMMA VIII.

Quæ potui crines, olim, redimire Tonantis,
Nobilis en Senæ Tessera sancta vocor.
Vrbis honos ego sum, Populiq. iuuamen amici,
Vectus & auxilijs proteret Astra meis.
Ore tono, moneoque, licet sermone silenti;
Gaudia Regnorum spicula Vepris habent.

EPIGRAMMA IX.

DVm tua (Sena) premunt grauiora pericula casus:
Mœnia, subsidium Spinea tela ferent.
Classica seù reboant circùm strepitātis Auerni;
Siuè feras renomat Thracia Luna minas:
Hii instructa armis, audentior ibis in hostem,
Atque sub imbelli, vis inimica cadet.

SPINA Christi Triumphus Cæsenæ.

EPIGRAMMA X.

EXultant reduces, præcincti Daphnide, Mauors
Queis dedit hostiles exsuperare manus.
Victor at ad superos pergit, meliore triumpho,
Qui pede constanti Spinea Castra premit.
Signa triumphalis tibi sunt (pia Sena) Coronæ,
Paupere quod dumo dat tibi Christus opes.

EPIGRAMMA XI.

Rex superum Christus monstraret vt indice calles
Aetheris, obduxit compita sente Poli.
Hinc tibi (Sena) Vepres cessit, qui, voce Magistra,
Sidereos doceant te penetrare Tholos.
Aspera trames habet; tamen hic tutissimus ibit,
Qui tribulos Mundi quærere spontè valet.

De Christi SPINA in Templo Sanctæ CRVCIS Cæsenæ honorificè asseruata.

EPIGRAMMA XII.

Vt Crucis ornarem Penetralia, vecta quiesco,
Mira vbi cernuntur Lipsana, digna coli.
Aequum erat, ipsa comes fueram quæ Roboris, vndè
Rex obijt, socio sim copulata lari.
Hic geminata valens Plebs instrumenta tueri
Mortis, in immensis corda liquabit aquis.
Quam Domino, Patriq vices mœrore rependet?
Namq. dolere, puto est sic, sinè morte mori.

Ad Reuerendiss. P. D. Celsum Rosinum S. Cœnobij.
S. Crucis Abbatem, nec non Canonicorum Lateranensium Diffinitorem, qui Sacratissimum SPINÆ Thesaurum amantissimæ Patriæ dono dedit.

PARADIGMA.

Mutius Ausonijs tutamina præbuit oris,
Ambusta reprimens hosticaCastra manu:
Celsus at auxilio Vepris Rectoris Olympi,
Fert patriæ innocuis Ciuibus Vrbis opem.
Dux latius, spretis facibus, dare terga coegit
Militiæ pressas, forte timore, Manus.
Hic Cuneos orci temnendo sente fugauit,
Queis formido dedit, Ditis adire lacus.
Astibus Hetrusci reflexit corda Tyranni
Ille, negans populis Regia bella pati:
Hic, Humili dumo, Senæ placauit Olympum,
Sanguinea pacem cuspide in Vrbe ferens.

Ad

Ad eundem Reuerendiss. Patrem D. Celsum.

De ipsius gentilitio Stemmate.

MAgne Parens Sophię, verę pietatis imago,
Nestoreos dignus viuere, Celse, dies,
Viue, precor, felix nostri, iubar inclyte, secli,
Quod sacer in gremio Sol Lateranus alit.
Immortale tibi virtutis Adorea Nomen
Fert, & Apollineo clarior igne micas.
Te Chorus Aonidum, sudataq. Claustra Lycei
Suspirant, bifidi culminis atque Sophi.
Celsus es eloquio, doctrina, & nomine; famæ
Gloria, cærulei verticis Astra ferit.
Iustitię, veriquæ tenax, Astræa bilances
Cum tibi consulerit, cuncta tenore libras.
Cur Rosa Stemma tuum, quam Diua inimica Pudoris
Cypris amat, Prolis si ferus hostis eras?
Non tua corda animum strauere Cupidinis Arcus,
Nec luxus hausit prima iuuenta notas.
Sed Solis Libyes vestigia sancta secutus,
Palladis auxisti dotibus ingenium.
Vix etenim niueum texerunt carbasa corpus,
Recta Tagastæo facta regente Patre:
Naturæ reseras vt mentis lumine fibras,
Et rerum causas, abdita quæque viris.
Rethoris vt partes ageres monumēta reuoluis,
Attica quæ tellus, Romula quæue tenet.

 In-

Infima transgressus, Triadis sublimia voluis
Dogmata, tum Monadis, Sol vt Aquinus habet.
Mox benè voce tonas, Cathedras & Pulpita scandens,
Christiadis pandis voce salutis opes.
At, reor, Hyblei rubicunda rosaria collis,
Te proprio gliscunt stemmate ferre Rosas;
Quod latè mirum virtutum prodis odorem,
Atque coloratis scripta referta rosis.
Vt Regina decus florum supereminet omnes;
Rosini cunctos sic praeit ingenium.
Quàm Iericunthis opes librorũ pagina iactat;
Purpureusque rosæ splendet in arte color!
Scis benè facta Patrum victurę credere chartę,
Qualis Apellæa picta tabella manu.
Exprimit illorum dotes facundia linguæ,
Sparsisse vt roseo dicta colore putem:
Sint igitur tibi Stemma Rosæ: Cognomina prestent:
Ingenito meriti vincis honore Rosas.
Sentibus innumeris Hyblę Rosa cincta renidet,
Furacis pateat ne fera præda manus.
Tu sale dictorum tua scripta, & acumine vallas,
Ne malus ingeminet Zoilus insidias.
At Rosa purpureo dum sæpè colore superbit
Pulchrior, heu, miserè, sole furente, cadit:
Sed tua, Celse, manet mundani funeris expers,
Post tua splendidior fata superstes erit.

In

In Iliadem sacram Reuerendissimi Patris D. Celsi Rosini.

EPIGRAMMA I.

DVm Tusco pœnas plectro meditaris IESV,
In lacrymas modulis corda (Rosine) liquas.
Carmine namq. tua Iliadem expressere dolorum
Numinis, in latices vt soluatur Amor.
Pectora dissiliunt, fibraque, iecurque parentant
Christi ad um Regi, cum, Laterannus Olor.
Gaudia, dulce melos: cogunt pia verba dolores,
Vnaque concipitur dulcis, amara Chelys.

Idem.

EPIGRAMMA II.

MOeonius cecinit Priami cum funera Vates,
Illius æternum vixit amœna tuba.
Extulit Vnigenæ postquam lacbrymabile fatum
Celsius, perpetua nomina laude tulit.
Ille sed Atridas, sæuumq. perennat Achillem;
Numinis hic lethum prodijt vndè salus.
Maior ab inuiso sed surgit Adorea ligno;
Arma, Ducesq. Crucis vincit inerme decus.

In Librum Orationum eiusdem.

EPIGRAMMA III.

Flumina Romuleæ Celsus pretiosa loquelæ
Credidit vt chartis, vocis & arbitrium:
Vincere Cecropidas audis, doctosque Quirites,
Aptius haud septem disseruisse Sophos.
Talis inundantis, celsæ est opulentia linguæ,
Vt Suadam iures nec potiora loqui.
Pagina Rhetoricis variata coloribus; instar
Cernitur Astrigeri, sed, sinè nocte, Poli.

Idem.

EPIGRAMMA IV.

Proderes vt culta facunda Volumina lingue
Cesenas Nestor, iudiciýque sales:
Rhetoris innumeros cumulauit acumine mẽtis
Thesauros, Charitum depopulatus opes.
Hic latię turgent monumenta loquacia Gentis,
Aureo quæ Gnatis Tullius ore dedit.
Lumina præfulgent nigris interstita chartis,
Quæ furuum simulant, sed, sinè nube, diem.

In

In Museum Poeticum eiusdem.

EPIGRAMMA V.

Currite, Pierides, vestros hic fundite cantus,
Celsus vbi iussit surgere Tecta Choris.
Linquite Pimplæas rupes, Antrumque canorum,
Pleno vbi diuinas ore bibistis aquas.
Hic vestris Musea parat concentibus Heros
Cæsenas; neruis associate modos.
Hos tractet numeros concors discordia Cætus,
Non Heliconis honos: hic Paradisus erit.

Idem.

EPIGRAMMA VI.

Cyrrhais cur, Celse, paras Musea Puellis?
Has decet an patrium deseruisse nemus?
Forsitan ad sacros Claustri glomerare recessus
Pegasidas cuperes, & viduare Nemus?
Ah scio! Apollinei iactes cum munera Vatis,
Aonides cogis Numen adire suum.

In Museum Peripateticum eiusdem.

EPIGRAMMA VII.

INter inamœnos saltus, syluasque silentes;
Naturæ docuit Rex monumenta Sophum.
Vrbibus in medijs tu sed tua, Celse, recludis
Dogmata, & hic cunctis fercula grata paras.
Non labyrintheis ambagibus abdita profers,
Vt Stagira suis credidit eloquia:
At rerum causas voluens ab origine prima,
Nexibus haud vllis ingenij hæret opus.
Hæc hominum cœtus melius Musæa reuiset,
Naturæ obductæ sic patuere fibræ.

In Museum Peripateticum.

EPIGRAMMA VIII.

SÆcula quæ Graijs miracula prisca dedere
Venturis iterum, docte Rosine, nouas.
Surgere namque iubes Musæa referta figuris,
Quas Argiua olim Porticus exhibuit.
Quidquid ope ingenij, calamique nigrore reuixit,
Celse, nec exprimeret Zeuxidis arte manus.

Hic decepit aues, dextra variante colores,
Decipit ille animos, arte animante Sophos.

In Galaxiam eiusdem.

EPIGRAMMA IX.

Nocte serenato rutilat via Lactea Cœlo,
Multigenusque vago tramite fulgor ouat.
Sydera namque Poli, iuncto candore niuali
Vincit, & innumera luce superba micat.
Haud aliter tua lucubrata Galaxia, Celse
Rhetoris astrigeras prodit in Orbe faces.
Semita clara Axis, nos ducit ad Ostia Diuum;
Hæc meriti calles, indice laude, refert.
Nam Virtutis iter mirandis explicat actis,
Inuidiæque licet nocte sepulta, nitet.
Sole oriente tegit radios sed Lacteus Orbis,
Ista vices inter, stat sine sola vice.

In Disquisitionibus Dialecticis eiusdem.

EPIGRAMMA X.

Quas celarat opes Dialectica, Celse, recludis;
Irradiasque nouis Lemmata Dogmatibus.

Nam

Nam labyrintheis obductu ambagibus antè,
Doctrinæ ambiguo clauserat ore logos:
Abdita tu Logices documenta, Rosine, reuoluens,
Ingenij illustras artibus, artis opus.
Plectere mille vijs Sophiæ instrumenta requirat,
Dædaleos astus hic labyrinthus habes.

In Quæstionibus Naturalibus eiusdem.

EPIGRAMMA XI.

NAturæ Gazis inhias qui pectore toto,
(Vir Sophiæ cupidus) dogmata Celsa bibe.
Dogmata celsa bibe, vt primas ab origine causas,
Quas haustis Celsus sis penetrare potis.
Cuius & ingenium rerum mirata Magistra,
Talia Materna voce dedisse, ferunt:
Voluat opus Celsi, nostros qui scire recessus
Ardet: anhelanti lux, sine luce datur.

In Librum eiusdem Reuerendiss. cui titulus: Galeria delle Vergini.

EPIGRAMMA XII.

CVm benè sis Tusca madidus, latiaq; loquela,
Lac Charites labris inbibuisse, ferer.
Vir-

Virgineos hinc, Celse, canis modulamine blando
Cœtus, & sanctæ dona Pudicitiæ.
Gesta Puellarum plectro meditatus amœno,
Erudis ingenuo carmine corda Nurus.
Texis & argutis pretiosa Monilia dictis,
Ornet vt innocuos cana Puella sinus.
Virginis en veris gemmas, contemnere gemmis:
Namque alitur sola simplicitate Pudor.

In Limatorem Propositionum Aristotelis.

Volumen imprimendum.

EPIGRAMMA XIII.

QVi quis Aristotelis rimari sensa laborat,
Hoc Limatoris, mente reuoluat opus.
Namque obscura leget, quæ Princeps ille Sophorum,
Enomuit, Nemorum perstrepitante Choro.
Luminibus radiata suis, syncera relucent
Dicta Sophi, verum restituata fidem.
Quæque sub ancipiti sententia forte latebat
Eloquio, proprijs stat stabilita modis.
I nunc Thesauros Sophiæ sub cortice vocum
Conde Stagira; aurum Lima Rosina polit.

In Rhodosynopsim Conciliorum omnium, tam Generalium, quam Prouincialium, opus imprimendum eiusdem Reuerendissimi Rosini.

EPIGRAMMA XIV.

CHristiadum leges, & exculta gesta Rosinus
Agglomerans, celsæ fert monumenta viæ.
Ipse sub hoc uno sacra iura Volumine cogens,
Æquoris immensas in scrobe condit aquas.
In scrobe condit aquas, quas Arbiter Orbis IESVS
Reclusit, medio Pneumate, Discipulis.
Hauriat hos latices, fidei qui quærere gemmas
Autumat; e scrobibus vis pretiosa scatet.
Indè sitibundus recreet sua guttura: magna
Sunt Maria exiguo namque coacta loco.

In Annalium Syluam Canon. Regul. eiusdem.

EPIGRAMMA XV.

QVas potuit calamo Syluas animare Rosinus,
Aspiciat toruo lumine Tempus edax.
Quid

Quidquid inexpleta ingluuie consumpserat; olli
Ad vitæ stamen dat reuocare gradum.
Dumq; nouo ingenium virtutis depluit imbre,
Hæ steriles Syluæ, rore cadente, virent.

Ad Illustriss. Com. Fabium Tibertum Offuscatorum Principem.

EPIGRAMMA XVI.

Clara Tibertorum soboles, nec degener heres
Virtutis patriæ, nobile Germen Auum.
Principe te, Aonius fudit modulamina Cœtus,
Cyrrheique Patris personuere lyræ.
Dulcior at cunctis, aperit tua vena liquores,
Eloquij & blando nectare corda cibat.
Finditur in varias glomerata Academia laudes,
Dissimilesque vomit docta Caterua sales.
Dicta quidem diuersa sonant; hæc mente sed vna,
Principis in laudes se soluisse putant.

Ad Illustriss. Co. Herculem Dandinum Academicum Offuscatum.

EPIGRAMMA XVII.

Herculeos animos, Dandinæ gloria Gentis
Cum referas, simili Nomine facta notas.
Nam

Nam Proauos, Atauosque simul virtutibus aequas,
Nobile dum meritis tollis ad Astra Genus.
Alcides domuisse feras, Erebumque superbis;
Torsit at ipse manu, captus amore, colum:
At tua despuit numquam Prudentia: maior
Viribus Herculeis, Herculis ardor erit.

Ad Illustriss. Co. Marcum Antonium Fantaguccium Academicum Offuscatum.

EPIGRAMMA XVIII.

Quam bene Pieridum resonis spatiaris in hortis,
Argutosque vales fundere, Marce, modos!
Germina virtutum tenero sub corde virescunt,
Incanumque sapit prima iuuenta senem.
Cessit Apollo Chelym; Sophiam tibi Pallas amicam,
Mulsit & ambrosio dicta liquore Charis.
Quid mirum si corda ligat facundia linguae?
Certè hoc est hominem Numinis ore loqui.

Ad

Ad Perilluſt. & Excellentiſs. V. I. D. eximium D. Hyacinthum Claramontium Academicum Offuſcatum.

EPIGRAMMA XIX.

O Iuris columen, Themidiſque iuuamen, & equi
Cui dedit arbitrium, iudiciumque Fori.
Haud minùs innocuas lances Aſtræa reliquit,
Fiat vt optatæ gloria rara Togæ.
Carmina Cyrrhæ pariſenciſſete Puellæ;
Sanguinis at ſplendor, cum probitate, viret.
Cum tot poſſideas dotes (Hyacinthe) vocaris
Non benè Virtutis Floſculus: Hortus eris.

Ad Perilluſt. & Excellentiſs. V. I. D. eximium D. Pandulphum Morum in Cæſenatenſi Gymnaſio Lectorem publicum, ac Academicum Offuſcatum.

EPIGRAMMA XX.

MOre) Caballini non vltima gloria Fontis,
Phœbeos inter viuere digne choros.

Cui Toga, cui Laurus, cui Iustinianus honores
Aggerant, in cuius vertice Daphnis auras.
Siue teras Cathedras totius plausibus Aulæ;
Siue Aganippæos euomis ore modos;
Corda rapis dulci modulamine: Stemmate teter,
At simul eloquio diceris albus Olor.

In Offuſcatorum Academiam cuius Inſigne eſt Galaxia plurimis ſtellulis ornata.

EPIGRAMMA VLTIMVM.

STemmata nominibus iactat contraria; Cætus
Offuſcatorum, lux tenebroſa micat.
Stelliger obſcuras exercitus impetit auras
Inuidiæ, famam nec temerare ſinit.
Clarior innumeris radiata Galaxia flammis
Præpitet, hæ occaſum nec timuere faces.
Namque viret ſub nocte vigor, ſub nubibus ardor;
Auctior & Virtus ſemper ab hoſte manet.

In laudem Eminentiſs. ac Reuerendiſs. Principis Marcelli S. Rom. Eccleſ. Card. Sanctæ CRVCIS Sacram Sublacenſis Cœnobij Specum inuiſentis.

Anienis plauſus.

DVm ſacra purpureo pede Culmina proterit Heros,
Quem decorant Sanctæ Stemmata auita CRVCIS;
Plaudite formoſæ quas educat vnda Napææ;
Ferte ſimul Dryades, Naiadeſque pedem.
Vos nemorum, Fauni, cultores, atq. ferarum,
Promite diſparibus carmina arundinibus.
Currite, odoratis qui frontem cingitis vuis,
Mæonij & colitis pendula regna dei.
Viſere inaceſſam properat Marcellus Eremum,
Orbis vbi triuit Sol Benedictus opes.
Læta dies nullis obnoxia nubibus, Antrum
Exhilaret, noctis ne horror opacet humum.
Germinet hyblæos ſurgens Autumnus honores,
Et ſacer inſpectet gaudia Veris Apex.

X Irri-

Irriguo ſtillent chriſtallina flumina rore,
Fontibus è gelidis aurea vena fluat.
Hæc dum Fama canit Sublaci in Rupibus altis,
Clangentes Anien ebibit aure tubas;
Protinus vndiſonæ Penetralia deſerit Arcis,
Totius atq. Phalanx hunc comitatur aquæ.
Ceruleum membris velamen adaptat, & ora,
Impexaſque comas fronde virente tegit.
Mox Nemus vmbriferum metitur, & aggere fracto,
Rauciſono curſu læta per arua ruit.
Cominus vtque videt Marcelli nobile tegmen
Muriceſuffuſum; verticis atque iubar.
Sol nouus en, inquit, ſplendore reuerberat vndas,
Quem vigili gaudet Fama præire tuba.
Hic Vaticani, cum Legifer Orbis, & Vrbis
Sederit in ſolio, Clauiger atque Poli;
Cynthius Auſonia effulget velut alter in Aula;
A gemino hinc Mundus Sole regendus eris.
Adſtitit vtque tubæ congeſta Caterua fragore,
Purpurei ad ſuperos Principis acta vehit.
Hic Generis reſonant laudes, Proauitaq famæ
Gloria; virtutis Purpura quam ſit opus.
Qualiter in niuea regnet Clementia mente;
In fronte vt Pietas, Relligioque ſimul.
Fulgeat in cunctis animi Prudentia geſtis,
In vultu vt rutilet, cum grauitate, Pudor.
Altior aſt Anien, & maieſtate verendus,
Ora ſilere iubens: talia voce refert;
Ingredere Auſonij, Princeps, lux alma Senatus,
Tiburtinus Atlas; Muricis atque decus.

In-

Ingredere, & sacri venerare silentia Tecti,
Rupe sub hac scabra calicus horror ouat.
Experiere fibris superas inserpere flammas,
Frigoris in medio corda calore premi.
Nursius hic Heros teneros exercuit artus,
Cypridis edomuit tela cruore Puer.
Luxus abest, Aulæque nitor, fului que metalli
Splendor, & Antra feras incoluisse putas;
Fulcra lapis membris, solitumque cubile parabat;
Puluinar capiti scrupea strauit humus.
Munere sed modico cereali membra leuabat;
Ora sitibundi proluit haustus aquæ.
Nudus vt horrificis vallauit corpora dumis,
Restitit armato corde libidinibus.
Vepris Acidalios iaculis lacerauit Amores;
Victores sentes mox peperere Rosas.
Aera colubrifero Ditis confracta lacerto,
Alligat vt resti parua Canistra Pater.
Excelsa stygius spectauerat Hostis ab Alpe,
Romani assiduum tunc pietatis opus;
Inuidus, vt toto proiecit robore saxum,
Fregit & obducti tinnula signa Viri.
Hic quoque dignosces veterum monumenta Parentum;
Cominus hæc oculis prisca figura refert.
Protere puniceis deuota cacumina plantis,
Rupibus in varijs visere mira vales.
Miraris latices mandata capessere Patris,
Vino & Alumnorum fonte fugasse sitim.
Aspice bis senos, quos prima in luce Penates
Ordinis erexit Nursius ipse labor.

Hic seruantur adhuc veteris Delubra Sacelli ;
Detulit Ales vbi Munera quina Patri.
Presserit vt liquidas Maurus mirabere lymphas ,
Cum Placidus tumidis diriperetur aquis .
Exiguo in Templo Natorum Turba Columnam,
Custodit patrias quæ tulit exuuias .
Nebride præcinctus Romano hic cessit amictus
Posthabito fastu , cum Puer Antra subit .
Hic nituere olim Palatia celsa Neronis ,
Crediderim æternos quæ numerare dies ;
Regificos luxus fatali dente momordit
Tempus , & obscæno stant tumulata situ .
Aemula sed nostri Benedicti Limina Regni ,
Dum Solis , stabunt , lux recreabit agros .
Marmora sunt Regum facili subiecta ruinæ ,
Antra sed excelsa seruat Olympus ope .
Non hæc liuor edax ; haud Cœli diruit imber ;
Suntque pijs semper deuenerata Viris .
Cum latias , Marcelle , Petri possederis Arces ,
Clauiger , & dictis Astra , Solumque reges ;
Sis memor ò nostri ; cunctas Anienis & vndas
Imperio adde ; tuo sint Iuga pressa pede .
Antra supercilij venies si luce tueri ,
Spelæa hæc , sedem Numinis esse , reor .
Sæpius obscuras latebras CRVX SANCTA reuisat ,
Splendidior nullus surget in Orbe locus .
Stemmata Marcelli humanę sunt signa salutis ,
Scande Iugum , Princeps , ore beabis humum .
Te veniente , solum Elysijs par fiet agellis ,
In sterili & saxo surget amœna seges .

His

His dictis Anien proprijs se se occulit vndis,
Dum iuga Cardineus pes superare parat.

In laudem eiusdem Eminentissimi.

Naiadum Chorus.

COnticuere Senis postquam ora; hoc carmine Nymphæ,
Hospitis aduentu plaudere sollicitant.
Scande pruinosum sacri, Marcelle, cacumen
Spelæi, cernes fulgere nocte diem.
Murice dum frontis tacitam irradiabis Eremum,
Squallor abest, vbi Crux lumine Sancta nitet.
Siue nouum pacis fœdus lux, atque tenebræ
Effingunt; læti percoluisse Specum.
Hospite sub santo tam mira refulgere fas est,
Qui innumeras dotes sub pietate tegit.

Dryadum Chorus.

SOluimus ecce tibi syluarũ numina laudes;
Collustrat nostrum dum tua fama Nemus.
Antra per, & scopulos per opaca silentia syluæ,
Marcelli Pietas vnica carpit iter.
Terruit haud illam sæuos Hyperionis æstus
Ferre; vel horrentis vim tolerare Vepris.

Poplite fusa tenus sic crura revincta Cothurno
Texegit; hac lento figit vestigia gressu.
Iam non tela manus torquet; nec cornua flectit
Arcus; sed gaudet crispare hastilia virga.
Sensit adesse Deam senior Tiberinus ab Antris,
Protinus accurrens Dominæ, submissus adorat
Ora, Puellari stipatus & Agmine longo
Nympharum, grauibus præstat solamina curis
Martigenæ Matris, cupidus lenire labores.
Roma feros ponens animos, faciemq. seueram,
Virgineo arridet plausu, lepidisque Camænis.
Verberat hæc niueo vocales pollice neruos:
Altera dulcisonæ soluens modulamina vocis,
Romanas acies memorat, Gentesque subactas,
Aequatasque solo validæ Carthaginis Arces.
Præcinit ambusti victricia damna lacerti,
Mutius in medios cum feruidus irruit hostes:
Audax vt Cocles obstantia tela retundens,
Solus præcipitem valuit defendere Pontem.
Altera Scipiadum robur, fortisque Camilli
Astus ingeminat; Fabiorum & fata voluit:
Hæc canit extremi quoties confinia Mundi
Romulidum tetigere Aquilæ, Latiæq. secures,
Sceptraq. fregerunt, Populis seruire coactis.
Intereà rauco plaudebat murmure Roma,
Tybris, & attritas lenis lambebat arenas.
Aeriæ Volucres assuetæ Fluminis undis,
Arboribus volitant altis, Dominamque salutant.
Naiadum quoque Turba manu, pedibusque Choreas

Dis-

Ducit, & ad numeros se librat in aera saltu;
Obtulit vna Deæ vario de flore Corollam,
Prodiga nutrit humus viridi quos aggere ripę.
Acta puellaris Cunei Regina Quiritum,
Laudat, & insolitis releuat præcordia ludis,
Talia fœmineo Nymphæ dū more gerebant,
Impulit ad solitam consēdere Nuncius Arcem;
Frontis vbi galea asperat ostrum, arctatque decentem
Cæsariem; pectus lorica; vmbone lacertum
Armat, & ad solitos oculi rediere furores.
Ecce suo fortis spreto Germania Rheno,
Gressibus insolitis latias tendebat ad Arces;
Non qualis tumidi prostrauerat ora Sueci,
Trebÿciosuè truci dextra confregerat Arcus:
Olli lenis erat species; ferrugine vestes
Tinxerat; hinc pergit cunctis incognita Regnis,
Regales ingressa Arces, Romæque Penates,
Regnatricem Orbis flexa ceruice salutat;
Mox ait: o Soboles Superum, sata semine Martis,
Quæ regis Hesperiæ fines; cui paret Eoum,
Occiduumque solum, totis Neptunus & vndis,
Me meus ad latiam properare Caramuel Vrbē
Impulit; amissum deflet Germania lumen;
Atq. moræ tolerare nequit dispendia Gentis
Impatiens animus; periit nam gloria nostri
Imperij virtutis Apex, Fideique columna,
Incolit Italiæ terras dum noster Iberus.
Dogmate Teuthonicas coluber fœdauerat oras
Hæreseos, virusque vomens ferale, Sicambros

 Sub-

Nullus quippè labor flammantia corda retardat,
Prodere se virtus talis vbique cupit.
Marcellus quondam Templum Pietatis in Vrbe
Diruit, vt Populo blanda Theatra daret.
Hic nouus erexit Pietati in pectore Templa:
Semper erunt, fragili hic, sed stabilis a sole.

In laudem Illustrissimi, ac Reuerendiss. Præsulis D. Ioannis Caramuelis Campaniensium, & Satrianensium Episcopi.

CARMEN.

Illi oblatum cum Romæ demoraretur in Aedibus S. Calyxti.

Littora fortè Tybris Bellatrix Roma premebat,
Phœbus vt ignigeros tumulabat in Aequore currus,
Et septemgeminis à Collibus vmbra ruebat;
Ardùus ore Leo terrebat brachia Cancri,
Lassabatque fero mortales Sirius æstu;
Hinc Dea, non galea crines; non Aegide pectus
Asperat, inuictos haud aggrauat hasta lacertos;
Ast per colla fluunt rutili sine lege capilli,
Iusserat atq. aurum capitis colludere flabris.
Gemmea sericeam mordebat fibula vestem;
Terrificumq. femur præcinxerat aurea zona,
Tegmen corripiens ne gressus turbet heriles.

Nullus quippè labor flammantia corda retardat,
Prodere se virtus talis vbique cupit.
Marcellus quondam Templum Pietatis in Vrbe
Dirnit, vt Populo blanda Theatra daret.
Hic nouus erexit Pietati in pectore Templa:
Semper erunt, fragili hic, sed stabilita solo.



In

In laudem Illustrissimi, ac Reuerendiss. Præsulis D. Ioannis Caramuelis Campaniensium, & Satrianensium Episcopi.

CARMEN.

Illi oblatum cum Romæ demoraretur in Aedibus S. Calyxti.

Littora fortè Tybris Bellatrix Roma premebat,
Phœbus vt ignigeros stimulabat in Aequore currus,
Et septemgeminis à Collibus vmbra ruebat,
Arduus ore Leo terrebat brachia Cancri,
Laffabatque feris mortales Sirius æstu;
Hinc Dea, non galea crines; non Aegide pectus
Asperat, inuictos haud aggrauat hasta lacertos;
Ast per colla fluunt rutili sine lege capilli,
Iusserat atq. aurum capitis colludere flabris.
Gemmea sericeam mordebat fibula vestem;
Terrificumq. femur præcinxerat aurea zona,
Tegmen corripiens ne gressus turbet heriles.

Nullus quippè labor flammantia corda retardat,
Prodere se virtus talis vbique cupit.
Marcellus quondam Templum Pietatis in Vrbe
Diruit, vt Populo blanda Theatra daret.
Hic nouus erexit Pietati in pectore Templa:
Semper erunt, fragili hic, sed stabilita solo.



In laudem Illustrissimi, ac Reuerendiss. Præsulis D. Ioannis Caramuelis Campaniensium, & Satrianensium Episcopi.

CARMEN.

Illi oblatum cum Romæ demoraretur in Aedibus S. Calyxti.

L*ittora fortè Tybris Bellatrix Roma premebat,*
Phœbus vt igniferos stimulabat in Aequore currus,
Et septemgeminis è Collibus vmbra ruebat.
Arduus ore Leo terrebat brachia Cancri,
Laffabatque fero mortales Sirius æstu.
Hinc Dea, non galeâ crines; non Aegide pectus
Asperat, inuictos haud aggrauat hasta lacertos;
Ast per colla fluunt rutili sine lege capilli,
Iusserat atq. aurum capitis colludere flabris.
Gemmea sericeam mordebat fibula vestem;
Terrificumq. femur præcinxerat aurea zona,
Tegmen corripiens ne gressus turbet heriles.

Nullus quippè labor flammantia corda retardat,
Prodere se virtus talis vbique cupit.
Marcellus quondam Templum Pietatis in Vrbe
Diruit, vt Populo blanda Theatra daret.
Hic nouus erexit Pietati in pectore Templa:
Semper erunt, fragili hic, sed stabilita solo.

In

In laudem Illustrissimi, ac Reuerendiss. Præsulis D. Ioannis Caramuelis Campaniensium, & Satrianensium Episcopi.

CARMEN.

Illi oblatum cum Romæ demoraretur in Aedibus S. Calyxti.

Littora fortè Tybris Bellatrix Roma premebat;
Phœbus vt ignigeros cumulabat in Aequore currus,
Et septemgeminis è Collibus vmbra ruebat.
Arduus ore Leo terrebat brachia Cancri,
Lassabatque fero mortales Sirius æstu.
Hinc Dea, non galea crines; non Aegide pectus
Asperat; inuictos haud aggrauat hasta lacertos;
Ast per colla fluunt rutili sinè lege capilli,
Iusserat atq. aurum capitis colludere flabris.
Gemmea sericeam mordebat fibula vestem;
Terrificũq. femur præcinxerat aurea zona,
Tegmen corripiens ne gressus turbet heriles.

Poplite fusa tenus sic crura revincta Cothurno
Detegit; hæc lento figit vestigia gressu.
Iam non tela manus torquet; nec cornua flectit
Arcus; sed gaudet crispare hastilia virgæ.
Sensit adesse Deam senior Tiberinus ab Antris,
Protinus accurrens Dominæ, submissus adorat
Ora, Puellari stipatus & Agmine longo
Nympharum, granibus præstat solamina curis
Martigenæ Matris, cupidus lenire labores.
Roma feros ponens animos, faciemq. seueram,
Virgineo arridet plausu, lepidisque Camænis.
Verberat hæc niueo vocales pollice neruos:
Altera dulcisonæ soluens modulamina vocis,
Romanas acies memorat, Gentesque subactas,
Aequatasque solo validæ Carthaginis Arces.
Præcinit ambusti victricia damna lacerti,
Mutius in medios cum feruidus irruit hostes.
Audax vt Cocles obstantia tela retundens,
Solus præcipitem valuit defendere Pontem.
Altera Scipiadum robur, fortisque Camilli
Astus ingeminat; Fabiorum & fata volutat.
Hæc canit extremi quoties confinia Mundi,
Romulidum tetigere Aquilæ, Latiæq. secures,
Sceptraq. fregerunt, Populis seruire coactis.
Intereà rauco plaudebat murmure Roma,
Tybris, & attritas lenis lambebat arenas.
Aeriæ Volucres assuetæ Fluminis vndis,
Arboribus volitant altis, Dominamque salutant.
Naiadum quoque Turba manu, pedibusque Choreas

Dr-

Ducit, & ad numeros se librat in aera saltu;
Obtulit vna Deæ vario de flore Corollam,
Prodiga nutrit humus viridi quos aggere ripę.
Acta puellaris Cunei Regina Quiritum
Laudat, & insolitis releuat præcordia ludis,
Talia fœmineo Nymphæ dũ more gerebant,
Impulit ad solitam coniẽdere Nuncius Arcem;
Frontis vbi galea asperat ostrum, arctatque decentem
Cæsariem; pectus lorica; vmbone lacertum
Armat, & ad solitos oculi rediere furores.
Ecce suo fortis spreto Germania Rheno,
Gressibus insolitis latias tendebat ad Arces;
Non qualis tumidi prostrauerat ora Sueci,
Trebijciosuè truci dextra confregerat Arcus:
Olli lenis erat species; ferrugine vestes
Tinxerat; hinc pergit cunctis incognita Regnis,
Regales ingressa Arces, Romæque Penates,
Regnatricem Orbis flexa ceruice salutat;
Mox ait: o Soboles Superum, sata semine Martis,
Quæ regis Hesperiæ fines; cui paret Eoum,
Occiduumque solum, totis Neptunus & vndis,
Me meus ad latiam properare Caramuel Vrbẽ
Impulit; amissum deflet Germania lumen;
Atq. moræ tolerare nequit dispendia Gentis
Impatiens animus; perijt nam gloria nostri
Imperij virtutis Apex, Fideique columna,
Incolit Italiæ terras dum noster Iberus.
Dogmate Teuthonicas coluber fœdauerat oras
Hæreseos, virusque vomens ferale, Sicambros

 Sub-

Subuertens, falsa iam relligione trahebat
Ad Ditis flammas, commercia & astra Nocentum.
Non tot lernæis ceruicibus Hydra virebat,
Cum capita Alcidis nascentia messuit ensis;
Sæua quot impietas meditatur dogmata, & astus,
Arietat obstantes falsis vt ritibus hostes;
Congerit ingenio meditata sophismata, & artes
Fallendi Cathedræ, quas seu Dialectica promit;
Siuè Tagastæi Logice; technæque Sophorum.
Hæresis hæc glomerat, Plebemq ferire laborat
His iaculis, donec Leges subuertat olympi,
Eÿciatq. Fidem, quam Gens Alemana veretur.
Dira colubriferæ sed colla Caramuel Hydræ,
Herculeo resecat facundæ robore linguæ.
Hic, labyrinteis ambagibus Hæresis, artes
Ingenÿ opponens, rationum damna retundit.
Flumina mellifluæ versans è pectore vocis
Corda rapit, cogitque dolos abolere Virorum
Agmina Caluini; errores & perfidi Arÿ.
Istius ingenium doctis rationibus vrget;
Illius & mentem viuacibus argumentis
Flectit, Auernales cogens deponere ritus.
Solus hic eloquio vincit Lutheridas omnes;
Cuncta Menandriadum sinuosa sophismata soluit;
Quid quid Nestorius meditatur; siuè Melathon,
Seu Caluina Cohors stygio truculentior Orco,
Dissipat, & fidei impellit sacra dicta vereri,
Romanique Patris leges, & iura fateri.

Omni-

Omnigenæ splendes latè virtutis onustus;
Relligionis item: nulli pietate secundus.
Totus hic in Cyrrhæ Iuuenis se proluit vndis,
Arduus & bifidæ scandens fastigia Rupis,
Inter Apollineos citius numeratur Olores,
Æterna gaudens præcingere tempora lauro.
Quid non tanta ferunt iterata Volumina Mundo?
Abdita cunctarum recludit semina rerum;
Cælorum scrutatur iter, variosque labores
Siderum, & obductæ retegit fundamina causę.
Prætereà ingenio præteruolat Aetheris Axem,
Et Triadis secreta aperit, Monadisq. perennes
Exhaurit fontes, arcanaq cuncta Polorum.
Sic mores hominum voluens, quibus itur ad Astra,
Errorum tenebras propellit acumine mentis.
Pristina Regna colat (Regina) Caramuel ergo,
Tu quæ cuncta potes, Populis solatia confer,
Magna Parens Orbis, donorum prodiga Mater;
Redde Virum nostris quem cessit Iberia Regnis,
Expectat nam tota suum Germania lumen,
Virtutumq. iubar, Phœbeo clarius Astro.
Talia, subridens, oranti retulit Vrbis
Regnatrix: iam pectus omitte lacessere nostrum,
Romulidum, ò decus Imperij, Fideiq. iuuamen.
Nam satis Ausonias fulgore Caramuel Arces
Ingenij lustrauit: iam sat fama renidet.
Et quoniam reducem modo Gens Alemana Magistrum
Optat, & absentem suspirant corda Parentem,
Teutonicos fines, & Cæsaris ora reuiset

Vester Apollo; Italas iterum solabitur oras;
Nam reget hic Populos redimitus honore Tiaræ,
Nomen vt ignotis, meritumq. virescat in oris.
Sol velut immensum exhilarat cum lampade Mundum
Aetheris ora modò occiduis, modò prodit Eois,
Mox iubar inflectens, Garamantes lustrat, & Indos;
Sic iuuat extremas famam virtutis Iberi
Præsulis Italiæ tandem nunc visere terras,
Finibus in cunctis resonent vt Nomina Patris.
Vocibus his Romæ mulcet Germania pectus,
Solaturq animum, Tiber naq. deserit Vrbis
Littora, vecta rotis, Aquilisq. per aera fertur,
Et iuga transiliens Dominæ latialia Romæ,
Qua Boreas deflectit iter sua flabra relaxat.
Iam geminæ Volucres, quæ tela trisulca Tonanti
Aetnæis fabricata focis glomerare solebant;
Nunc iuga ferre parant, Diuæ & seruire Lupatis.
Demulcet Regina animos, lenitque furores
Lora tenens, rapiant Currus ne prępete penna,
Virtute & celeri Diuam super Aethera sistant.
Ad solitos Rheni tandem rediere Penates;
Regalesque Domos flaui quas gurgitis vnda
Abluit, aduentumq. Deæ comitatur aquarum
Plausu rauci sono; fluuialis & aggeris Agmen
Occurrit Dominæ; arrepto temone iugales
Soluit pars Aquilas, & fræna tenacia laxat;
Illę præcipiti superum conuexa volatu

Ocyus

Ocyus exquirunt, oculis & lumina portant
Phœbeæ facis, immota dum luce tuentur.
Corpora mox librant super alta cacumina
Montis,
Vnguibus atq. parāt trepidis certamina Ceruis.
Plebs Alemana Deæ gratatur; littora Rheni
Quæque colit, læto applaudit successibus ore.
Teutonici Proceres hilari quoq. gaudia vultu
Expressere simul, vasti tum Curia Regni.
Nympharū Cuneus nutus qui attēdit heriles
Regia vbi surgit Reginæ, texit Arachnes
Artibus emeritæ redituro dona Tiaræ.
Quas & tempestas pretiosa Maris vomit, atq.
Nisibus insolitis Nympha Oceanitis adunat,
Congerit hic gēmas, rutilo vt splendore capillis
Serta ferant capiti, quod sidera mille coro-
nant.
Byssina pingit acu quoq. tegmina, Sūctus ad Arā
Thura ferens qua Mysta gerit, dum Numen
adorat.
Illa vehit dotes Patris, meritosq. Triumphos,
Ingenij tenera cum pubescente Iuuenta
Prodidit insolitæ, fando, miracula linguæ.
Pars canit innumeros, tetra caligine mersos
Hæresis, at fidei lustratos lumine, tanto
Præsulis ingenio, quos flexit acumine mentis.
Altera sed numerat vulgata Volumina Patris,
Pandit vbi doctis sacræ fundamina legis,
Principijsque nouis Naturæ arcana, Poliques
Ordine mirando rationum luce recludit.
Fundere plura parant Famulæ modulamine
vocum;

At

At Regina via longo iam fessa labore
Cedere Regali cupiens sua membra Grabato,
Laudibus imposuit finem, modulisque canoris.

Ad Illustrissimum, ac Reuerendissimum Dominum D. Ioannem Caramuelem, cum ad Episcopale munus eligitur.

INAVGVRATIO.

VT paria eximijs tibi dona, Caramuel vltrò
Ingererent meritis, Pallas, & alma Charis;
Longa diu illarum torsit contentio mentes,
Quaeq. suum ardebat namq. referre datum.
Pallas oliuiferis tibi crines cingere ramis
Autumat, vt viridi sic traherere die.
Gratia Laurigeris cuperet te vmbrare Corollis,
Vt potè Cyrrhaeis tam benè potus aquis.
Diuarum litem medius sed Apollo diremit,
Iratas, latus compofuisse Deas.
Gemmiferis sit (ait) vestrum redimire Tiaris
Munus; sunt tanto praemia digna Viro.
Multigena innumeris fulget cui Pagina gēmis,
Sola aequat meriti lux Erythraea iubar.
Ebibit Astrorum radios velut Orbita Phoebi,
Sic & Hydaspaeas Gloria Patris opes.
Plurima multiplices natiuos gemma nitores,
In doctum fient, Lux, sinè luce Caput.

In

In laudem Illustrifs. ac Reuerendifs. Domini D. Flaminij Marcellini Cæsenatensium Episcopi.

De ipsius Gentilitio Stemmate, in quo biceps Aquila cum tribus Rosis exprimitur.

EPIGRAMMA.

Lumine quæ stabili ferientes ebibit ignes
Solis, Auis, referens tela trisulca Ioui;
Pessundat pedibus Regalia germina Veris,
Dum Marcellinæ Gentis in Orbe tumet.
Stemmata, magne Heros, signant tua facta, Parentum,
Spernis humum superũ dum meditaris iter.
Calcat Acidalios flores Regina Volucrum;
Tu pede sic niueo Cypria dona premis.
Floribus hinc inhias tantum viridantis Olympi,
In terris gaudes & coluisse Polum.

Ad

Ad eundem.

De bicipiti Aquila sui Stemmatis.

EPIGRAMMA.

Regnatrix Volucrum, patrio quæ in Stemmate fulget
Flaminij, geminum iactat in orbe caput.
Vertice nempè vno expectat mandata Tonatis;
Ast alio, reliquas ore gubernat Aues.
Haud secus Antistes gemino ceu Vertice, Olympi
Sic benè iussa capit: sic bene Ouile regit.
Grex paueat nunquam stygiorum damna Luporum,
Assidua en Pastor luce tuetur oues.

De Rosis Marcellinis.

EPIGRAMMA.

Regius eximios qui Flos exhalat odores;
Exornat Senæ nobile Stemma Patris.
Par fuit, vt florum quæ secum claudit honorem,
Quæ vel in Hyblæo Culmine sceptra tenet,
Præsulis innocui Proauita Insignia ferret,
Cuius in ingenio Ver Ierichuntis ouat.
Diuite Virtutum sub pectore semina florent;
Hinc tanto meriti Præsul odore sapit.

Ta-

Talibus vt redolet mens Patris dotibus aucta;
Non hic Virtutis Surculus: Hortus erit.

De Rosis, & Aquila simul.

EPIGRAMMA.

DVm Volucrum Regina, simul Reginaque florum
Stemmata contexunt, Præsul, auita tibi;
Iudice me, faustum geminatio nunciat omen,
Sceptra animo, duplicis scilicet imperij.
Ipsius hinc domitor, sensus moderaris habenas;
Sic Populos pariter, cælite lege regis.
Cuncta sed accelerant superi fastigia Regni,
Vt melius regnes, Rector vt esse sinis.


De Pastorali solicitudine, & vigilantia Illustrissimi Domini Flaminij Marcellini.

EPIGRAMMA.

PEruigil assiduo tutatur lumine Pastor,
Quas sibi Regnator credidit Orbis oues.
Dulcis in Insontes; in Sontes iure seuerus;
Et melli associat Spicula, qualis Apes.

SS Diri-

Dirigis errantes, fessis succurris Egenis;
Gaudes & afflictis omnibus esse Pater.
Ipse prius proprios ardes componere mores,
Exemplo vt discat Turba salutis iter.
Sicq. bonus Pastor, dapibus cælestibus Ægros
Recreat, optatæ fertque leuamen opis.
Terrenas dum calcat opes, luxusq. profanos,
Ingentes gazas, sed super Astra parat.



De

De Sanctis Pueris PLACIDO, & MAVRO D. P. Benedicto oblatis.

EPIGRAMMA.

DVm penetrat latios Benedicti fama Quirites,
Attrahit Ausonios ad sua signa viros.
Nobile par Iuuenum, quos & Prætexta tegebat,
Nursiadum cupiunt flectere colla Duci.
Innocuas leges Placidus, Maurusque bibere,
Protinus & luxus posthabuere vias.
Helice Maurus erat, Placidus Cynosura Carinæ
Ordinis; hoc gemino sidere vela dedit.

De

De Sancto Mauro super aquas ambulante.

EPIGRAMMA.

Impiger vt Patris dicto pareres Ephebus,
Compressit liquidi marmora fusa vadi.
Proteris audaci dum terga labantia gressu,
Fluminea extemplò diriguistis aquæ.
Cum patrium imperium matures, corde fideli
Maure, infida tibi dant elementa fidem.

De crebris Sancti Mauri fauoribus ad ipsum recurrentibus concessis.

EPIGRAMMA.

Languentes artus, & inexorabile lethum,
Sunt medicę Mauri certa Trophęa manus.
Morborum Cuneos cælestis dextra coercet
Præsulis, at cunctis sunt medicina preces.
Torrida siuè febris prostratos vellicet artus;
Attenuet vires intima siuè phthisis;
Has Erebi pestès stygias detrudit ad vndas;
Erigit vtq. manum, dant sera terga Cruci.

In idem.

EPIGRAMMA.

COrripit Ægroti malesanus vt ilia languor,
Et premit obductus membra supina dolor;
Si pius ingeminet, repetitis vocibus Æger
Nomina, fert Mauri dextra salutis opem.
Nil vbi multiplices valuere Machaonis artes,
Pharmaca dat, nulla Pœonis arte, Pater.
Maure, legis superis morbi medicamen in hortis,
Nam quod terra negat, Cælica gleba parit.
Ipse colis tunc, fortè Sator Viridaria Cæli,
Hinc vt opem præstes, Numinis arua metis.

De duobus S. P. Benedicti Discipulis Placido, & Mauro, quorum primus in Siciliam ab eodem missus, celebri Martyrio Ecclesiam illustrauit: alter verò in Galliam, multis Cœnobijs exædificatis Benedictinam Religionem locupletauit.

EPIGRAMMA.

QVà Mare largifluis Siculos amplectitur vlnis,
Corripuit Placidus, Patre iubente, vias.

Car-

Carpit iter Maurus quà Lilia Galla virescunt,
Extremis referens Patria gesta plagis.
Par vtriusq. labor; iussis par apta voluntas;
Agmen at ad Superos dispare fine vehunt.
Ille cruore madens, cecinit cum Morte Triumphum,
Funus cui proprium vita beata fuit.
Alter at innocua glomerans miracula dextra,
Rettulit innumeros ad sua signa Viros.
Cum cecidit Placidus, surrexit fama Casini;
Viueret vt melius, sic periturus erat.
Maurus at Irus erat; censu fit diuite Crœsus;
Tunc magis ast Irus; Crœsus vt esse potis.

Ad S. Scholasticam S. P. Benedicti Sororem, quam in Columbæ specie Cœlum conscendere vidit.

EPIGRAMMA.

Virgo gemellipera Genitricis cana Propago,
Quæ cum Fratre simul lumina prima bibit.
Lilia in ore geris; niueam sed dextra Columbam,
Quam superum vidit Frater adire Polum,
Æmula Germani, Cœtus moderaris habenas,
Virgineosque Choros culta Magistra doces.

Di-

Diua, Pudicitiam quam vinctam in corde gerebas,
Ales vt, ad Superos, mox resoluta, fugit.

De Cyrilla Sancti Patris Benedicti Nutrice amissum Natum flente.

EPIGRAMMA.

QVò sinè me pergis vita mihi charior ipsa?
Eheu labentem, Lux mea, linquis Anum?
Linquis Anum, teneris quæ præbuit vbera labris,
Quæ Custos animi, Consilijque fuit?
Per iuga, per valles, per inhospita Tesqua requiram,
At mea, Sancte Puer, lumina fortè fugis?
I, fuge; tempus erit, Virtus cum tecta sub Antro,
Ceù Sol obductum pandet in Orbe iubar.
Tunc mihi restitues ablata lumina vitæ,
Dum sinè nunc vita viuere cogor (ait.)

Ad

Ad Reuerendissimum P. Dñum Ioseph Costaltam S. Sixti Placentiæ Cong. Casin. Abbatem, miris Elogiorum leporibus Vitam Sancti Patriarchæ Benedicti exornantem.

EPIGRAMMA.

VT referat sancto Genitori encomia laudum
Costalta, eloquij congerit imbre sales.
Hoc calami obsequio Nati recludit amorem,
Nobile & ingenij prodit acumen opus.
Emicat hic Pietas; latiæ tum gloria linguæ,
Verius vt credas cum Cicerone loqui.
Indicat illa animi mores; hæc Palladis artes;
Ista soli meruit præmia; at illa Poli.

In laudem eiusdem libri Elogiorum.

EPIGRAMMA.

DVm referas dextra Ioseph, pia facta Parentis,
Sydereas æquat Pagina picta faces.
At nitor Astrorum terris inuoluitur vmbris,
Si quando densus velat inane vapor;
Sed tua, quæ niueis concredis sydera chartis,
Errorum nequeunt nubila sæua pati.

Quip-

Quippè lepor, candorq. ſtyli, conſperſa ſapore
Dogmata, ſunt nullis contemeranda notis.
Syderibus gemmata Patris miracula, credunt
In terris, altum ſe tetigiſſe Polum.

De Vita eiuſdem Patris ab eodem Coſtalta mirabili Anagrammatiſmo expreſſa.

EPIGRAMMA.

QVaLiter in fato rimatur viſcere terræ
Dalmata robuſta fulua metalla manu.
Exhilarat Mundum venis opulentibus auri,
Quas tegit omniparens oſſibus ipſa ſuis.
Eruta vix aliter Patris ſunt geſta medullis
Verborum; refouent hæc, elementa fibris.
Sic mentes Ioſeph ditat, meliore metallo,
Littera dum cunctis, aurea dona parit.

Ad eundem, dum Sancti Pauli de Vrbe Abbas effectus, Elogiorum librum edidit.

EPIGRAMMA.

TEmperat Auſoniæ Ioſeph Penetralia vt Vrbis,
Fundit vbi Paulo Romula Turba preces;

Mira Casinatum celebrans miracula Patris,
Mellifluo blandos eunmis ore fauos.
Æmula nam Charitum facundia, pectora mulcens,
Vbere dictorum Martia corda rapit.
Hinc mirata Patris suaui conspersa lepore
Dogmata, cum plausu talia Roma dedit:
Cur modò suspirans Senecæ documenta Quirites?
En rediuiua virent sensa verenda Senis.
Pagina Costalsæ miscet sic vtile dulci,
Vt, sine vi: mentes ad pia facta trahat.

Ad eundem de eius libro Parisijs impresso.

EPIGRAMMA.

FRancus, vt halantes Costalcæ floribus hortos
Delibet, Prælo florida scripta subit.
Galliaq; semper amans, florum sua Lilia quærit
Hic, vbi Virtutum surgit opima seges.
Hortus Iosephi vernantia Dogmata mentis
Prodit, hyems nunquam quæ metet inuidię.
Germina perpetuis sæclis interseris Heros;
Hinc Necis inter agros, dedidicere mori.

Ad Reuerendissimum Patrem D. Angelum Mariam Arcionum Cong. Casin. Abbatem, Qui, dum Monasterio S. Mariæ Cæsenæ præficitur, inter Academicos Offuscatos cooptatus, ita in eius laudem cecinit

RVBICON.

PLaudite Apollineæ modulantes carmina Musæ;
In gyrum chorreas ducite: Frater adest,
Ille simul vestris hausit qui è fontibus vndas,
Atque Choros sociat nobiliore Lyra:
Explicat omnigenum ingenium virtute referatum,
Turget & in doctis mellea Suada labris.
Hos, Parmensis Olor, cantu si mulceat imbres,
Nomine qui Rubicon, laude Cayster ero.

Idem. ad eundem.

OFfuscata Cohors, vestris cur addere Turmis
Ingenium optatis nulla quod vmbra tegit?
Illius eloquij candor, caligine tersa,
Æthereum superat lumina prima facis.
Non hic serpit humi: refugit sed præpete penna,
Inuidiæ obscuris se obtenebrare notis.

Iunge tuis (Catus) surgens Insignibus Astrum,
Alter eris superos inter Apollo Choros.
Vis fragiles acuit semper contraria vires;
Hinc magis à tenebris lux agitata nitet.

In librum Odarum ab eodem editum.

EPIGRAMMA.

ARcio doctioani libo dum carmina libri,
Te Phæbi, vereor, concinuisse lyra:
Tergemina excultos comitatur Gratia cantus,
Commouet & blanda fila sonora manu.
Hinc benè sic Tusca voluens monumenta loquelæ,
Pieridum, fateor, sic cecinisse Patrem.

Ad eundem de suo libro.

EPIGRAMMA.

ANgele, per Pindi cùm latè prata vagaris;
Carmine, qualis Apes dulcia mella paris.
Bellerophontæos hausisti pectore fontes,
Teque sacer cunctis proluit Amnis aquis.
Lucet vt in dictis pietas; in carmine splendor,
Nobile Maiestas sic comitatur opus.
Pindare, Apollinei carpis cur præmia Plectri?
Sic canere, est Phæbi promeruisse Chelyn.

Ad

Ad eundem. in idem, cum allusione ad nomen (Angelus)

EPIGRAMMA.

SE iactent alij tragico cecinisse Cothurno;
Grandia Mœonia bella dedisse lyra.
Exultent alij, gracili se carmen auena
Condere, sic curas posse leuare graues.
Arcio, quam melius plectro meditaris Hetrusco
Carmina, grandisonas scis superare tubas.
Omne tulit punctum studio meditata Camœna,
Dum paruo in gyro grande coarctat opus.
Illius haud crines exornat Adorea lauri,
Multigenis gaudet qui strepuisse modis.
Pagina sola æquat sudata Volumina Vatis,
Cui licet Angelica Plectra mouere manu.

In laudem
Reuerendissimi Patris
D. IACOBI LENCII
Cœnobij Sancti Pauli de Vrbe
Abbatis, in Procuratorem
Generalem Congreg.
Casinen. electi.

SVme chelyn bifidæ qui Rupis dirigit Arces,
Quique Aganippæos instruis ore Choros.
Euehe Pierio modu lamine, Phœbe, Clientem,
Dotibus ecce tuus nunc Iacobus onat.
Debita virtuti largitur fama Trophæa;
Præmia largiflua fluut cumulata manu.
Cynthie, mellifluo resonent tua Culmina cantu,
Pertenta auratæ pectine fila lyræ.
Assiduas tandem, Pater optime, omitte querelas,
Mæstitiæ solitos da reticere modos.
Vicit io Virtus linquis lacerata prophanis;
Ora malignantis contudit Inuidiæ.

Nam

Nam Pater ille, decus Cathedræ, doctaque Palestræ,
Qui ingenij pascit nectare corda Sophum;
Augustam meriti carpit pro munere Laurum,
Alter Atlas, magnum viribus aptat onus.
Ad latium reuocata Serum Sophia alma reuisit
Tarpeias rupes, Tybridis atque lares.
Otia, Segnities, & Amoris alumna libido,
Ite procul, Virtus imperat; ite procul.
Palladis; ingenio Viridaria Lencius Heros
Dum colit, & Sophiæ florea dona rapit;
Alta Stagiræi retegit secreta Magistri,
Quidquid & omniparæ Matris origo tulit,
Materiæ scrutatur opus, motumq. Polorum,
Quæ citò tam Superum sidera dextra rotet;
Vtque solum blandis amplexibus Amphitrite
Ambiat; hoc aër quis per inane volet.
Ignis an ætherei confinia pulset Olympi;
Sic hyperionij quis regat Axis Equos.
Combibit vlterius Triadis, Monadisque Profundum;
Quod Iubar Empyrei recreat ora Chori.
Qualiter Omnipotens mortales induit artus,
E cœli traxit culmine quis vel amor;
Quæ media æternam valeant progignere vitam;
Profuit Vnigenæ quam medicina Viris.
Talibus intentus Iuuenilia corda Magister
Excolit, & Sophiæ dogmata certa aperit.
Hic labyrintheas recludit acumine linguæ
Ambages, reserans abdita cuncta Sophum.

 Expo-

Expositis Thesibus, simulant certamina Martis,
Ingenij, ipse sedens, tela retundit ope.
Non hunc Doctorum meditata sophismata terrent,
Lumine Responsi disijcit insidias.
Concilium intereà Patres, vbi Parma Pena nos
Ostentat Vatis qui super Astra volat,
Vnigenæ & retegens exordia: dixit, in Æui
Principio Natus iam Genitoris erat.
Hic Iacobe, tuas summa cum laude recludunt
Virtutes, meritis & datur aptus honos.
Nam tibi committunt grauiora negocia nostri
Ordinis, Orbis vbi Præses in Vrbe sedet.
Romula (Cœtus ait) miretur Curia dotes,
Quas roseo claudit Lencius ore Pater.
Est potis eloquio summorum corda mouere
Pontificum, atque Patrum, quos rubra palla tegit.
Omnibus hunc votis Cœtus sententia firmat,
Plausibus atque Viri tollitur ingenium.
Macte animi generose Cliens, (Iacobe) Mineruæ,
Cui augustum lauro cinxit Apollo caput;
Quas tibi contulerit virtutis Adorea laudes?
Quid peperit studij, cum probitate labor?
Palladis hi fructus; hos fert Parnassia Rupes;
Quo ascensus grauior, gloria maior erit.
Sorte reluctante, emeritos remoratur honores
Inuidia; haud Cœlum debita dona negat.
Importuna nequit meritum sinè munere mentis
Linquere Fors; doctis stat Rota fixa viris.
Fregisti Liuoris edacis vincula, Præsul,
Immortalis eris, te super Astra vehe.

Suc-

Succedent oneri palmæ, rutilæque Tiaræ,
Nam superum meritis maxima spondet Apex.
Euenient maiora tuo opportuna labori;
Incrementa probant munera namque Poli.
Sentiet haud Casus merito stabilita ruinas
Gloria, Parca dabit; sed sinè Morte necem.

De egregijs Dotibus eiusdem.

EPIGRAMMA.

CErta Casinatum spes, inclyta fama Lycei,
Cui Charis ambrosium prębuit eloquium.
Moribus exæquas veterum quàm facta Quiritum,
Dum te non luxus; nec Cytherea domant!
Pectus at expugnant Virtus, reuerentia Diuũ;
Relligio, & Pietas in tua corda sedent.
Hinc mortalis adhuc, æternis tua gesta Triumphis
Aspirant; letho sicque superstes eris.

Ad eundem dum in Abbatem eligitur.

EPIGRAMMA.

ECce ruunt tandẽ grati munimenta laboris,
Et fraudare datis sors inimica nequit.

Accedunt Capiti claræ ornamenta Tiaræ;
Illustrat meriti at gemmea serta nitor.
Hinc tibi, si cumulatur honos, Iacobe; Pyropi
Sunt Mitræ, radijs dona minora tuis.
Scilicet ingenium rutilos sic luce lapillos,
Orbita ceu Phœbi sidera cuncta, præit.
Ergò nulla tibi irradiant Diademata frontem;
Ipse tua gemmis lumine, lumen eris.



In

In laudem Reuerendissimi P. D. LVDOVICI Balbi Congregationis Cassinensis Abbatis.

PANEGYRIS.

VAna per ora Virùm vox illaudata negatur,
Ambigua emeritos fortunam fallere sorte;
Queis nec crinitam tentet recludere frontem,
Et meliore rota faustas euoluere luces.
Vocibus incautis terrent Virtutis amicos,
(Qui scrutantur iter Sophiæ, salebrasq. Lycei)
Otia sectantes, & solùm commoda ventris,
Desidia fœdant viridis qui gesta Iuuentæ,
Ignaui, obscura maculant & Stemmata fama.
Verus honor nunquam, palmæ quos prouocat ardor
Destituit, celsa sed collocat Arce quietis,
Ne pereat meritis Sapiens inglorius actis,

Y 6 *Cui*

Cui cinxit crines insignis Adorea laudis.
Hic licet vrbanæ fugiat consortia vitæ,
Pauper & incuruo tellurem voluat aratro;
Siuè dies inter nemorosas exigat Ædes;
Illius acta tamen latè vulgata per Orbem,
Sæpius aduersæ eludunt præsagia Sortis,
Commutantque scabros in regia Sceptra Ligones.
Erigitur varijs Mundi mens acta procellis,
Audet & innumeros Casus vitare tumultus,
Iam solita humanas rerum cõtemnere fraudes.
Hos Fortuna timet Sapientes, aggere septos
Virtutis, rabido fatorum lædere dente,
Inuidiæque trucis solito discerpere morsu.
Paupere viuebat Consul Serranus in Agro,
Viuida concredens reuolutis semina sulcis.
Cornigeros intentus erat stimulare Iuuencos
Heros, cum latias iterum reuocatus ad Arces,
Vilia purpureum mutauit tegmina in ostrum;
Edocta & glebas infringere dextra, Quiritum
Sustinuit sceptrum, Populorum & rexit habenas.
Nec paucos numerat Soboles longæua Casini,
Quos fama excelsi meriti reuocauit ab Antris,
Claustraq. dum colerent nigro velamine cinctos,
Impulit imperij regimen, soliumque tenere,
Summus vbi toti dat Mundo iura Sacerdos;
Christiadum, reserans superi Penetralia Regis,
Sæcula ne reuocem, priscorum dissita Patrum:
Te Benedictinæ splendor, Ludouice, Cohortis,
Præsul, adoratas Tarsensis sideris Aras
Qui regis, & tãti, prudens, moderaris Alumnus

Canu-

Cœnobij, Romæ pietas quod cuncta veretur;
Te meriti præeunte face, ingens gloria tollit
Ad Superos; partæ illustrant, & nomina famæ,
Obductos inter quamuis meditere recessus
Numina, mundanæ spernens consortia turbæ.
Tu mihi, Calliope, factorum tempora pande;
Et quibus obsequijs Romani Præsulis ora
In se conuertens, nomen super Æthera vexit,
Æternoque sacras auxit splendore Cateruas.
Non lethæa vorent tantos oblinia mores;
Gestaque Dalmatico non surripienda metallo.
Da faciles cursus, & nostræ vela Carinæ
Dirige; tu potis es penetrare sacraria mentis;
Et Generis laudes, & magni Herois honores
Pandere, Castalio demulcens ora liquore.
Hauserat optatæ Ludouicus lumina vitæ,
Illic Mater vbi Tellus dat prodiga fructus,
Et pingues flaua ditescunt messe Coloni.
Nam fæcunda Ceres &, lætior ore Lyæus,
Iam Pedemontanis referunt sua munera terris,
Quas vmbrant rigidæ latis in vallibus Alpes.
Huic Natura dedit, primo sub limine lucis,
Et dotes animi, & famam splendoris auiti;
Dum Comitis magno nituit decoratus honore;
Fascibus insignis, Genitorum, & sanguine clarus,
Balbiadum antiquam lustrant, qui nomine gentem.
Miratur Natura nouo cum germine partus:
Et caris resouens teneros amplexibus artus;
Talia voce refert: Salue gratissima Proles,
Quam mea fuderunt felici viscera nixu.

Au-

Aurea iam triplices neuerunt fila Sorores,
Nestoris apta Senis lapsos reuocare rotatus.
Vtere magne Puer, longæuæ munere Matris,
Quæ tua multiplici cumulabit pectora forte.
Sic ait; & citius currum conscendit eburnum;
Hinc Mare, mox Vrbes, & Cæli nubila tranans;
Tandem, uecta, Paphum tangens, Nemora alta reuisit
Matris Acidaliæ, dilectaq. culmina Nymphis;
Ver vbi perpetuum, Zephyris spirantibus auras
Temperat, & rutilos fæcundat floribus hortos.
Hic nemus vmbriferū ramorum nexibus arcet,
Immodicos rabidus, quos Sirius euomit æstus.
Fluctibus apta abies: domibus funesta Cupressus;
Glandiferæ Quercus: & Palmæ datura triumphos,
Ingentem texunt Rupis sub vertice sylnam.
Vocibus hic lucos mulcet Philomela canoris,
Multisonosq. modos niuei modulantur Olores.
Hic Venus expulsis sumit solatia curis,
Nympharumque Choro, & turba stipatur Amorum.
Formosæ Dryades, pueris luctantur, inermes,
Paulatimq. bibunt pharetratę spiculaTurmę.
Pulcer Honor, mollisque Decor, præclaraque Mundi
Gloria, lætitiæ semper studiosa Voluptas,
Idaliæ Matris gressus sociantur vbique.
Compita perspicuis lucent crustata Smaragdis,

Pri-

Primaque pubentis surgentia gramina campi
Assimilant, aureis arte intertexta lapillis.
Desuper inflexæ vites sinuantur in arcum;
Atque vias denso foliorum tegmine opacant.
Vlmus odoratas non hic complectitur vuas,
Luxuriat fuluo vitis sed vixa metallo,
Pampinei & rutilo pendent sub fornice botri.
Vnda scatens summo latè de vertice collis,
Præcipitique cadens lapsu, sub Rupe coacta,
Lambit purpureos, inflexo tramite flores;
Indè per obscuros mirè traducta meandros
Exilit, & dulces imitatur murmure voces.
Hinc, atque hinc, parium præbet subsellia
Saxum
Nympharum Agminibus: reuocant hic gaudia
cantu,
Castalidumq. modis mulcent Cythereidis aures.
Fortè puellari Cypris circundata Turba
Natorum, manibus tenero blanditur Amori,
Quem Frater curuo, colludens, læserat arcu;
Cum famulæ referunt magnam aduentasse
Parentem
Naturam. Subitò Natorum ludicra ponit
Cypris, & adstantis vultus veneratur aniles.
Cui Genitrix rerum, placido sic ore locuta est;
O Dea, Siderei formosa propago Tonantis,
Quæ Cœlum, terrasque regis, liquidumque
Profundum;
Quæque meos decoras splendenti lumine fœtus;
Nam quod vbique viget nostri virtute laboris,
Verte spectatos cultus, faciemque serenam
Accipit, & meritam depromit imagine sortem;

Quam

Quam mea ſublimem fuderunt viſcera Prolem;
Dotibus hanc cupio natiuam excedere ſortem,
Pulchrior vt nullus; nec celſo maior honore
Fulgeat; & meriti lumen ſuper Æthera portet.
Illa refert: O magna Parens, quæ ſemina rebus
Ingeris, atque nouis inſtauras fætibus Orbem:
Nam Chaos antiquum cohibes diſcrimine certo,
Atque elementa feris potis es frænare catenis,
Ne cæcis odijs ſocialia fædera turbent.
Nunc pete, quid quid aues; nam Proli optata dabuntur
Dona tuæ; magnumq. feres ad ſidera Natum.
Sic ait: atq. vocans Famã, lepidumq. Decorem,
Et Meritum comitem, & Charites, tum germen Honorum:
Ite, ait, & Sobolem longæuæ exquirite Matris,
Oraque laurigeris Pueri decorate Trophæis,
Egregijque virum ſemper comitentur Honores.
Dixit; & auertens ſe, prima ſedilia viſit,
Preſſit & Aligeri vultus ad pectora Nati.
At ſociata Choris Balborum Tecta reuiſit
Natura, & fætus Catu cunabula ſepſit.
Aurea multigenos ſparſit tunc Gratia flores,
Melliſluo teneros perfundens rore labellos.
Creſce Puer (dixit) mores imitabere auitos,
Actibus & claris animos mulcere ſupremos
Iam datur, & dictis regalia flectere corda.
Non tibi belligeri Mauortis pectus obumbret
Horror; nulla Ducis conturbet gloria mentem.
Armorũ ſtrepitus procul; enſis & inclyta fama.
Abſit Hymen, dulciſque Thori irreſolubile vinclum!

Sat-

Satque datum Proauis Belli tolerare labores;
Balbia Progenies iactat sat Martis honores.
Militię adscriptus sacrę, dominabere Claustris,
Nomen eritq. tuum cunctis memorabile saeclis.
Tunc Mundi Proceres, donant qui prospera
Genti,
Blandus Honor, Meritum, praelucens Gloria,
Fama,
Atque Decor formae, Robur, Constantia, Virtus,
Sint comites Pueri, semperque sequantur
Ephebum.
Oscula deindè dedit, Venerisque meauit ad
Arcem.
Miratur Genitor mores; miratur & ora,
Crescere dum spectat senium cum flore iuuentę.
Velabat tenera roseas lanugine malas,
Cęperat atq. tribus lustris vix addere quartũ;
Atria posthabuit vani cum splendida luxus,
Attalicas vestes, Aulaeaque gaudia Tecti,
Quosuè ferox equiti spondet Bellona Trium-
phos.
Calica signiferi Benedicti Castra secutus,
Splendentes tetra tinxit ferrugine vestes,
Inseruitque sacrę puro se corde Phalangi,
Ditis vt inuictis vires infringeret armis.
Cęnobium media Parmensi surgit in Vrbe,
Atria marmoreis pandens crustata figuris.
Limen imaginibus cernes fulgere decoris,
Artis quae vario viuunt animata colore.
Intus nobilibus resplendent Claustra Tropheis,
Celsaque vallatur spatioso Machina muro.
Turris in excelsum se porrigit aucta metallis;

Py-

Pyramidum priscos cuius structura labores
Vincit, sidereas lambitque cacumine flammas.
Incolit has ædes Patrum numerosa Caterua,
Assiduis precibus, qui Numina celsa fatigant.
Germinat hic docti, summa cum laude Lycei
Gloria, multigena mores virtute virescunt.
Cœtibus his Iuuenis se Balbius inserit vltrò,
Indolis & placidæ teneros exercuit artus.
Feruidus, audacem voluit frænare iuuentam
Legibus; ingenium Musis, cultuque Mineruæ.
Crescere iam sensere Patres ætate seniles
Mores, & primo cum flore senescere mentem.
Excoluere pares, curis ingentibus annos.
Adscitus rebus Romanæ namque Cohortis,
Peruigil, omnigenas Cœtus arcessere lites
Curat, & aduersos omni superare labore.
Non feruore Canis; non tristis Aquarius vrna
Detinet, haud animi motus vis vlla retardat.
Attigit hinc summum; plausu; mox culmen honorum:
Nam, Ludouice, tibi Comitia magna dedere
Ordinis, vt celso referas arcana Parenti,
Legifer immensum dextra qui temperat Orbem.
Conspicuus, mentes in se conuerterat omnes,
Purpureique Chori totum rapiebat amorem.
Eloquio dulcis; rutilo venerabilis ore;
Aulam relligiosa omnem grauitate trahebat.
Publica priuatis; proprijs aliena præibant:
Auxilijsque suis vlli prodesse negabat.
Semper vera loquens; nunquam promissa retardat;
Absentesque fouet; certa spe nutrit amicos;

Se-

Sedulus, officio oppressos erexit in altum,
Nec tulit innocuos rabido liuore refringi.
Fædat auarities haud illum, aut feruor habendi;
Nulla fames auri generosum pectus obumbrat,
Debita sed læta spargebat munera fronte.
Accipit inuitus, quæ dextera sponte rependit
Præmia nam renuit meritum pensare laboris.
Aerea Romanæ Cœtus quæ pondera Sedi
Soluit, deposito seruans collecta fideli,
Ingenuo, solers, data corde tributa ferebat.
Illum tergeminæ splendent cui fronte Tiaræ
Innocuus Pastor, latiæ regnator arenæ;
Miratus, moresque viri, pectusq. verendum;
Munificis donis vultus refouebat amicos;
Illi, legiferi Patris intemerata voluntas,
Christiadum sacri curam mandasset ouilis,
Vt Pastoris onus tantis clarescere actis;
Ni peteret supplex atra sub veste morari.
Exacta tandem quartam trieteride messem
Viderat, & magna curarum mole grauatus
(Ardua nam niueæ velabant ora pruinæ)
Sensit Atlanteos humeros gemuisse sub Axe
Ordinis, & duro vires cessisse labori,
Noluit officij præscriptum ducere lustrum;
Tam fama celebris, quam laude recessit onustus.
Romula vt absentem suspirat Curia Balbum,
Sic Ordo amissum non cessat flere Parentem.
Cunctorum mentes laniat iactura Ministri,
Præposuit proprijs aliena vt commoda factis.
Debita ne desint cumulatæ præmia famæ,
Supremum euectus, Patrum plaudente Senatu

Ad

Ad culmen, partes exercet Præsulis illic,
Eridanus celeres Lironis vbi excipit imbres;
Mincius atque suis, firmato fœdere lymphis,
Vnanimes soluunt fluuialia dona Profundo;
Et Phaëtonteas radentes vndiquè ripas,
Turgida populeis innectunt cornua ramis.
Hic ingens Templum, Benedicti nomine sacrum
Surgere conspiciunt: Domus ampla ministrat
Alumnis
Magnificum Penetrale, & Claustra capacia
Gentis
Innumeræ, moles at cingitur aggere vasto;
Vrbs velut ingentis circundata margine fossæ.
Iugera multa terens fundamina; sydera
Turris
Lambit, & absentes circum vocat ære sonanti.
Sylua columnarum spatiosos sustinet arcus
Claustri, gesta nitent vbi claris picta figuris
Illius augusto fixit qui Nomina Templo.
Maximus hic Heros, sacri Genitoris honores
Sumit, & excelsas Benedicti dirigit Arces.
Legibus in patrijs seruandis, ipse seuerus
Custos, virtutum stimulos in mente ferebat,
Exemploque suo Natorum corda regebat.
Nam primus recti fulgens seruator honesti,
Arctius ipse sibi legalia vincla parabat.
Interea Domini totis dum viribus Ædi
Aduigilat, stygij Domitor consurgit Auerni,
Inuidus, inque Lares vesanas suscitat iras,
Pacatamque pijs Pacem detrudit ab oris:
Ac veluti Lupus aggreditur cum Limen ouilis
Agmina perturbans; miscere famelicus audet
Im-

Imbelles pecudes, donec clamore repulsus
Rectoris, pauidæ linquens Tentoria prædæ,
Faucibus impastis citus antra cruenta reuisit:
Sic sapiens Heros feruentia pectora placat,
Discordesque animos optata in pace reponit,
Hostis, & insidias, temerariaq. ora retundit.
At grauiora vocant vigilantem munera curã;
Nam pius inspector morum delectus, in Orbem,
Arduus, obseruat quãtum præcepta virescant
Ordinis, & cunctos Cœtus scrutatur Alumnos.
Deseruit, mæstas sed dum phaetontis arenas,
Fraternos gemitus credis renouasse Sorores.
Iam Venetum, Ligurumq. sinus, Pedemontis & oras,
Insubrum fines, Romaniolamque peragrat
Impiger, & curis ingentibus omnia lustrat,
Subdita peruigili vestigat Limina mente,
Polleat vt sacris legum custodia Tectis.
Iustitiæ librat meritorum pondera lance,
Et nullus digna fraudatur munere palmæ.
Fronte serenata, & verbis solatur amicis,
Cum vis nulla, preces potis est æquare rogantis.
Talibus exhaustis, omnique labore peracto;
Tandem membra petunt pacatã fessa quietem,
Mensq. assueta frui potius dulcedine Claustri,
Pellere sollicitat vigiles de pectore curas,
Sola Deum curans mæstis placare querelis.
Templum ingens magno Mariæ, quod nomine gaudet
Panditur in celso felicis vertice collis,
Quem Bromij germen; quem florens bacca Mineruæ

Cir-

Circuit, hic lætis spumat vindemia labris.
Atria conspicies gradibus porrecta superbis,
Astraque celsa petit moles, Testudine Templi:
Dædaleisque Domus fulget radiata figuris.
Virginis effigiem Populus, cum prole Tonantis
Hic colit, admirans, Matrem exaudire precantes;
Induit innumeris murorum membra Tabellis;
Hinc mare velivolum, vectasque per æquora Puppes
Prospicis: indè Vrbem, & spretas Rubiconis arenas;
Celsaque Cæsennæ dominaris Tecta vetustæ.
Hic, Ludouice, nouis illustras Numina gestis,
Et tua per latas resonant præconia terras.
Cumq. ascendebat Montem, comitatus Alumnis,
Tam grauis incessu, quam maiestate verendus;
Augurium quale expectatus Apollo ferebat,
Cum, Delon rediens, bifidas inuiseret Arces;
Tota Sophum læto Rupes clamore resultat,
Exultantque Deæ, expectantes visere Patrem.
Tunc Aganippeę modulātur carmina Nymphę;
Aer mu'cetur cantu, citharisque sonoris,
Arridetque suo celebratum Numen honori.
Atria fit Mariæ concentu implentur amœno,
Mellifluoque tonant, fuso discrimine vocum.
Organa disparibus comitantur gaudia cannis,
Dulcia dum Catus Reginæ in laudibus ora
Soluunt, hymnisono ferientes Æthera cantu.
Hic non docticani suspirant culmina Phœbi
Virtutum Proceres; nec magni lumen Aquinis;
Ipse nec immodico fundens suspiria fletu,

No-

Noctedieque preces flammato pectore versans,
Ad similes actus aliorum corda trahebat.
Limina cuncta nouis fulgent radiata tapetis;
Iconis Ara nitens miris decorata Trophæis,
Suscitat affectus, deuotaq. corda precantum.
Ædibus hæc sacris dum Balbus mira gerebat;
Marmoreis gradibus venerando Roma sedebat
Aspectu, non qualis erat cum terruit Hostes,
Imperiumq. annis totum diffudit in Orbem:
Sed species nunc lenis erat; non Casside frontem
Cinxerat; horribilis non presserat hasta lacertos.
Aegide purpureum pectus nec sæua tegebat;
Cæsariem dederat latè sed fundere ventis;
Ambrosiosque sinus Tyrio commiserat ostro.
Poplite nudato, stringebat crura cothurno,
Atque humeris habilem pugnæ suspenderat arcum,
Et pharetra immanes celabat picta sagittas.
Iam Nox obscuris contexerat omnia velis,
Et Sopor aurata per amica silentia Lunæ
Errabat, fessis inspirans otia membris;
Pectora lassa rigans, curas depellit inanes.
Sidera cuncta silent, duræ cum mortis imago
Somnus, Lethæis mortalia corpora lymphis
Irrigat, & fuscis artus complectitur alis.
Illum Roma videt latè per Tecta volantem,
Perque Domos altas fecunda papauera dextra
Spargentem, cum prima quies iam corda resoluit.
Tunc Virgo dictis vltrò compellat amicis:
Somne, Parens Pacis, qui tetrica somnia fingis,

Et

Et mentes hominum fictâ sub imagine ludis:
Sterne sopore graui lucentia lumina Balbi,
Et renoua in niueo sopitas pectore curas;
Romuleas memora terras, Arcesq. Quiritum;
Cardinei Cætus animos, lumenque benignum
Numinis Innocui, cunctaeq. Cohortis honores.
Coge tuis formis latios optare Penates
Magnanimum Heroem, ignotasque relinquere
Rupes,
Splendida tergeminis attollens nomina gestis.
Ille Deæ paret iussis, Penetralia tangit
Iam Patris, & fessos, placidè, complectitur
artus;
Dumque quies imis percurrens ossibus hæret,
Nutantes animos simulacris occupat alijs:
Oblitosque Lares curat renouare figuris.
Vt Sopor illusit magno Phantasmate mentem,
Commouitq. nouo flammantia corda tumultu;
Deseruit tandem dilecta cubilia Balbi,
Aëra Caeruleis, laetusque reuerberat alis.
Iam Pater insomnis, visu commotus inani,
Ingentes curas, Romanaque gesta reuoluens,
Et procerum plausus, summique Parentis
honores.
Cænobij regimen, magno sub nomine Pauli
Quod viret, & toto latè celebratur in Orbe
Obtinuit, linquens dilectas Virginis Aedes.
Tecta hic alta nitent opibus cumulata su-
perbis,
Ausoniæ decorant, quæ proxima mænia Romæ;
Cuius spumiferis pergit dum turgidus vndis
Ad Mare, arenosus, lambit vestigia, Tybris.

Cul-

Culmina multiplici surgunt effulta columnæ,
Et trabibus solidata altis laquearia turgent.
Hic lydius, Pariusque silex, hic clara laconum
Saxa virent, fuluo mirè intertexta metallo,
Sectaque spirantes gaudent animasse figuras.
Hic mentem, hic oculos operis veneranda vetustas
Surripit, & celsi ferientes sidera muri.
Pignora seruantur media testudine Templi,
Tarsensis radij, qui Dogmata præbuit Vrbi
Numinis æterni, proprio firmata cruore.
Hic, & humata iacent morientium corpora Diuum,
Quæ Lucina sacris donauit fida Sepulchris.
Præficitur magnis Laribus cum Balbius Heros,
Innocuus Pastor, Pacis qui Stemma gerebat;
Clauibus ætherei Portas reserabat Olympi;
Præsulis attendens regimen, vigilesq. labores,
Temporis exesas cupiens reparare ruinas,
Millia multa Viri fidei concredidit auri;
Quod nisi clausisset Mors inuida Patris ocellos,
Limina Tarsensis Mundus renouata videret,
Constãtine, tuæ & reuirescere Nomina dextræ.
Nunc, & Alexander Latiæ qui præsidet Arci,
Herois famam valdè miratus, & actus
Egregios; vasti curam vix sumpserat Orbis,
Impiger, & miro non dedignatur amore
Visere sacratos cineres, Tectumq. vetustum.
Qualis erat Ludouice, tuæ tunc gloria famæ,
Cum plantis premeret tua Legifer Atria Mundi!
Sumere nec refugit frugalis munera mensæ,

Inter vbi Natos reficis tua corpora ferclis.
Purpurei Proceres circunstant, ordine longo,
Pontificis iussi latis discumbere mensis.
Ingens Turba virum, Cererem, Bacchumque ministrat.
Dant manibus Lymphas famuli, dapibusque teruntur
Mensæ; cana nitent aureis mantilia Gazis.
Personat Aula modis mirè percussa canoris,
Quos Heliconiades plectro pepertere Sorores,
Cuncta Manus Procerum miratur structa stupendo
Ordine, laudatur magni prudentia Balbi.
At Domus interior Tyrio consternitur ostro,
Attalicisque toris, stratis, mirisque figuris.
Atria Regali cernuntur consita luxu,
Altaque magnificis variantur Tecta Tapetis.
Fama per expansos circum Penetralia campos,
Luminibus præcincta suis, lituisque sonoris:
Viderat hæc, summum, gaudens, speculata Parentem;
Quam læta facie Ludouicum, atque ore sereno
Excipit, vtq pedes extendit ad oscula promptus;
Muneraqueq. dedit; quantis, & laudibus vltrò
Præscriptum regimen, vigilisque Regentis amorem
Extulit, & quãto Monachos cumulauit honore.
His accensa super; magnam volitare per Vrbem
Cœpit; & ingentes Balbi iactare Triumphos.
Post celer, Ausonias terras, atq. oppida cuncta,
Æquoreosq. sinus, & dissita Regna peragrat,
Vt maneat totum celebris vulgata per Orbem

Glo-

Gloria; ne tacitis tentes succumbere fatis.
O memoranda dies, albaque notanda lapillo!
Plurima quæ paucis deuicit sæcula gestis.
Solaque Cæsareos potis est æquare Triumphos.
Hanc & Pieriæ lustrarunt carmine Diuæ;
Iris & expressit blandos in nube colores,
Cerneret, vt pompam defixit lumina terris.
Prosilit e liquidis senior Tiberinus ab vndis;
Lætus arundineo præcingens tempora serto.
Naiadum Cœtus sequitur vestigia Patris,
Tum quoque quid quid alit vasto sub gurgite flumen.
Tybris, ait: Gnatæ pompam celebrate diei
Istius; haud latijs hac fulsit clarior oris;
Fundite voce modos: pedibus renouate choreas;
Carmina, Pontificis nomen super astra reponant.
Littora, Balbiadum texant encomia Proli,
Et Chorus omnis aquæ Ludouici Nomina tollat.
Cerne; Casnatum splendor, fax inclyta nostri
Ordinis, & germen verum virtutis auitæ,
Perpetuis quantum te laudibus euehit Orbis,
Atque triumphali te munere Roma coronet,
Ne tua facta vnquam valeat delere vetustas.
Obstupuit Fortuna, graues mirata labores
Pectoris indomiti, claros & laudis honores;
Cerneret vtq. pati nec te dispendia sortis,
Ambigua euulsit pendentes fronte capillos.
Iam rota sublimi confixa cacumine honorum,
Stat merito firmata tuo; librata secundo
Sidere; Numinibus iam commendata benignis.
Festinant trabeæ; primæ decora alta Curulis,

Expectantque diu tardantis tempora Saecli.
Parca trahit velox adamantina stamina vitę,
Inuitèque licet, neuit tibi Nestoris annos,
Dilatisque ferox deflet Libitina labores.
O felix, faustusque dies, qui Caetibus olim
Te peperit nostris; auxitque fauore Casini
Fastus aeternis perlustrans stemmata gestis.
Nunc renouata viret series elapsa Parentum,
Qui Vaticanas auxerunt dotibus Arces.
En Benedictini reuirescit Gloria Foetus,
Qualiter occiduis Ales renouatus in oris,
Aurea conspicuis inducit tempora plummis.
Quae Soboles Regum quae vis suprema potentis
Imperij fasces tam longo protrahit aeuo,
Innumerasq. videt florente propagine gentes?
Mille super numerat quingentos temporis annos:
Heroasque paris, primo radiante metallo
Magna Parens Caetus, longè, latèq. per Orbem.
Legifer vt Vates Benedictus mente futuram,
Natorum Turbam venturā, ex ordine pandit;
Hanc fore visuram, dixit, per Saecla nepotes,
Dum Sol immensa lustrabit lampade Terras;
Dum Mare deformes Phocas; dum Sidera Caelum
Pascet, & annorum figet discrimina motu.

De

De Balbio Stemmate Iridis Coloribus Expresso.

EPIGRAMMA.

DVm caua conspicuam pandit per nubila flammam
Phœbus, & Aethereas proterit Axe vias;
Si ferit aduersa radiorum cuspide nubes,
Explicat imbriferas Iris amica genas.
Qua, dum cæruleum sinuat sub nubibus arcum,
Admonet iratum detonuisse Polum.
Balbiadum vario pingis dum Stemma colore,
Multigenus signat germina quanta rubor!
Tempora longa trahant Ludouico pensa Sororum,
Iris vt ista diu Limina nostra beet.

Aliud.

ORbita flammigeras agitat dum celsa quadrigas
Solis, & optatum spargit in Orbe diem:
Verberat obscuras roseo si lumine nubes,
Thaumantis vario cincta colore nitet.
Dum supera Balbum Benedictus luce serenat,
Iridis innocuo sculpit in ore decus.
Hæc, si deciduas se se dissoluat in vndas,
Aureus, vt pluuius Iupiter, imber erit.

Ad eundem.

Dum perfuncto Præsidis Generalis munere, à regimine Abbatiali se abdicauit.

EPIGRAMMA.

Nomina sublimi Ludouicus vt auxit honore,
Ordinis, ipse libens, deserit esse Caput.
Mox regimen totum, posito Diademate temnit,
Priuatusque sibi viuere solus auet.
Supremis inhiare datis, terrena perosus
Autumat, ac precibus sollicitare Polum.
Viuit anhelanti totus sic pectore Christo;
Inuenit & Regnum, spernit vt imperium.

In Nuptijs Illustriss. ac Excellentiss. Dominorum Marchionis Hippolyti Bentiuoli, & Dñæ D. Lucretiæ Piæ de Sabaudia.

EPITHALAMIVM.

Sedit in Eridani rutilis Hymenęus arenis,
Vocalem roseo percurrens ore cicutam.
Ipse tori custos, nexu deuincit amantes;
Discordesque animos concordi fœdere iungens,
Dulcia largitur genialis munera tedæ.
Aurea victrici præcingit tempora lauro;
Lucida sydereas imitantur lumina flammas.
Purpurei sordent dubia lanugine vultus,
Ostra, rosasque simul miscet candore niuali
Malarum species; excelsi & sanguinis ardor.
Fronte sub egregia solium erexisse Pudorem
Adspicis; & placidum faciem subÿsse decorem.
Populea blandos carpebat fronde susurros,
Arcebatq. iubar Solis, rabidosq. calores; (das.
Dum zephyrus tremulas crispabat fluminis vn-

Disparibus gratum carmen modulatur auenis,
Alternisq. sonans, æstum fallebat, & horas.
Non sic vmbrosæ nectuntur vitibus vlmi;
Nec sic lotos amat currentis frigora lymphæ;
Littore nec gaudet sic crinē expandere myrtus,
Lucretiæ niueis vt stringere colla lacertis
Hippolytus; castæ delibans oscula Sponsæ.
Talia mellisflua componit carmina voce
Pulcher Hymen; resonæ reddunt tot murmura ripæ.
Congeminat sonitus vocum penetrabilis Echo;
Extremosque modos verbo progignit inani.
Audijt hæc tandem magnarum Rector aquarum
Corniger Eridanus; cubito subnixus & vrnæ;
Deserit angustum penetrale, & concitus vndas
Transilit; explorans tanti quæ gratia cantus
Fluminis ad ripas; tali quos euehat aura.
Naiades glaucum properant sociare Parentem,
Et puerile Genus gressus obseruat heriles.
Occurrit Iuuenis venienti, & pronus adorat
Regales vultus; longæui, & Fluminis ora.
Dic agè, Rex inquit, referas quæ gaudia nobis?
Quid tantum lætis iuuat indulgere Camænis?
Quis torus, alme Puer, cogit tot promere plausus?
Illa refert: O Hesperidis dominator arenæ;
Perspice lætitiæ signum, argumentaq. laudum,
Et gratare viro, merito cui contigit vni,
Regales thalamos Regalibus addere Tectis:

Iam

Iam Pia virginitas maturos viderat annos
Lucretiæ: celsa soboles de stirpe creata.
Senserat Hippolytus tenero sub pectore flammas
Serpere, flagrantesq. animo voluebat amores,
Bentiuolę cupiens insignia tollere Gentis.
Virginis eximias dotes miratur, & actus,
Virtutemque piæ mentis, frontisque pudorem.
Pectora sollicisi Iuuenis iam Virgo pererrat,
Nec lassis mordax fert membris cura quietem.
Iactat vterque parem fortunam, & stemmatis altam
Progeniem, & longam seriē despectat Auorum.
Qui locus orbis erit, claræ quo Gloria Gentis
Bentiuolæ, dignos lauro, non prodat honores?
Nobilibus primo creuit dotata Trophæis,
Palladis exercens studium, Martisq. labores.
Fascibus insignita sacris, sceptroque superbo,
Innumeros peperit cum maiestate Nepotes,
Nullaque despectæ sensit contagia sortis.
Belligeras domuit gentes, hostemq. proteruum
Sanguine fædauit: decorans Capitolia palmis;
Stemmate donata excelso, armigeroq. Parenti,
Bentiuoli Generis famam super æthera vexit.
Nec Pia Virgo minus, digno sata sanguine Regum,
Immortale decus patriæ, supereminet omnes,
Ausonias inter Matres optabile Germen:
Non assueta colum niueo producere dextræ
Pollice, nec pictas subtegminæ texere vestes;
At generis splendore, animum sortita virilem,
Robore præualido, veteres imitata Sabinas,
Fæminea calcans crepundia prima iuuentæ,

Edomuit genium, teneros superauit & annos;
Egregium structura decus sub imagine Nuptę;
Ora verecundæ iactat fulgore Dianæ;
Matris & Idaliæ fastus; dat gratia vultus.
Fulget in ore lepor rubro circundatus ostro;
Sub cilijs Generis maiestas alta renidet;
Floraque virgineos vultus aspergit odore
Hyblæo, decorans teneros violaribus artus.
Ipsa niues in corde gerit; sub pectore flammas;
Inserit illa Pudor, feruens hæc ardor Amoris.
Nescit lingua dolos, verborum haud flectere sensum;
Non Veneris cæcos audet simulare timores;
Per quos decipitur miserorum Turba Procorū.
Conciliat grauitas pallentes oris Amantes;
Et spem sola parit grati reuerentia vultus.
En ego flammantes Iuuenis miseratus amores,
Assiduis flexi blandas clamoribus aures,
Dexter opemque tuli, cohibens suspiria mæsti
Hippolyti; cupiens vinclo sociare iugali,
Quos infestus Amor telis confixit amaris.
Sponsus amat; redamatque virum formosa Marita,
Ardet & in castis felix amplexibus Heros.
Inclyta lætitiæ promens Ferraria signum,
Ignivomo aerios tractus petit ardua ferro,
Excelsas lustrans teretis funalibus Ædes.
Organa Pierijs implent concentibus aures;
Præcinit, & carmen Nuptis vocalis Arion,
Mellifluæ soluens septem discrimina vocis.
His dictis Paphias Hymenæus tendit ad oras,
Dulcia Acidaliæ laturus gaudia Matri.

Nam,

Nam, celer, eliso depictis aëre pennis,
Impiger aurata Matris superadstitit Arce.
At Padus ingentis thalami perculsus amore,
In medioque sedens Nympharum voce sonanti;
Non qua frondosæ, disrupto margine ripæ,
Limina concutiens, raucis immurmurat vndis,
Obstantesque viros fluuiali deÿcit ira;
Ast vultu facili, qualis placidissimus Amnis,
Defluxu tacito, syluas, camposque virentes
Lambit, odoratis referens noua germina cāpis.
Vocibus his, solita Regum grauitate resoluens
Ora, pedumque tenens, pendentem in pectore barbam
Læua premit. Chorus expectat noua iussa Parentis.
Plaudite io (dixit) Choreas agitate, Napeæ,
Vndarum plausus Neptunus combibat aure;
Aethereos Axes fragor, Astraq. cūcta lacescat.
Texite virgineis viridantia serta capillis,
Carminibusque nouis thalamos celebrate supremos,
Bentiuolæq. Piæq. Domus; iam gloria nostræ
Vrbis, Hymen sancto superum quas fædere strinxit,
Aurea perpetuis connectens stemmata vinclis.
Vos Phaetonteæ casus queis flere, sorores
Fraternos placuit, Mundi, & lacrymabile damnum;
Tempora succineis Dominæ circundare gemmis
Currite, votiuos Hymenæo, & cedite ramos.
Virgineæ Turmæ, iussis parere paratæ,
Exercent varios, discreto munere, ludos.

Illa legit rubras, candenti pollice calthas;
Et geminum tempus fulgore exornat agresti.
Altera purpureis festinat colla pyropis
Pingere, Sidonio vultus onerare veneno,
Crescentesque sinus miris velare lapillis.
Illa coruscanti crines discriminat auro,
Atque humeros tenui velamine celat eburnos.
Tum Pater Eridanus, magnæ (inquit) dona parentur
Lucretiæ; pedibus nostros cum proteret Amnes,
Vndarum nitidis Grex præbeat oscula plantis,
Et plausus patulæ tantos comitentur arenæ.
Heliades gratis applaudunt nutibus; atque
Oblitæ gemitus, veniunt ad gaudia Patris,
Lucida populei portantes germina rami.
Ad numerum Nymphæ vitreas saliere per vndas,
Marmoreisque Chorus fluuiorum verberat Æquor
Plantis, & placida vertigine frigora miscet.
Hæc motu, validum librat super aera saltum,
Pulsatasque premit repetitis ictibus vndas;
Vertitur in gyrum æquato pes tempore plectri,
Impiger atque moras breuiat; nunc protrahit, audax.
Illa per imbriferos latices pæana canebat,
Alternoq. gradu ibat ouans, & terga fluentæ,
Saltibus immodicis, animato marmore fregit.
Agmina Naiadum clamoribus Aethera miscent,
Felicem sponsam, felicem Turba Maritum

In-

Inclamat, feros optans augere nepotes.
Pulchrior at cunctis Egle, tunc ora resoluens,
Impetrat à lætis generosa silentia diuis,
Sublimes thalamos facleni carmine iactans.

Felix Hippolytus, cui tulit aureus
Hymen, coniugij Rector, & arbiter,
Lucretiæ thalamos tangere fulgidos,
Insignem meritis tangere virginem.

Omnis Cecropidum cederet huic Nurus;
Cunctis & latij fœmina ditior;
Vrbis Lucretiæ spiritus acrior,
Miratur thalamos quos Pia consecrat.

Huic Regale genus lux prior indidit;
Regales animos prodiga dextera;
Illibata fides cordibus imperat;
Et mentis pietas regnat in Æthera.

Fucantur Tyrijs labra nitoribus;
Indum candet ebur dentibus abditis;
Pingit sola genas Margaris ignea,
Nix molli resides pectore candida.

Cedit nunc adamas luminibus vagis;
Hyblæ corporibus lilia lactea;
Et conchæ Pelagi maxima gloria,
Seruire ignigeris gaudet amantibus.

Vincit cæsaries aurea Cynthium,
Dum spargit radios sydere flammeo.
Hanc virgo Cyprijs cingat odoribus;
O quam mille ligat pectora vinculis!

Procerum superat robora grandia
Corpus, quæ feriunt culmine sidera;
Maior palmifera est hæc Nurus arbore,
Nec non & libyes vertice cedrino.

Fe-

Felix Hippolytus cui bona contingit
Amplecti generis, queis Iouis inuidet;
Mauors & thalamos Cypridis inclytos
Exosus, cuperet tanta cubilia.
Nullus commaculat candida pectora
Liuor; non Veneris blandities procax;
Profert castus Amor vincula Cælica;
Mens vna in gemino corpore præsidet.
Huc tedas Iuuenis detulit Atticus;
Lucina auxilium nixibus afferet;
Mater cum dederit pignora plurima,
Proles, sit similis patribus arduis.
Ergo iam faciles plaudite virgines,
Lætæ nunc Choreas texite dexteris;
Tellurem pedibus proterat impiger
Cætus, flumineus perstrepet alueus.
Felix Hippolytus cui datur vnicè,
Regales thalamos sternere virgini;
Excelsam sobolem fastibus addere,
Quæ famam superis inserit ædibus.
Nobilis hec postquã deprompsit carmina Virgo;
Talibus Eridanus, solita grauitate loquelæ,
Expressit rutilæ sublimia munera Nuptæ,
Vocibus & lætis regalia corda salutat.
Viue diu felix, ò felicissima sponsa;
Cælum namq. tibi plaudit; tibi fundit honores
Numen, & Æthereis aperit præsagia flammis.
Surgit ab Eois Phœbi lux aurea terris,
Splendidiorque diem thalami fulgore serenat.
Tu decus Ausoniæ telluris, fertile germen
Excelsi generis; Patris certissima imago,
Multigenas nineo dotes sub pectore claudens.

Nec non mente Pia facilem frænare iuuentam
Sola vales, paruo concludens omnia gyro,
Quæ parit in gracili studiosa modestia sexu.
Lilia pande tua, ò patriæ spectanda Virago;
Pande rosas, violasq. simul, canumq. ligustrum,
Quæ sinus ingenuo congessit munera sponso;
Quæ pudor effinxit, thalamiq. dedere iugales.
En te clara modò vocat altus, Nupta, Maritus,
Regalesq. parat tædas, gemmasque nitentes;
Et quæ pinxit acus vestes; quæ Dædala finxit
Dextera, sidonio collustrans fila colore:
Splendet at in stratis cinctũ puluinar acantho,
Fulcraq. Dalmaticis stant intertexta metallis,
Aulæis præcincta vagis, Phrygijsque tapetis.
Hic tibi, Nupta, torus patet aureus; inclyta
sicque
Atria consurgunt miris decorata figuris.
Illic viue diu Matris dignata fauore:
Sit proles similisque tibi; similisque Parenti;
Sit magnos imitetur Auos; sic robur auitum
Beniuolæq. Piæque manus pertentet honores,
Quam Bellonæ æstus; quam Martius euehit
ardor;
Gloria purpurei tollit quam celsa Senatus;
Imperijque decus, pretiosaque fama Lycei.
Vocibus arrisit Domini Chorus ipse Dearum,
Et fremitu, modulisq. fauet, fidibusq. canoris.
Personat omne nemus; rupes & voce resultant;
Responsatq. solum; responsant antra ferarum;
Liminaque latè duris habitata Colonis
Concutit, & patulas vocalis feruor arenas.
Hausere insolitas voces, buxusque crepantes

Syl-

Syluicolæ Satyri, Dryadumq. inculta Propago;
Æmula cum cæpit dulces agitare Choreas,
Syluarumq. modis, & agresti carmine Fauni
Ludere, & Arcadiæ calamos inflare sonantes,
Quos Pan instituit, teneros Syringis amores
Cum cecinit, duram cupiens inflectere mentem.
Iam vox lucorum respondet vocibus vndæ;
Carmina carminibus, Choreas iunxere Choreis;
Nec mora, nec requies repetitis saltibus; imo
Exultant pede: præcingunt hi tempora quercu,
Et nomen Sponsæ ingeminant, nomenq. Mariti;
Carmina tũ plectro Fidicen modulatur amæno.
Intereà Oceani nitidis sol obruit vndis
Immensum caput; Ætherios atq. Hesperus ignes
Exerit, & niueos argentea Luna iugales.
Inuida nox spargens taciturna silentia terris,
Ad placidam inuitat sudantia membra quie-
tem.
Hinc Pater Eridanus trepido penetralia gressu
Magna petens, festum vitreis abducit abundis;
Passibus haud æquis Nymphæ comitantur
euntem,
Et properant alti mensas onerare Parentis.
Sic Dryades syluis, lassæ, clauduntur opacis;
Somnus & obductis adfert obliuia terris.

Naiadum munera Sponsæ oblata.

DEstinat Eridanus placidis quas educat
vndis
Nymphas, vt Nuptæ digna tributa ferant.
Hinc

Hinc duodena Cohors patrios persoluit honores,
Obsequioque pari, fertque, refertq. gradus.
Astra, Polumque tibi subdis, liquidumque Tyrannum
Lux Pia; quã melius subdere corda vales?

Rosarum sertum.

QVos tenero flores decerpsit pollice virgo;
Inclyta sunt Ennæ gloria, veris honos!
Reginam Reginæ decet præcincta decore,
Quæq. superba, truci regnet in Arce rubi:
Nempè, Parens rerum, fiat ne præda rapacis
Dextræ, puniceas milite sepsit opes.
Sume coronati rarum tu germinis ostrum;
Spicula nulla timet, dextra pudica, rosæ.
Nam solita Auroræ roseum consternere lectum,
Iam refugit castas lædere rapsa manus.

Lilia.

VIrgineum decorant argentea Lilia pectus,
Quæ tibi fluuiorum mittit ab arce Parens.
Crescit ad irriguas albenti germine lymphas,
Et noster tanto flore renidet ager.
Hoc tibi debetur vectigal, magna Virago,
Pectora quæ referas candidiora niue.
Lilia quid iactant Iunonis ab vbere nasci?
Ipsa tuo verè pectore nata, reor.

Vio-

Violæ.

LImina floriduli reserant violaria veris,
Temporibusq. ferunt flabra beata nouis.
At meliore aura felicem nuntiat annum
Nupta viro, prolis flore virere potis.
Vt violæ exhilarant surgentem Prole iuuentam
Anni; sic vteri pignore Sponsa Virum.

Fructus.

EN tibi Pomonæ mittunt donaria Diuæ,
Nutrit Hamadryadum quæ bona cura manus.
Largior hic nobis prodegit munera Casus,
Vt liceat dignos tollere honore toros.
Quod tibi dextra offert, pratorum est magna voluptas;
Mala sed Hesperidum semper in ore geris.
Aurea poma Draco rictu custodit hianti;
Illa Anguis seruet; sed tua mala, Pudor.

Succiuum.

LVcida flumineis manant quæ Succina ripis,
Regalis sunto digna tributa sinus.
Vt trahit hoc stipulas, mollesque inflammat aristas,
Vris sic cupidos, pulchra Virago, Procos.

Ce-

Coniuge cum vili fulgens se gemma maritat;
Sublimis Sponsi te cupiere tori.

Coralium.

SVme Medusæo fucatos sanguine ramos,
Quos legis in vastis Oceanitis aquis.
Hos tibi decerpsit frutices in caute rubentes,
Sint vt odoratis apta corona comis.
Sponsa, tuis regnant animata corallia labris,
Nec sedet in molli Gorgonis ore rigor.

Monile.

ACcipe lacteoli, Virgo, redimicola colli,
Quod finxit rutila plurima gemma face.
Quidquid Erythræis gignit Matuta sub vndis,
Dum grauidi conchas vbere roris alit.
Eridanus dono tulit: ardens Turba sororum,
Tethios ingenio texuit artis opes.
Tu, quę torquatas superas candore columbas,
Pinge sinus; niueas munere vincis Aues.

Tæniæ.

VIrginea contexta datur tibi Tęnia dextra;
Iam sine aberrantes cōprime lege comas,
Lucifer obstupuit nitidos cum cerneret orbes;
Et timuit superum spargere in Arce iubar.

Cur

EPIGRAMMA II.

Bentiuoli thalamos, & connubialia dona
Arbiter vt cecinit, voce sonante, tori.
Indoluit Cypris, tanti quod gaudia Alumni,
Idalijs poterint, acta, carere dolis.
Inquit Hymen: Mater, tantum quid corda fatigas,
Quod coëant vno germina bina toro?
Hos nam castus amor; Pietasque coercuit alto
Fœdere; virtutem nulla libido notat.

In laudem Sponsi.

EPIGRAMMA III.

Abnuit Hippolytus dum fœda cubilia Phædræ,
Infernis profugus, præcipitatur aquis.
Bentiuolus sequitur thalamos dum Virginis Heros;
Prospicit Æthereas se tetigisse plagas.
Sydera nāq. Nurus virtutibus æquat Olympi;
Hinc & idem Sponso fit Torus, atque Polus.

In

In laudem Sponsæ.

EPIGRAMMA IV.

AVxit Romulidum generosa Lucretia famam,
Pectore dum valido fortia gesta dedit.
Maius ab Hippolyti consurgit Coniuge nomen,
Quam nutrit Pietas, & sociata fides.
Dat tibi perpetuam robur (Lucretia) laudem;
Forma sed huic nostræ, mille trophæa dabit.

Ad Eandem.

EPIGRAMMA V.

CEcropiæ cedant tibi (magna Virago) Puellæ,
Quas sanctus thalami tollit ad Astra Pudor.
Pænelope cesset mentem iactare fidelem,
Absentisque moram se tolerasse viri.
Heroina, tuas en vincit (Græcia) Matres;
Est hæc Pænelope, si sit Vlyssis iter.

Cur mea perpetua lustrat vertigine terras
Lampas, ait, pandit si Pia Nupta diem?

Speculum.

IVdicio speculi vultus compone verendos;
Pinge verecundo, Sponsa, colore genas.
Arbiter est frontis, vana sub imagine formæ,
Ingenuas nulla decipis arte Nurus.
Vt speculo vultus, animi sic instrue mores,
Forma placet spōso; mens iuuat apta magis.

Odores.

FRagrantes Nymphæ tibi demetit vngula messes,
Quas serit in patriis pensilis hortus agris.
Hic casiæ suaues, Panchææq. cinnama surgunt,
Quidquid & in pratis diues odorat Arabs.
His modò sparge caput, rutilosque perunge capillos,
Splendida sic grato gaudet odore Charis.
Moribus ipsa tuis sudantia balsama vincis,
Hinc inter Nuptas tam benè semper oles.

Velamen.

HOc, Sponsa, Assyrio tinctū velamen in ostro,
Artifici primum dextera pinxit acu.

Vilia

Vilia ne spernas studiosæ munera Nymphæ;
Optatas teneri pectoris abde niues.
Terga tege; en melius nil corpora pulchra reuelat,
His & operta valet pädere membra Nurus.

Pecten.

Regalis nitidum latè nunc verticis aurum,
Multifido dentis munere pecten aret.
Dum famula intonsos capitis discriminat orbes,
Luxus tu rigida mente retunde dolos.
Comat ebur crines; cordis mens ordinet actus;
Spondet vtrunque suo Nupta Puella Viro.

In Nuptialibus gaudijs. Augurium.

EPIGRAMMA I.

Nectite purpureos, benè iuncta Propago, lacertos,
Alliget inuictis nexibus ora Fauor.
Tempus edax numquam socialia vincula frangat,
Innumeros felix cernat vterque dies.
Aurea Parca trahat venturæ stamina Prolis,
Inuicto & claros pectore vincat Auos.
Nestoreos postquam Sponsus numerauerit annos,
Diligat Vxorem; diligat ipsa Virum.

Ve-

Cur mea perpetua lustrat vertigine terras
Lampas, ait, pandit si Pia Nupta diem?

Speculum.

IVdicio speculi vultus compone verendos;
Pinge verecundo, Sponsa, colore genas.
Arbiter est frontis, vana sub imagine formæ,
Ingenuas nulla decipit arte Nurus.
Vt speculo vultus, animi sic instrue mores,
Forma placet spōso; mens iuuat apta magis.

Odores.

FRagrantes Nymphæ tibi demetit vngula messes,
Quas serit in patrijs pensilis hortus agris.
Hic casię suaues, Panchaeaq. cinnama surgunt,
Quidquid & in pratis diues odorat Arabs.
His modò sparge caput, rutilosque perunge capillos,
Splendida sic grato gaudet odore Charis.
Moribus ipsa tuis sudantia balsama vincis,
Hinc inter Nuptas tam benè semper oles.

Velamen.

HOc, Sponsa, Assyrio tinctū velamen in ostro,
Artifici primum dextera pinxit acu.

Vilia

Vilia ne spernas studiosæ munera Nymphæ;
Optatas teneri pectoris abde niues.
Terga tege; en melius nil corpora pulchra reuelat,
His & operta valet pãdere membra Nurus.

Pecten.

Regalis nitidum latè nunc verticis aurum,
Multifido dentis munere pecten aret.
Dum famula intonsos capitis discriminat orbes,
Luxus tu rigida mente retunde dolos.
Comat ebur crines; cordis mens ordinet actus;
Spondet vtrunque suo Nupta Puella Viro.

In Nuptialibus gaudijs. Augurium.

EPIGRAMMA I.

Nectite purpureos, benè iuncta Propago, lacertos,
Alliget inuictis nexibus ora Fauor.
Tempus edax numquam socialia vincula frangat,
Innumeros felix cernat vterque dies.
Aurea Parca trahat ventura stamina Prolis,
Inuicto & claros pectore vincat Auos.
Nestoreos postquam Sponsus numerauerit annos,
Diligat Vxorem; diligat ipsa Virum.

Cur mea perpetua lustrat vertigine terras
Lampas, ait, pandit si Pia Nupta diem?

Speculum.

IVdicio speculi vultus compone verendos;
Pinge verecundo, Sponsa, colore genas.
Arbiter est frontis, vana sub imagine formæ,
Ingenuas nulla decipit arte Nurus.
Vt speculo vultus, animi sic instrue mores,
Forma placet spōso; mens iuuat apta magis.

Odores.

FRagrantes Nymphæ tibi demetit vngula messes,
Quas serit in patrijs pensilis hortus agris.
Hic casiæ suaues, Panchæaq. cinnama surgunt,
Quidquid & in pratis diues odorat Arabs.
His modò sparge caput, rutilosque perunge capillos,
Splendida sic grato gaudet odore Charis.
Moribus ipsa tuis sudantia balsama vincis,
Hinc inter Nuptas tam benè semper oles.

Velamen.

HOc, Sponsa, Assyrio tinctū velamen in ostro,
Artifici primum dextera pinxit acu.
Vilia

Vilia ne spernas studiosæ munera Nymphæ;
Optatas teneri pectoris abde niues.
Terga tege; en melius nil corpora pulchra reuelat,
His & operta valet pãdere membra Nurus.

Pecten.

Regalis nitidum latè nunc verticis aurum,
Multifido dentis munere pecten aret.
Dum famula intonsos capitis discriminat orbes,
Luxus tu rigida mente retunde dolos.
Comat ebur crines; cordis mens ordinet actus;
Spondet vtrunque suo Nupta Puella Viro.

In Nuptialibus gaudijs. Augurium.

EPIGRAMMA I.

Nectite purpureos, benè iuncta Propago, lacertos,
Alliget inuictis nexibus ora Fauor.
Tempus edax numquam socialia vincula frangat,
Innumeros felix cernat vterque dies.
Aurea Parca trahat venturæ stamina Prolis,
Inuicto & claros pectore vincat Auos.
Nestoreos postquam Sponsus numerauerit annos,
Diligat Vxorem; diligat ipsa Virum.

Ve-

Cur mea perpetua lustrat vertigine terras
Lampas, ait, pandit si Pia Nupta diem?

Speculum.

IVdicio speculi vultus compone verendos;
Pinge verecundo, Sponsa, colore genas.
Arbiter est frontis, vana sub imagine formæ,
Ingenuas nulla decipit arte Nurus.
Vt speculo vultus, animi sic instrue mores,
Forma placet spōso; mens iuuat apta magis.

Odores.

FRagrantes Nymphæ tibi demetit vngula
messes,
Quas ferit in patrijs pensilis hortus agris.
Hic casiæ suaues, Panchaaq. cinnama surgunt,
Quidquid & in pratis diues odorat Arabs.
His modò sparge caput, rutilosque perunge
capillos,
Splendida sic grato gaudet odore Charis.
Moribus ipsa tuis sudantia balsama vincis,
Hinc inter Nuptas tam benè semper oles.

Velamen.

HOc, Sponsa, Assyrio tinctū velamen in ostro,
Artifici primum dextera pinxit acu.
Vilia

Vilia ne spernas studiosæ munera Nymphæ ;
Optatas teneri pectoris abde niues .
Terga tege ; en melius nil corpora pulchra reuelat ,
His & operta valet pãdere membra Nurus.

Pecten.

Regalis nitidum latè nunc verticis aurum ;
Multifido dentis munere pecten aret .
Dum famula intonsos capitis discriminat orbes,
Luxus tu rigida mente retunde dolos .
Comat ebur crines ; cordis mens ordinet actus ;
Spondet vtrunque suo Nupta Puella Viro.

In Nuptialibus gaudijs. Augurium.

EPIGRAMMA I.

Nectite purpureos , benè iuncta Propago, lacertos ,
Alliget inuictis nexibus ora Fauor .
Tempus edax numquam socialia vincula frangat ,
Innumeros felix cernat vterque dies .
Aurea Parca trahat venturæ stamina Prolis,
Inuicto & claros pectore vincat Auos .
Nestoreos postquam Sponsus numerauerit annos ,
Diligat Vxorem ; diligat ipsa Virum .

EPIGRAMMA II.

Bentiuoli thalamos, & connubialia dona
Arbiter vt cecinit; voce sonante, tori.
Indoluit Cypris, tanti quod gaudia Alumni,
Idaliis poterint, acta, carere dolis.
Inquit Hymen: Mater, tantum quid corda fatigas,
Quod coëant vno germina bina toro?
Hos nam castus amor; Pietasque coercuit alto
Fœdere; virtutem nulla libido notat.

In laudem Sponsi.

EPIGRAMMA III.

Annuit Hippolytus dum fœda cubilia Phædræ,
Infernis profugus, præcipitatur aquis.
Bentiuolus sequitur thalamos dum Virginis Heros,
Prospicit Æthereas se tetigisse plagas.
Sydera nāq. Nurus virtutibus æquat Olympi;
Hinc & idem Sponso fit Torus, atque Polus.

In

In laudem Sponsæ.

EPIGRAMMA IV.

Auxit Romulidum generosa Lucretia famam,
Pectore dum valido fortia gesta dedit.
Maius ab Hippolyti consurgit Coniuge nomen,
Quam nutrit Pietas, & sociata fides.
Das tibi perpetuam robur (Lucretia) laudem;
Forma sed huic nostræ, mille trophæa dabit.

Ad Eandem.

EPIGRAMMA V.

Cæcropiæ cedant tibi (magna Virago) Puellæ,
Quas sanctus thalami tollit ad Astra Pudor.
Pænelope cesset mentem iactare fidelem,
Absentisque moram se tolerasse viri.
Heroina, tuas en vincit (Græcia) Matres;
Est hæc Pænelope, si sit Vlyssis iter.

Ad

Ad Eandem.

EPIGRAMMA VI.

Talidum ſplendor, niueiq. corona pudoris;
Cypridis hoſtiles vincere docta dolos.
Ora cupit centum mea Pieris; organa centum,
Largius in laudes poſſit vt ire tuas.
Pegaſei laſſant dotes iam fluminis vndas;
Hinc laus excreſcit, fit ſed in ore minor.



EPI-

EPITHALAMIVM.

In Nuptijs Illustriss. Dominorum Marchionis Francisci Mariæ Calcagnini, & DD. Violanthes de Albitijs.

PRÆFATIO.

SVme Chelyn, neruos, Erato, percurre Loquaces,
Regales resono pectine pange Toros.
Heroum me Connubialia gaudia tentant,
Gaudia Mæonijs concelebranda modis.
Si quæ Aganippæo hausisti de fonte, recludes,
Non epota satis carmina fundet aqua.
Tempora cingit adhuc Phœbea Daphnide Vates,
Cui datur exili Magna ciere tuba.

AVdijt Hesperidum sonitus Dominator aquarum
Eridanus, quanto vomeret Ferraria plausu;
Atque triumphali veluti redimita corymbo,
Insolita excussis glomeraret gaudia curis.
Senserat audaces strepitus lituumq. tubarũq.
Ignigeros radios vastum per inane volantes,

Et tormentorum simulata tonitrua; flammas
Quæ stygio terrore rotant, globulosq. minaces
Æris, inaudito quatientes murmure tecta.
Talibus excitus Senior, muscosa grabati
Stragula populeis folijs variata relinquens;
Auribus arrectis reboantes combibit ictus
Terricrepi audentis dispergere cuncta metalli,
Cæsariem, barbamq. premens, ruit inde latentis
Defluus humor aquæ; ripas fluuialis arenæ
Exsuperans; Lacium signat mouisse Parentem
Terga, gigantæumque caput, tum fluminis
Vrnam,
Vnde perennis aquæ fons effluit: aggeris altos
Euincit fines, varijs & flexibus imbres
Subuectans nimios, ingenti mole tributum
Inuehit Oceano; stipatus & Agmine Longo
Fluuiorum, Nerei fit formidabilis vndis.
Interea Hymen adest, Regis qui temperat
iras;
Ora Senis veneratus, ait: cur pectora turbas
Magne Parens? cur nostra tuo feruore resoluis
Gaudia? non Bellona faces iaculatur opaci
Puluerls; aut flammis subuertere cuncta
laborat.
Accipe, cur fausto Ferraria corde remittat
Lætitiæ insolitos motus, agitetque fragore
Immodico terras circum, Regnumq. natantum.
Coniugij festiua dies hæc signa reposcit.
Calcagnidum Regale Genus, titulisque superbum;
Quod Proauûm monumenta vehunt, fastusq.
Quiritum;

Di-

Diues opum, Statuas iactans, Procerumque figuras,
Quas Mauortis honos, & Palladis addidit olli;
Virginis Albitiæ thalamo spem prolis adauxit,
Floreat vt soboles memorabilis æmula famæ
Factorum veterum, socialis fœdere sedæ.
Fascibus illustris, meritis illustrior, ortus
Prima sui ostentans exordia, in Orbe Leonem
Stemmatis effingens, aperit virtutis auitæ
Robur, & ingenui prodit monumenta nitoris.
Siste (refert Pater Eridanus) præconia famæ
Calcagnidum numerare, meæ haud incognita menti.
Quid Marius noui Iuuenis, quid spondeat illi
Franciscus, spectator Auum, Genitoris imago,
Augustæ spes vna Domus, latura Nepotes
Calcagnidis Patribus quales Cōnubia reddunt
Expectata diù, fatis concessa secundis.
Fare age quæso, Puer, Sponsæ Genus, atque Parentes.
Vxoris dotes (Hymeneus rettulit) oris
Nulla valet facundia, nulla diserta potestas
Eloquij. Aonidum quamuis sis prædita plectro
Enarrare satis; primaque ab origine Gentes;
Namque illius Aui meritum, redimita Galero
Tempora testantur, Tyrio ludentia succo.
Iam quoque tergemina insigniri digna Tiara,
Et Vaticani desumere Patris honores.
Illius in labris Charites pretiosa loquelæ
Mella immulgentes, doctrinæ oracula promit,
Largius, ingenij discurrens diuite vena.
Quid quid sãcta Themis Ciuilibus egerit orsis,

Quidue Astræa librāt iusto discrimine lancis
Ebibit; hinc Legum latebrosa ænigmata sol-
uens;
Discordes æquo componit pondere lites.
Sic mentem recreans omni virtute refertam,
Pertulit impauidus torpentis frigora Rheni
Nuntius, Arctoi confundens Teutonis ora,
Ipse suo Procerum gauisus flectere sensus
Indicio, & rerum motos componere fluctus.
Haud minus illius dotes miratus Iberus,
Ausonij Herois posuit super Aethera nomen.
Non sic aurigeras Tagus, altior aggerat vndas;
Nec tot gemmiferis serpit Pactolus arenis;
Herme, metalliferis opibus non ditior exis,
Cardineæ vt linguæ tumet inuidiosa potestas,
Flumineusq. furor, vocum retinacula rumpens.
Verba procelloso cum proijcit impete, toto
Romulidum spectante foro, latioque Senatu,
Alligat alloquijs animos, & pectora mulcet.
Par erat, Heroi ne vis fæcunda deesset;
Ingenua hinc illum Sors fecit Prole Parentem,
Augustumq. dedit proferre propagine Nomen,
Stipes vt Aeternas numeret per sæcula Luces.
Te, quoque progenuit (Ioannes) splendor auiti
Nominis, Albitiæ virtus, & gloria Gentis;
Vix Puer, ingentis pauisti semina laudis
Pectore sub tenero; cupidusque vibrare lacerto
Spicula, & Alipedum dextra torquere Lupatos,
Belligeros auxit Pallas sub corde furores;
Nam Martis simulacra placent, nec Classica
turbant
Viscera; militiæ duros nec ferre labores

Des-

Despicis, & frontem aduersis ostendere Castris.
Quàm tua, magne Heros, Prudentia rexerit Arces
Vrbanas, quanto conamine reppulit hostis
Tela manus tua, mille tubæ præconia texunt,
Ipsa tui in laudes Germania tota resoluit
Ora, Sueci acies, vt Marte repellere forti
Vidit, & horrentes Aquilonis subdere Turbas.
At melius recinit FERRARIA *Nomen, & actus*
Præsidis Albitij; sic alma Bononia secum,
Aemiliæque solum meritis encomia soluunt.
Annus at ipse silet nec facta vetusta Parentum
Albitij Generis, prius incunabula traxit
Vnde Domus, creuitq. magis virtutibus aucta
Innumeris, grauidos palmis Heroas Olympo
Gignens, quos Toga, quos ferrum super Astra reuexit.
Coniugis at Dotes Maiestas ipsa recludit
Vultus, frontis apex, orisq. corallinus ardor;
Purpura sparsa genis candore admixta niuali;
Lumina, cæsaries, proceri corporis artus;
Et Patris, atque Ataunm mores, animumq. virilem
Fæmineo clausisse sinu, cordique resignant.
At prius occiduis Titan cadet obrutus vndis;
Rursus & eoas lustrabit lampade terras,
Dictorum valeam longo quam claudere gyro
Albitiæ Gentis seriem, dotesque pudicæ
Heroinæ, Calcagnidum quæ Limina adornat.
Iam gratare, Parens, arride plausibus Vrbis;
Ocyus vndarum iuueniles coge Cateruas

Muneribus decorare Toros; cantusq. mouere;
Vt noua Sponsa probet liquidi Viridaria Regni,
Naiades rutilis innectant serta capillis.
Tunc Pater Eridanus releuans praecordia dictis,
Exhilaransq animum; cito nobiliore vocata
Virgine, quam Gentes Aeglen cognomine dicunt;
Gratior & cunctis, gracili sub pectore claudit
Par etiam ingenium; vocalis & aemula Turba
Pieridum, dulci solatur corda loquela:
I, cito, Virgo (inquit Padus) artibus vtere mentis;
Iunge Puellares Cuneos, quos educat vnda
Imperij nostri; mandata facessere Diuae
Conueniunt, populetur ager; spolietur honore
Hortus, & vngue simul glebae decerpite flores.
Texite serta Nuru; curuata canistra redundent
Delicijs agri; sex Vrbis Tecta requirant,
Calcagnidumq. Domos; vestris ornate Corollis
Virginis Albitiae crines; Connubia blandis
Associate modis; festiuo carmine Nuptae
Inclinate genus; expromite gaudia nostri
Pectoris; augustis submittite Lumina plantis.
Annuit extemplò Diuum pulcherima iussis,
Cornigeri Regis, socijsque vtrinque vocatis,
Vimineis ardent componere serta Canistris.
Est locus Heliadum frondentibus obsitus vmbris,
Quà Phaetonteam solitae spectare ruinam,
Fletibus aeternis reddunt Electra Sorores;

Aggeribus stipatur, opes quas donat Hymettus;
Queis Pæstana rubët viridaria; quę legit Enna;
Attica quæ tellus probat; aut quibus Hybla superbit:
Ostentans, gratos longè diffundit odores.
Hic Casiæ mites, opobalsama & ardua sudans.
Et Crocus, & Costum, Panchæaque Cinnama crescunt:
Tincta cruore Rosa, Idalio de sanguine creta
Vt pote, Regales assumere gaudet honores;
Nam, quasi sceptra tenens, solioque innixa virenti,
Iura dat hortensi vulgo; cùm, iure subacto,
Dumorum teneros fulcit munimine flores.
Argentum retegunt candenti Lilia vultu;
Et rutilæ surgunt immixta Papauera Calthę.
Proximus exhilarat viridis Narcissus Anetho
Semina; natiuo deceptus frontis honore
Semet amat, proprios mirans in imagine vultus.
Tellurem Tulipæ accendunt, flāmasq. figurant,
Atq. coloratis produnt sua stemmata linguis.
Hic Amaranthus ouat; pariterq. triumphat Acanthus.
Cana Ligustra comas, tenera conspersa pruina
Explicuere; suis & odoribus aera complent.
Cariophillus humum omnigeno decorare colore
Autumat; & folijs vitreo certare Trigone.
Tu quoque, Tansimine, mites pueriliibus hortis,
Abditus atq. sinu Nympharū pectora lambis.
Non Hyacinthus abest; nec florum longa propago,

Quos ibi Nais alit Diuarum adiuta Cateruis,
Numinis vt recreent vultus, laticumque Puellas:
Texere sollicitant floralia Serta Sorores.
Namque moras Egle obiurgans: mandata Parentis
Festinemus, ait; quæramus vt Atria Sponsæ
Protinus, & nostrum sit iussa facessere munus.
Iam Calathis, Natæ, niueos onerate Lacertos;
Regales mecum properate inuisere vultus:
Pone sequebatur vestigia Virginis Aegles
Naiadum tum Quina Cohors Penetralia postquam
Calcagnidum tetigit Nympharũ nobile Vulgus,
Expressere Patris noua gaudia: munera blandis
Carminibus comitãtur; sic tandem ora resoluit
Aegle, cum cessit positis sua dona Canistris.

CORONA PRIMA.

Lilia.

Carpe pudicitiæ pretiosa insignia Virgo,
Ingredere optatos his decorata Toros.
Qualiter Hyblæis argenteus emicat hortis
Flos, rigidi temnens flabra proterua Noti;
Prænitet, haud aliter Violãthes fama pudoris,
Quem tener in cassum sollicitauit Amor.
Aurea virtutum quæ Lilia pectore nutris,
His nectẽ, haud melius Gnossia Serta micant.

Gle-

Gloria Virginei candoris, & vnica merces,
Corporis est thalamo credere posse fidem.

Sic Egle cecinit; Calathis mox serta reclusis
Porrigit, atque Locum sociæ dat, poplite flexa.
Nais at extremis innectens carmina dictis,
Suscipit, & grato sequitur modulamine Laudes.

CORONA SECVNDA.

Violæ.

GLoria Virginei candoris, & vnica merces,
Corporis est Thalamo credere posse fidem.
Quam referunt Anno Violaria, Virgo, iugali
Prima Toro cedis non temerata, fidem.
Principio Violis aperit sua gaudia tellus,
Et Veris primas arripit Annus opes.
Regali exhilaras vultu, Violanta, Maritum,
Vna & sub Viola, germina cuncta rapit.

Tertia succedens geminis donaria dextra
Eleuat, & resonis concentibus Astra fatigat.
Virgo Canistra Rosis vmbrauerat, vngue recisis
Audaci, nitidæ queis creuit Adorea Nuptæ.
Vltima dulcisonis tetigit sic carmina dictis.

CORONA TERTIA.

Rosæ.

Regali exhilaras vultu, Violanta Mariam,
Vna & sub Viola, germina cuncta rapit.
Namq; Rosæ sub fronte decus, Iorichuntis, & omnis
Maiestas latitat, ridet in ore color.
Dum florum Regina sinus ad Apollinis ortum
Explicat, Astrorum lumina cuncta trahit.
Pulchrior, ipsa niues aperis cum murice pictas,
Oris inexpleto corda nitore beas.
Gloria telluris, Iuuenum, Matrumq. voluptas
Sit Rosa, deliquium, sole rigente probat.
Tu magis effulges ad clari Coniugis ignes;
Hinc Viola excrescit, deperit vndè Rosa.
Quarta Puellã premens Hyacinthina germina palmis,
Nexuit Albitiæ curui Diadematis orbem
Heroinæ, & amœnis cantibus ora resoluens,
Emeritas cecinit, traducto carmine laudes.
Desijt vndè Soror, verborum exordia traxit.

CORONA QVARTA.

Hyacinthi.

Tu magis effulges ad clari Coniugis ignes;
Hinc Viola excrescit deperit vndè Rosa.

At

At meus hinc Hyacinthus ouat, seu bruma rigescat;
Seu potius rabido Sirius ore fremat.
Æmulus argenti, fului nunc æmulus auri,
Despicit ipse tuas, Phœbe superbe, faces.
Sic, VIOLANTA, pari lasciuis robore telis
Obstas; haud Paphius corda fefellit Amor.
FRANCISCI sed solus Amor; sua lumina tantum,
Cor rapuere tibi, perdomuere iecur.
Vos euinxit Hymen sociali fœdere tedæ,
Sola duplex vni mens sit vt apta Toro.

Carmina carminibus Nympharum quinta reuinxit,
Inseruitq. cauis Amaranthina dona Canistris.
Serto immortali Virgo Connubia tollit,
Augurijsque pijs comitatur gaudia sponsæ;
Incipiens modulos cum finijt altera Diuum,
Vltima principiũ dederũt modulamina verbis.

CORONA QVINTA.

Amaranthi.

VOs euinxit Hymen sociali fœdere tedæ,
Sola duplex vno mens sit vt apta Toro.
Scilicet æternos Amaranthus præstet amores,
Et virides pariter ducere vtrique dies.
Lambat odorati præfulgens verticis aurum,
Ne fiat properæ dira rapina necis.

Perpetuas duces (VIOLANTA) propagine luces,
Et tua post, moriens, funera maior eris.

Sexta sed excipiens numeros, cantusq; prioris
Virginis, altisono relegit donaria plectro;
Tessera candidulis offertur vincta Ligustris;
Continuans igitur postremæ dicta Sororis,
Taliter orditur, Diuæ cessante Camœna.

CORONA SEXTA.

Liguſtra.

PErpetuas duces (VIOLANTA) propagine luces,
Et tua post, moriens, funera maior eris.
Sicut odore Rosas, & germina cuncta, Ligustrum
Vincit, & hinc Serto se redimire, ferunt;
Sic tu, cana Nurus, Natorum fæta corona,
Semina in æternum non peritura feres.
Viue diu: innumeros lachesis cū neuerit annos,
Post tua durabis busta superstes adhuc.

Cantibus arrisit Coniux; modulisq; Dearum;
Mox, inquit: Laticum Nymphæ, Rectoris & undæ
Progenies, viridi placuit cui munere nostros
[illegible] nare Toros, peregrinā, & visere Nuptam,
[illegible] as nequeam, vestro pro munere grates

Red-

Reddere, quas possum memori sed corde rependam,
Inspectare datur donec fluuialis arenæ
Littora, & internos vegetabit spiritus artus.
Ast Ægle: cur Sponsa vices persoluere curæ
Sollicitas tanta? meritisunt dona tributi
Pars velut exigua: vndarum dominabere Regnis,
Et tua nostrarum Proceres vestigia aquarum
Lambere nec renuent: pisces prædabere Lino;
Retibus aut potius squammantum fallere Turbas
Cedetur; pulsis animos solabere curis;
Mox, pede conuerso, Nuptæ Penetralia liquit.
Hanc sequitur festina Manus: sua tecta reuisunt.
Omnia longæuo referunt ex ordine Regi
Eridano; vtque hilari perlegerit ore Corollas;
Aure melos biberit grato, resonante Camœna.
Cuncta supercilio Senior captauit amœno;
Et vada perlustrans, Cœtu comitante Parentem,
Imperio fusas ad signa coërcuit vndas.

In Nuptijs Illustriss. Dominorum, Comitis Ioannis Antonij Locatelli, ac Comitissæ Eleonoræ de Paulucijs.

EPITHALAMIVM.

O Regina Paphi, Genitrix dulcissima Amorum,
Quæ thalami nexus, sacraq. iugalia tedæ
Iura regis; cinctas vario splendore Columbas
Adde rotis, Arces & læta Cacumina linque,
Connubijq. nouam præsens circumspice sortem.
Gratia, blandus Honor, facilisque Caterua Leporum
Adsit; Hymenq. tuus viridanti tempora lauro
Cinctus, inhexausta moduletur carmina auena.
Læta triumphales spargat Victoria palmas,
Festa nouem pariter comitetur Turba Sororum,
Dicat io Pæan, tandem vicistis Amores.
...merata fides, comes & Concordia, cantus
Ex-

Excipiant hilares, felliciaque omina præstent.
Nubila dispergat radio redimitus Apollo,
Innubemq; diem reuehat, Cœlumq; benignum.
Proferet Veris opes, vultus dum Nupta recludit,
Diuitiasque Hyblæ rosea sub fronte coercet.
Æmula Cælorum, facies sua sydera nouit
Fingere, quę vibrant mirando lumine flammas.
Interfusus Ebur labijs, colludit in ore,
Exerit atque caput; risu famulatus amæno,
Coraliumque parat geminis subsellia labris.
Aurea Cæsaries, effuso crine, flagellat
Candida colla, genæ componere docta colores.
Conchea bacca niuem accendit; digitosque lapilli
Fulgor; et armillæ palmarum luce pruinas
Inflammant; torquesq. sinus; collumq. munile.
Qualis ab Eoo surgens Aurora cubili,
Purpureis stipata rosis, flauisque Corollis,
Gemmiferum caput effert, cunctis clarius Astris;
Sic formosa, Poli scandit iactantior Axem,
Nocturnasq. fugat tenebras, pellitq. soporem,
Proxima nascentis signans exordia lucis.
Haud secus Eleonora toros ingressa iugales,
Innumeris ornata rosis, quas explicat ore,
Scandit odoratos thalamos, & telsa Mariti
Atria, quæ pulchro vultus fulgore serenat.
Quale decus Virgo fert formosissima Sponso,
Cum datur ambobus dextrā coniungere dextrę?
Qualis erit Soboles, tantæque simillima Matri
Pignora? sunt Genii genialis imago Parentum.

Vos

Vos ætas, Generisq. nitor, concordia morum;
Par virtus animi, species, in fœdera traxit.
Qualiter vmbriferi nectuntur vitibus vlmi,
Vniat internos sic Hymen mentis amores;
Nexibus æternis socialia, Pronuba Iuno
Fœdera confirmet, longaque Propagine ditet.
Vir placeat Nuptæ, gressu trepidante, Senectus
Veneris vt tandem, reuolutis Nestoris Annis.
Rideat hiberno geminis Ver tempore Sponsis;
Nec malesana Lares damnis Fortuna reuisat.
Blanda Venus paribus succendat pectora flammis,
Corpore & in duplici semper Mens imperet vna.
Discordes sedet mitis concordia sensus,
Omina fausta ferat Titanis & Orbita cursu.

In laudem Sponsi.

EPIGRAMMA.

TErgemino insignit Gens LVCATELLIA Monte
Stemmata, sic totidem Sidera stringit Apex.
Luminibus patrijs Antonius addidit Astrum,
Progenie, extinctos quod reuocabit Auos.
His radijs auctus mox Lucatellius Orbis,
Sub nece, inextinctas scit reserare faces.

In laudem Sponsæ.

EPIGRAMMA.

MActe animi, quæ (Sponse) Toro Heroina renidet!
En Charites defert Eleonora simu.
Hinc beat ora Pudor, natiua Modestia lucet,
Inque tenet niueo pectore Sceptra Fauor.
Cordis at in medio, solium Prudentia fixit;
Ludit in angustæ frontis honore Lepor.
Quaque rosam vultus mixtam explicuere ligustris,
Pignora sunt cana certa Pudicitiæ.
Dotibus vt tantis Regalis Sponsa renidet,
Hanc Homines Prolem quis peperisse putat?



In Doctorali Laurea Illustrissimi Dñi Laurentij Motroni Nobilis Lucensis I. V. D.

ENCOMIASTICON.

Vltima quæ Diuum scandis confinia
Virgo,
Postquam iam leges, & fas iniuria
subacta,
Impietasque ferox latè bacchata per Orbem,
Ardua sacrati prostrauit robora Iuris.
Culmina Cælestis quamuis Astræa teneret
Signiferi; indignata solo; tamen ore nitenti,
Anxia sollicito despectat lumine terras,
Num rectum; num legislatores; num iura re-
pulsa,
Exilio reuocata suo, spatientur in Vrbes;
An Consulta fori seruent; an fœdera Pacis;
Vel mage fastosus recti tentamina laxus
Proterat, & superæ confundat pondera libræ.
Fortè micans lumen Virgo deiecta retorsit,
Parma vbi nobilibus mirè irradiata Cateruis,
Inclyta Loiolidæ miratur Limina Gentis,

Quæ

Quæ, nemus Aonidum, vel docta lycea figurant;
Hic oculos flexit iuuenilia ad acta Mosæum,
Præcipuè, assidua quantum percurrere mente
Feruidus, ingenuæ præclara volumina legis;
Ardet, & æquato humanos examine mores.
Quo studio fessos discat seruare Clientes,
Tutarique Reos, partisque refringere vires.
Æstiuos tolerare dies, tum fallere noctes;
Quærere quid Cæsar; veterum quid iura quiritum;
Quid Numa; quidue Solon; Regum quid iussa, laborat.
His accensa super, sedes Astræa reliquit
Ætheris, & posito geminatæ pondere lancis,
Inuictæque manus gladio; pernicibus alis
Aëreos tractus, & pallida nubila tranans,
Ventorum cunctos superans, aurasq; fauentis,
Alitis in morem, Themidis mox constitit Arce;
Impiger vnde vagas Cephisus voluit arenas,
Matris & arguto solatur murmure Diuas.
Templa vetusta nitent miris hic aucta tabellis,
Quæ pia credulitas, ipsa & Beotia tellus,
Fatidicæ soluit votorum dona Parenti;
Deucalionis opus, Pyrrhæ quoq. nobile factum
Cernitur, vtrisque lapides animare lacerti
Mox potuere; Poli vastis cessantibus vndis,
Queis genus humanum decoxit; & omne ferarum,
Abstulit improgenus, gemina vix prole relicta.
Hic delubra Deæ, venerandique Atria Tecti
Inclinat, sanctosque lares, aditusq. superbos.
Protinus alma Parēs gemina comitata sorore;
Di-

Diuinum occursant Sidus, vultusque benignos
Virginis; atq. iubent proprijs succedere Tectis;
Lætitiæque simul tum mutua signa dedere,
Plurima tum vario Diuæ sermone serebant;
Splendida Lex, Pacisque soror, Themidisque propago,
Talia Virgineo Astræa sic ore locuta est:
Quæ te sidereas Cælorum compulit Ædes
Deserere; & nocuas telluris cæde madentes,
Pollutasque Domos, vultu lustrare sereno?
Iam Bellona ferox, vna cum fratre cruento,
Horrisonos soluens acies, lituosque crepantes,
Progeniem nostram, Diuinaque iura relegat.
Indociles Populi, rectum, moresque perosi
Innocuos; iustae detrectant legis habenas.
Tunc Astræa refert: ò magna digna Parente
Filia quæ niueo labentem fœdere mundum
Iungis, & inuicta Gentes ratione gubernas;
Solue metus; redeunt sacri primordia Iuris,
Iustitiæque iubar, despecta & pondera libræ.
Sic tua iam soboles penetralia prima reuisit,
Desertumq. forum, præcelsi & Tecta Tyranni.
Induit ipsa Togas iterum; fascesque superbos
Erigit, & vastum latè dominatur in orbem.
Docta Theatra vident claræ spectacula legis;
Namq. vtriusq. sonant nostri certamina Iuris,
Argutisque modis dubiorum nubila cedunt.
Innumeros inter Motroni fama refulget,
Sanguine qui clarus, sed clarior ipse suarum
Lumine virtutum; priscorum nomen Auorum
Legibus insignire, Genus, Patriamq. laborat,
Auctus magnorum LVCÆ splendore Quiritum,

Insi-

Insignis titulis, longaque propagine Gentis
Motronæ, teneros factis superauerat annos.
Namq. vbi Loiolidum sophiæ libauit honores,
Suxit & ingenuis morum, tener, vbera labris;
Pierios Cætus egressus cæpit ephæbis
Percolere, & tutus sacros haurire liquores,
Eloquio versans latialis flumina linguæ.
Improba lasciuæ frænabat corda iuuentæ,
Ingeniumque graui cura, studioque domabat.
Mox Stagyræos animo digressus in hortos,
Ver vbi florigerum ingenio solatia præbet,
Abdita mente agitat rerum miracula Matris;
Materies vt nata Chao; quæ semina formæ
Concipiat, societ que sibi, cupiatque maritam,
Tum varios motus, quos alta volumina Cæli
Ignibus Æthereis, reuoluto cardine pandunt.
Entheus hic ardor iuueniles edomat æstus,
Addit & audaces flammas, sensusque viriles.
Quãtus hic assurgit rutilo dum fulminat ore,
Impauidusque suis iam vocibus arietat hostes;
Spicula contorquens Dialectica, dicta retundit,
Euertitque dolos, & falsa sophismata frangit.
Ingenij radio, & velocis acumine mentis,
Euolat inuictus, tumido flammantior Euro,
Doctrinæque faces flagranti Pectore fundit.
Ingeniosa sacræ legis præscripta reuoluens,
In cerebri caueis Ciuilia iura recondit;
Soluere mox didicit nodosa ænigmata Patrum,
Obductique celer, discrimina nôscere veri,
Et certo varias pensare examine causas.
Hic patriæ Minoa dabit, iustumque Solonem;
Paciferũq. Numam, rigidi vel corda Lycurgi,


Æmu-

Æmula Cecropidum, laiij quoque forsè Senatus.
Luca potens, superos extollet nomen ad Axes,
Aurea falciferi collustrans sæcula Patris.
Iam para te eloquio, docta spectante Caterua
Magnatum, clypeo vocis gladioque loquelæ,
Dogmata tutari legum, recludere Gazas
Iuris, & arcanos librorum aperire recessus.
Audijt hæc postquam Regalia gaudia Virgo,
Continuo roseo sic talia reddidit ore:
Magna refers, Astræa, meas quæ soluere curas
Sola valent, tum ferre graui solatia Matri,
Dum reuocare gradum, veteresque habitare Penates,
Deiectam prodis sobolem, clarosque Nepotes.
Namque reuiuiscent recti primordia sæcli,
Cum gens ignaui spernens consortia luxus,
Legales aditus, per amœna vireta Lycei
Quærere ciuiles capit; reuocare labores;
Arma Togæ vt cedant; mihi Mars, Pacique sorori.
Tum Dea Iustitiæ, pacato corde, loquenti,
Pone metum, dixit; claro succurre Motrono;
Dum parat excelsæ decerpere munera Lauri,
Suggesti & plausus, & docti oracula Cætus.
Sic ait; atque Themin, Nataemque vtramque salutans;
Concutit eliso fulgentes aëre pennas;
Blandisonis vectum Zephyris per inane volatus,
Aurati nubeo pedibus, camposque liquentes
Cal-

Calcat; iter carpens vbi lucis plaustra Bootes
Flectit, & optatis se collocat ædibus arcis
Aethereæ, & noctem, atque diem æqua diuidit
hora.
Intereà Parmense solum Lex inclyta, velox
Incomitata subit, dum nox obscura vagatur,
Somnus & ambita fert membris dona quietis,
Et ferit Hesperijs pretiosa papauera Tectis.
Moerenns vigili sed corde volumina tractat
Pontificumque, Ducumque, Decretaque Cæ-
saris; omnes
Romulidum leges, & sacri iussa Senatus.
Quidquid & altisono eructauit Bartolus ore;
Docticano quidquid collegit pectore Baldus;
Omnia multifidi percurrit Codicis acta.
Qualis Apes cum vere nouo redolentia campi
Germina delibans, flauentia tecta fauorum
Nectareis succis fabricat, mellisque decorem
Narcissi lacrymis, & roris frigore gignit;
Sic iuuenis cupida Iuris per florea prata
Mente vagans; sacro doctrinæ nectare pastus,
Ingenio peperit claros virtutis honores.
Iam medium cursu nox turbida viderat Axis;
Arctophylaxque, Iubar, verso temone, ciebat;
Cum sopor inpatiens fessos irrorat ocellos
Laurenti, & liber culto sub pectore serpit.
Cuncta Dea explorans; tunc grata cubilia
tangit;
Mulcet & ingenuum diuino rore labellum;
Ingenio robur confert, in sede reponit
Mentis opes legum; totisque hærere medullis
Imperat, & rerum lathea obliuia tergit;

Ar-

Ardua, mox fugiens, Genitricis Templa reuisit.
Iam membris dederat gratissima dona quietis;
Excutit vt somnos Heros, & cuncta reuoluit
Dogmata; Legalesque modos, collectaque iura,
Expertus faciles sensus, promptamque loquelam,
Queis potis obiectos est legum soluere nodos;
Alta theatralis reserat spectacula pompæ;
Splendida laurigeri rapturus munera Serti.



In

In Assumptione BEATÆ VIRGINIS MARIÆ.

EPIGRAMMA.

NUminis æternas, carnis velamine sedes
Cincta, Dei scandit mox rediuiua Parens.
Ventorum, Solisque vias, mirantibus Astris
Transgressa, ad Gnati sedit in Arce latus.
Inuia corporeis pares dum semita plantis,
Cælestis Proceres obstupuere Plagæ.
Sol nouus exoritur, dixere, in Tecta Tonantis!
Astra solum peperit splendidiora Polo?
De sub Sole venit Phœbi fulgentior Orbe?
Caligo hæc (mirum!) Sidera gignit humi?
Plaudite, Cælicolæ, vestræ Sol redditur Arci;
Plaudite, Mortales, splendet in Axe Solum.

De Deipara Virgine Collis Balnei in fragmento testaceo expressa.

EPIGRAMMA.

ALigerum stipata Choris, & Solis amicta
Cyclade, quæ Phœbes Cornua, Virgo, premis.
Cœlica cur humilis reserat noua gaudia Testa,
Atque pijs profert munera tanta Viris?
Debita sunt potius gemmata Palatia Matri,
Quam fragilis Figuli lanx fabrefacta rota.
In luteo vultus recludit fragmine Virgo,
Mortales doceat fragmen vt esse luti.

De Quercu, in qua pendet testacea Imago Collis Balnei.

EPIGRAMMA.

GLandiferas inter Quercus oracla Vetustas
Dum petit, has nimia Plebs pietate colit.
Balneus en reserat Populis oracula Collis,
Cœlica deque ruunt Ilice dona Viris.
Expectata dabant ibi sed responsa Columbæ;
Roboreum hinc creuit Relligione Nemus.
E Quercu loquitur Genitrix, humilisq. videtur,
Pauperie vt doceat surripuisse Polum.

In

In idem.

EPIGRAMMA.

Dum Querceta Viris praebebant glande vetustis
Pabula, libabant aurea saecla senes.
At modo si nostrae spargunt miracula Quercus,
Aurea non Gens: at saecla Beata tenet.

In idem.

EPIGRAMMA.

Arboris e medio pellaci voce loquutus
Toenarius Coluber, contulit exitium;
Roboris e medio ecce pluunt si Munera; vitae
Humano Generi reddidit Arbor opes.

De Sancta DOROTHEA V. & M. Offuscatorum Patrona, cui Angelus, dum ad Martyrium trahebatur, Calathum fructibus Paradisi refertum detulit, per quos quendam Ethnicum irrisorem ad fidem conuertit.

Dorothea ethereos in pectore Numinis Hortos
Saepè volutat, vbi Poma perennat ager;

 Ful-

Fulget vbi sinè nube dies; vbi vernat olympus
Floribus, & rutilas fert sinè vepre Rosas;
Dum niueos artus lacerat, stillante cruore
Vngula, Tortoris sollicitata manu.
Talibus exhilarans præcordia; læta dolores
Sustinet, has tantum pectus anhelat opes.
Accipit vtque Sophus gliscentis verba Puellæ,
Post tua, Virgo (inquit) funera mitte Rosas.
Cum pede contigeris superi Viridaria Cæli,
Tunc mihi virginea Poma recide manu.
Protinus astrigeris ruit Axis Ephebus ab Hortis,
Pomonæ referens munera mixta Rosis,
I, citò, quære Sophum cælestia Poma petentem,
Dic illi; hos flores stellifer Hortus alit.
Ethnicus obriguit spectem speculatus Alumni
Aetheris, & miris plena Canistra Rosis.
Christiadũ documenta bibens, Fideiq. iuuamen,
Fit Diuæ Consors, Martyrijque comes.
Virgo nouum florem Cælestibus addidit Hortis;
Qui, petat vt Superos, Ense recisus obit.

In laudem Sanctissimæ VIRGINIS MARIÆ de Monte propè Cæsenam, quæ assiduis fideles ad illam recurrentes cumulat muneribus.

ELEGIS.

ITe, per Eoas, mutato sydere terras;
Seu quales Garamas; seu niger Indus arat
Cælestes Genij: liquidum decurrite Regnum,
Occiduasq. plagas, Fax cadit Orbis vbi.
Pandite Monticolæ Populis Miracula Matris,
Vt miræ laudes Iconis ora sonent. (phaea,
Nunc iuuat Angelicæ Matris vulgare Tro-
Donet vt oranti Virgo salutis opem.
Non vos ignauæ mordent mendacia Rupis,
Ora Aganippæa nec temeratis aqua.
Vestra sed æterni recreant præcordia fontes,
Ambrosiæque fouent ora beata dapes.
Aliger extemplò radiantes lumine vultus
Prodidit, & Vati talia voce tulit.

 De-

Desine ferventi iam corde lacessere Cœtus
Angelicos, tellus Virginis acta canit.
Cuncta per ora volant Mariæ miracula Montis,
Innumerosque trahit non noua fama Viros.
Visere Templa ruunt miris adoperta Tabellis,
Queis pia delatam Turba rependit opem.
Fleuerat hic tetras obducta luce tenebras,
Cui Mariam, referunt, restituisse diem.
Alterius febris torrebant viscera flammæ,
Incolumes reddit Virgo vocata fibras.
Illius ignis edax Tectum, volitante fauillâ
Depascens, Domini membra cremare parat;
Sollicitat precibus Diæ dum pectora Matris,
Vulcani rabiem Virgo rogata premit.
Decidit ast alter lethali vulnere læsus;
Alma fuit plagis certa medela Parens.
Corripit vnda rapax illius membra Profundi;
Hunc Diua è Pelagi faucibus eripuit.
Impetit hostilis quoties Grassator inermem,
Aggresso Genitrix, cuspis, & vmbo fuit.
Ille rota premitur, currus dum lora Magister
Amittens, biiugis præcipitatur Equis.
Adfuit extemplò Regnatrix ipsa Polorum,
Frænauitque alto è culmine Rupis, Equos.
Internus si corda dolor mæroribus implet,
Aerumnas Montis Virgo precata fugat.
Vexat Auernalis Plebis si membra Tyrannus,
Obsessa Stygium pellit ab Arce Ducem.
Deficit ingenium rationis acumine victum,
Si quando circum Pulpita Turba sonat;
Propugnatori subitò fert Diua iuuamen,
Eggerat & vires mentis, & eloquium.

Cer-

Cerneret vlterius veteres pendere Tabellas
Hic pia Gens, igni ast impia Turba dedit.
Templa Phalanx olim nocturnis occupat horis,
Cœtibus eiectis, diripit atque Lares.
Vulcani tunc dira fames saturata figuris,
Abstulit acta feris tam memoranda focis.
Iam propiora iuuat donaria prodere Matris;
Ista valent priscis nam dare facta fidem.
Aegra Puella, vias vt carpat, pandus Asellus
Artubus afflictis commoda tuta parat.
Neruorum penitus compago soluta iacebat;
Viribus hinc ægris scipio præbet opem.
Monticolę audierat iam cana Puella Parentis
Munera, quamq. libens ebibat aure preces.
O vtinam supplex inuisere Templa valerem,
Dextra vbi Reginæ dona refundit (ait.)
Audijt orantis suspiria cælica Mater,
Permisitque vehi Limina ad alta Iugi.
Vix tetigere sacra Rupis Penetralia plantæ;
Vixque Puella cauo promit ab ore preces;
Corpora vitalem extemplò sumpsere vigorem,
Et contracta prius, iam solidata virent.
Proterit ipsa suis pedibus Delubra Parentis,
Et subit amissus membra refracta calor.
Membrorum posuit tunc sustentacula Templi
Antè Aram, vt Matri iusta Trophæa ferat.
Reddidit ingentes tanto pro munere grates,
Et sinè subsidijs ire, redire valet.
Hæc tu promè tuis modulis donaria, Vates,
Hic conferre parat quæ Genitricis amor.
Aliger, his dictis, oculis se pronipit, atque
Impiger, ætherea proterit Arcis iter.

Ast ego deuotus tantæ iam Matris Alumnus,
Corda vbi Votorum nexibus implicui;
Pronus adoraui, dia cum Prole Parentem,
Prostratusque humili talia corde dedi:
Salue, Diua, Iugi custos, Sobolisque Casini,
Quæ te sollicitat nocte, dieque prece.
Aspice quas cupidus laudum præconia seruus
Soluit; nespernas Carminis ausa, precor.
Sint licet exili (Virgo) meditata Camœna,
Pectoris ipsa tamen pignus amantis erunt.
Credita perpetuis mea sint modulamina chartis,
Pro tanto vt referat munere lingua vices.
Te duce signa sequor Benedicti, compede trino
Corripui indomitum, te præeunte, iecur.
Dirige nunc Virgo, errantis vestigia Alumni,
Vt pura inueniat mente salutis iter.
Votorum manicis ibo si vinctus ad Axem,
Vincula sola mihi libera corda dabunt.

De Columba S. GREGORII Magni Pontificis.

EPIGRAMMA.

INnocuę Volucris ludens sub imagine Numen,
Gregorij dium stillat in aure melos.
Sic bibit ætherei Præsul mandata Parentis,
Et Petri didicit flectere vela Ratis.
Hac duce Romulidis Cerealia fercula fregit,
Illius in toto luxit & Orbe iubar.

Dis-

Dissita sepositi penetrauit Regna Britanni,
Errantem adque Dei traxit Ouile Gregem.
Cecropidum Populis aperit monumēta salutis,
Omnigenisque Viris proditur esse Pater.
Auspice namq bono Alite Puppis vela regebat,
Ad Superum Portus hinc benè tendit iter.

De Ecclesiæ tranquillitate regnante S. GREGORIO.

EPIGRAMMA.

ÆQuoris insidias medijs in fluctibus Argo
Sustinet, insolitum dum meditatur iter.
Namque bono Volucri non credita persecat vndas,
Omine quæ fausto naufraga vela regat.
Gregorij at Puppis supero fluit Alite fulta,
Hinc Orbis melius Cærula Nauis arat.
Sic benè depositas animas ad Littora Olympi
Traduxit, felix pellit vt aura Ratem.
Acta procellosis errorum tutior ibat
Turbinibus, bona, dū Vela gubernat, Auis.

De D. CATERINA Senensi, Cui à Christo oblata fuit duplex Corona, spinea scilicet, & gemmea, vt quam mallet eligeret; at Virgo spineam amplexata, illam Capiti suo inseruit.

EPIGRAMMA.

REx superum Christus Sponsæ Penetrale reuisens,
Gemmea fert, pariter spinea serta manu.
Sunt hęc, Virgo, tuis (inquit) nectenda capillis,
Siuè cupis gemmas carpere; siuè vepres.
Tessera spina fuit diuin s, Sponse, capillis;
Sint dumi pariter spicula, serta meis.
His vallata, virent pretiosa ligustra Pudoris,
Hyblæas semper spina tuetur opes. (tem,
Dant sentes lacrymas, feriunt vt acumine fron-
At parit inflictus gaudia vera dolor.

Sub-

Subdita fenticomis sint tempora cana ruinis ;
Lætitiam gignet tanta ruina mihi .

De quinque D. CATERINÆ vulneribus .

EPIGRAMMA.

Dum trabe pendentem meditatur Diua Tenantem ,
Inspectat membris vulnera quina suis .
Abde (inquit) Cælestis Amor , quas cuspide plagas
Inflixti , cunctis sint data , tecta Viris .
Purpureo pro rore , iubar tunc membra dedere ;
Sol velut , extemplò fit Caterina soli .
Suffice Christe fibris pœnas , me vulnera torquent ,
Quæ impressit membris Gens Solymæa tuis .

De S. BARBARA Virgine, & Martyre, cui à Patre caput amputatur .

EPIGRAMMA.

Numinibus dum Virgo negat dare thura profanis ,
Subdidit iraso colla secanda Patri .
Dextera virgineam præsidit Acinace vitam ,
Cui dederat Cæli lumine posse frui .

Sæuior haud isto Phalaris, latroue Procustes;
Euincunt illum nec Diomedis Equi.
Non Busiris eum superat; Mezentius illo
Mitior, & quid quid Parthica Tigris alit.
Hic totus proprij se proluit imbre cruoris,
Impius vt fieret sub pietate Pater.

In D. BARBARÆ Genitorem.

DIRÆ.

ARx sat palluit Axis;
Tellus horruit iras;
Titan abdidit ignes;
Strauit fulgetra mentes.
Torquens fulmen Olympi
Iudex, ora cruenti
Patris contudit; Orci
Mentem carcere sepsit.
Ditis sceptra gubernans,
Quâ, tam dira rependet
Pœna facta Parentis?
Anceps hæret Auernus.
Tanti nam Rhadamantus
Aequus criminis vltor;
Custosque Æacus vrnæ,
Noxæ haud præmia norunt.
Ales cruda Promethei
Artus vngue reuellat,
Nunquam frangere corda
Rostro perfida posset.

Non Ixionis orbis;
Nec quod Sisyphus vrget;
Sæua aut Tantali Orexis
Culpam Patris adæquant.
Si el triflis Alecto,
Binæ iuncta Sorori
Vexet terga flagello;
Quid pro labe cruenta?
Non sic ferbuit Aethna,
Ructans ore vapores;
Crudi Patris vt æstus,
Gnatæ colla reuellens.
O mirum! Impius iras
Cæli, crimine placat,
Prolis sanguine fuso:
Irritat scelus Aethram.
Mortis discite messes,
Nunquam corda Tonantis
Cano funere flecti;
Cælo haud noxa litatur.

Ad Parricidam.

PROTREPTICON.

AVdes Tigride sæuior,
Natam perdere ferro,
Nullo pectore languido?
Nullis fletibus editis?

Non

Non trux dextera concidit,
Tentans ense refigere,
Paruæ colla nitentia
Prolis, luce nec humida.

Dulcis non tibi Fœmina
Lactis pabula præbuit;
Tigris sed magis impia,
Labris vbera præstitit.

Iam mens sana, furoribus
Leges figat amentibus;
Æstus suggeris ardua,
Altis fata doloribus.

Imbellis cadit hostia
Virgo, quam dolus haud premit;
Tristis Spiritus angitur,
Sanguis dum fluit innocens.

Rugit Bellua quælibet,
Ventris Germina surripit,
Furis dum manus hostica,
Antrum luctibus asperans.

Ergo te Fera mitior,
Perdis qui tua viscera;
Iactas saxea pectora,
Nullis prædita sensibus.

Titan vt scelus exprobret,
Lucem comprimit Orbita;

Cæ-

Cælum Nox tegit horrida,
Tantum ne videas nefas.

Voce ast innocuus cruor,
Pulsat Numinis Atria,
Axis summa potentia,
Noxam fulmine diluet.

Torpet dextra Satellitis,
Si det corpora Virginis
Letho; commouet intima
Aetas, peruia vix Neci.

Errabis profugus; Cain
Qualis funeris horridi
Auctor Fratris; inhospita
Orci te loca glutient.

Curas reprime turbidas;
Ictus detine Acinacis;
Ardes sternere Filiam,
Solo Nomine barbaram.

D. BAR-

D. BARBARA, triumphata Patris crudelitate, propriæ Conſtantiæ palmam reportat, Cœli Capitolium ſcandens.

ODE.

Horruit tellus ſatis, & cubantem
Pertulit noctem, reboante Cælo;
Orbis vt Iudex Genitoris auſus,
Fulmine lauit.

Perge bis ſenos iterare calles
Phæbe, flammantes agitans habenas;
Aurea obductos hilaret Pyropos,
Orbita Olympi.

Martyr effuſo tepidi cruoris
Imbre, ſupremas ſuperauit Arces
Regis, hæc Diuum geminante Cætu:
Barbara vicit.

Virginum Mater, Cuneuſque totus,
Qui rubro palmam rapuit cruore
Obuiat Diuæ, meritam rependens
Munere pugnam.

Gem-

Gemmeam texunt capiti coronam
Cælites Turmæ Famulæ Tonantis;
Dum minas temnens Genitoris, ictus
Pertulit ensis.
Plausibus Regis resonabat Aula,
Verberant neruos Iuuenes vt Axis
Incolæ, iactant modulis Triumphum
Martyris almæ.
Dum subit sponsi thalamos Virago,
Gaudet inuicto patrios dolores
Corde spreuisse & furias adempto
Vertice ferro.
Inter inuictas residet Puellas,
Quæ fidem Christi, roseo cruore
Perdito, summi recolunt vireta
Regis Olympi.
Plebs pares Diuæ meritis honores
Laudibus donet, precibusque pectus
Flectat, vt iuncti pariter fruamur
Sede Polorum.

Ad D. BARBARÆ caput sectum.

CVm cecidit Vertex niuea ceruice recisa,
Heu squallet gemina frons viduata face.
Quæ prius Astrigeri fuerat lux æmula Tecti,
Nunc tenebras, qualis Mortis imago, probat.
Obsedere sacram inuidiosa silentia linguam,
Nec vomit alloquij suada diserta sonos.

In-

Interclusa licet pretiosæ verba loquelæ
Clamant, atque fidem, sic sinè voce, tonant.

De Sacra Sublacensi Specu, in qua S. P. BENEDICTVS, adhuc Puer, tribus Annis Mundo incognitus mansit.

EPIGRAMMA.

NVrsius vt fugeret commercia Gentis Ephebus,
Credidit horrifico membra tenella Lari.
Quæsiuit latebras, & scrupea Tecta ferarum,
Vt teneat superi gaudia vera Poli.
Carcere septus humi, spatiosa per arua vagatur
Aetheris, & strictus compede, liber ouat.
Pauper Eremus, opes; immensa Palatia, Rupis
Antra ferunt; tenebræ quem peperere diem!
Qualis ab Eois oritur Sol Pupulus vndis,
Irradiatque Orbem lucis adulta Rota;
Talis ab exeso Benedictus nascitur Antro,
Et melius radij dum latuere, micant.

Quæ-

Quædam Mulier
Mente capta in S. Specu S. P. BENEDICTI per noctem quiescens, integræ menti restituta fuit.

S. Gregorius 2. l. Dialogorum. c. vlt.

EPIGRAMMA.

DVm mentis bacchatur inops per aperta locorum
Compita, Virgo Specus limina sancta premit.
Iam cursu laxata vago, dat membra sopori,
Sanctus vbi domuit pectora cana Puer.
Hic furor, & macies, animi vanescit & æstrum,
Moribus insanis fitque medela silex.
Nil mirum; construxit ibi Sapientia sedem,
Stultitia haud potuit conglomerare moras.

De

De Rosis
A S. FRANCISCO Assisinate insertis super Vepres, in quibus S. Christi Athleta BENEDICTVS tandiù se volutauit, quo ad Veneris insidias superaret.

EPIGRAMMA.

Hic vbi punicei florent Ierichuntis honores,
Luxuriantq. nouo germine Veris opes;
Horrida squallebant feralis acumina Dumi,
Surgebatque Viris insidiosa seges.
Cypridis hic astus delusit Nursius Heros,
Contudit & telis hostica tela Pudor.
Signifer Assisius pœstana Rosaria dumis
Inseruit, tanti captus amore Ducis;
Aequum erat vt Pugilis sacro Vepris ebrius ostro,
Delicias Veris sub feritate daret.

In Funere
Serenifs. ISABELLÆ Eftenfis Placentiæ, Parmæ &c. Ducifsæ.

Carmina in Academia S. Pauli Placentiæ decantata.

AD ACADEMICOS.

EXASTICON.

CVncta nouem fleret cum Turba coacta Sororum,
Frangeret atque fides mæftus Apollo Lyræ;
Vt mea Confeſſus comitetur Muſa dolores,
Edidit ad querulas flebile carmen aquas.
Dum iuſſus fragili modulabor arundine verſus,
Vnius obſequium præmia bina dabit.

De

De Serenissima ISABELLA in Puerperio mortua.

EPIGRAMMA.

MAternum Soboles vteru Farnesia liquit,
Augusto vt vultu subdita corda beet.
Proderet vtque suum Regalis Mater ocellum,
Pro Gnato extremum temnit obire diem.
Lux mea sospes agat, produco funere vitam,
Alcidem sit (ait) me peperisse satis.

Ad eandem.

EPITAPHIVM I.

EXerit optatos dum Sol Farnesius artus,
Extinxit Matris Mors inimica facem.
Seu Matuta perit, teneros cum Cynthius æstus
Explicat, & rosea luce serenat humum;
Sic nouus absorbet Genitricis lumina Phœbus,
Inque suo viuit Sole sepulta Parens.
Hinc enixa perit, referans in funere vitam,
Dumque suæ Vitæ luce triumphat, obit.

EPITAPHIVM II.

EFfudit postquam Farnesia Pignora Mater,
Exuuijs positis corporis, Astra petit.

Pro-

Protulit innumeros vno sub Principe fœtus,
Prole sub hac series stat rediuiua Ducum.
Lumina mox clausit, nullum moritura per æuum,
Dum rapit hoc vno Germine sceptra Neci.

EPITAPHIVM III.

Ponite iam lacrymas, Matres, cohibete timorem;
Non inopina dedit fata puerperium.
Cum Natura meam, Virtus, & Gratia mentem
Dotibus augerent, stamina liuor edit.
Inuidiæ stimulis ardens namq. Arbitra vitæ,
Atque necis, secuit pollice pensa coli.
Protinus æternis sæclis mea gesta litauit
Gloria, sint vllo ne peritura die.
I nunc, Parca ferox, Isabellæ fila recide,
Mors mihi namque modò, vita perennis erit.



Ad

Ad Perilluſtrem, ac Sapientiſsimum Virum D. Ioſeph Daganum Sac. Theol. Doct. Colleg. nec non Eccleſ. S. PAVLI Placentiæ Rectorem

In funere eiuſdem Sereniſsimæ Principis perorantem.

EPIGRAMMA.

Magna locupletes modò ceſſet Iberia arenas
Mirari, aurigeris, quas parit vnda vadis.
Tempeſtas Erythrea ſuas ſub gurgite gemmas
Abdat; Hydaſpeum quidquid & Æquor alit.
Ditior ecce fluit Dagani flumine vena;
Maiores gazas lingua diſerta vomit.
Tam benè Parcarum maleſanos denouet auſus,
Vulſerit vt Lacheſis, rapta dolore, comas.
Traxiſſent iterum concordi penſa labore
Ni Fati impietas hoc vetuiſſet opus.

Facta

Facta sed æternis en Ioseph consecrat Annis;
Debuit, vt viuat sic, Isabella mori.

In obitum Illustrissimi Comitis Hieronymi Dandini.

TVMVLVS I.

Clara triumphalis tuleram iam Martis Alumnus
Præmia, victrici pila rotante manu;
Inuida Sors tandem crudeli tabe peredit
Viscera, & obscuro membra litauit humo.
Quidquid erat Libitina suum, sub marmore clausit,
Fama sed æternas ducet Olympiadas.
Fulgere sic cœpi tetra tumulatus in Vrna,
Virtutis cecidit, sed sine morte, vigor.

TVMVLVS II.

Sistite iam fletus, iam suspiria ponite, amici,
Nil iuuat humanas sollicitare vices;
Nam viuo, dum sque vrahe, licet abditus Ariadne
Obsuit haud animo Martia signa sequi.
Quas solet indomitus dotes passundare Miles,
Sculpserat in nostro pectore Diuus Amor.
Namque Fides, Pietasq. simul, Thoraca fuere,
Relligio pariter, Cuspis, & vmbo, mihi.

Talibus ad superos erectas Spiritus armis,
Hic expugnauit, sed sine Marte, Polum.

TVMVLVS III.

FLebile quid Busto prodest appēdere carmen?
Ludifico inferias associare sono?
Quid iuuat exangues artus velare Cupressu,
Belligeraque Equitis facta ciere Tuba?
Tympana, signa tegant, praeacutaque Tela sepulchrum,
Sunt haec Dandini vera Trophaea Ducis.
Si libet at Tumulo gemebundos indere versus,
Carmine victuros hoc cumulate Rogos:
Hic situs est Mauortis honos, & gloria Belli;
Quem nullus vicit, tabe peremptus, obit.

TVMVLVS IV.

HEu nimium insidiosa Ducis, Mors improba vitae!
Heu nimis instabilis sortis iniqua Rota!
Insignem virtute Virum, titulisque decorum;
Cui Pallas Sophiam; Mars dedit atq; animum;
Nobile Stemma Genus, Prouitaq; gloria nomen
Contulit, eloquij vim sed amica Charis;
Falciferae nunc dextra Necis caligine sepsit,
Nec Bellona ferum vindicat ense nefas?
Vicit io Mors; Herois sed Fama triumphat;
Dumq; cadit; Nomen surgit in ore Virum.

In

In Funere
Illustrissimi Dñi Claramontis Claramontij Patritij Cæsenatis Philosophiæ, ac Medicinæ Doctoris eximij.

EPITAPHIVM I.

Qui potui quondam Lachesis compescere vires,
Fatorum rigidos & cohibere dolos;
Reddere nulla vices mihi dextra Machaonis audet,
Mors voluit nostros findere falce dies.
Tu mea (sic inquit) medicamine Regna lacessisti
Ipse tuo robur funere disce Necis.
Sic Mortis dum iura probo, mea Gloria viuit,
Inque Nece æternum fama superstes ouat.

EPITAPHIVM II.

Omnis arte, dies, & inexorabile fatum
Dum traho sollicitum, Mors secat vngue colum.
Emicat at melius Virtutis lumen in vmbris,
Ingenij rumor nec tumulatus obit.
Pessundat tenebras nam Claramontius ardor,
Hinc vita extincto lumine, clares adhuc.

EPITAPHIVM III.

PAlladis æternos dum Claramontius Hortos
Incoluit, & Cyrrhæ prolusit ora vadis;
Ingenio reserat. Nimirum exacta: Galeni
Arcanum clara mente reuoluit Opus.
Dum pietate pari miseris succurrit Egenis,
Scilicet annectens ad meditamen opes.
Spiritus omnigena madidus virtute, perosus
Infima, supremos ardet adire Toros.
Cum cecidit, proprium erexit Nomen ad Astra;
Viueret ut melius, sic benè fata subit.

TVMVLVS I.

Virginis cuiusdam, quam Patruus interfecit, dum illius veneteis amplexibus parere recusat.

DVm renuo Patrui canum incestare Pudorem
Virgo libidinibus; corpora strauit Amor.
Spretus namque Puer, lascinos expuit æstus,
Cognatas lauit sicque cruore manus.
Ne moriatur Honos, subigo mea viscera ferro;
Si pereo, morti fama superstes erit.

TVMVLVS II.

PAtruus infræni Neptis perculsus amore,
Sollicitat frustrà corda tenella prece.
Hinc despectus amans, furijs agitatus Auerni,
Quas, fœdè, antè genas deperit, ense metit.
Sic Furor, atque odium vicere Cupidinis artes,
Virgine sed vixit tunc moriente, Pudor.

TVMVLVS III.

DVm Procus infelix pharetrati tela Puelli
Sensit, & obscœnas vrere corda faces.
Munere sollicitat, precibus modò pectora Neptis,
Retia atin cassum fraude tetendit Amans.
Tunc ferus, impatiens, armauit Acinace dextrã
Patruus, & Gnatæ messuit ora furor.
Contulit innocuo cordi Mors impia palmam,
Dumque Puella perit, num vincis inermis, obit.

De Lilijs super Tumulum huius Virginis exortis, quæ illius mortem detegunt, in syluis quamuis fuisset à Parricida sepulta.

HOrrentès inter saltus, nemorumq. recessus,
Virginis occuluit membra pudica Procus.

Prodidit ipsa nefas niueo sed germine tellus,
Lilia dum cernis progenuisse Nemus.
Sic linguis armata Cohors argentea florum,
Sum seges occulti sola Pudoris, ait.
Nil prodest celare dolos, elementa loquuntur
Muta licet, produnt dum siluere scelus.

In Funere
Reuerendissimi Patris
D. VINCENTII SGVALDI
Congreg. Casinen. Abbatis.

TVMVLVS I.

QVod lethale habuit Sgualdus, sub Caute reliquit,
Cætera sunt inlloc consumulanda loco.
Nam Mens Astra premit, Virtutum fama per Orbem
Æterna, volitans, exhibit acta tuba.
Ingenij rexegit Respublica Lesbia adumen,
Et doctum regerens gesta Catonis opus.
Iam meritis madidus, magnis & honoribus auctus,
Oppressus senio, non moriturus, obit.

TV-

TVMVLVS II.

INnumeratumeruit vita qui ducere luces,
Hunc immatura tempore Parca necat.
Nestorea vt vidit præuertere flumina lingua
Eloquium Sgualdi; voluere pensá negat.
Nestora vincit (ait) lingua; superabit, & annis;
Atropos hinc clamat: fila recide, Soror.
Quid nostras lassare manus, & frangere iura
Tentat? post fatum viuere, Suada dabit.

TVMVLVS III.

QVi ingentes fabricas, & Claustra superba locauit;
Heu squallet, fœdi præda misella situs?
Atria quid prodest, Delubra, Palatia, & Arces
Ponere? sunt modico membra reposta solo.
Ne mirere (Hospes;) Sgualdus quas extulit Aedes
Ipse colit, parua si tumulatus humo.
Inclyta Telluris struxit Penetralia Fama,
Erexit Menti, sed super Astra, Domum.
Exiguos cineres obducta credidit Vrnæ,
Ducat vt æternos mens sinè labe dies.

In Funere

EQVITIS CAROLI BASSI

Poëtæ celeberrimi, nec non Authoris in Philosophicis facultatibus amantissimi Discipuli.

EPITAPHIVM I.

DVm benè Tyrrhenas modulatur Carmen ad vndas
Carolus, heù fregit Sors inimica Chelyn.
Fleuit Apollo; nonem secum fleuere Sorores,
Agmina tum bifidi congemuere Iugi.
At lacrymas cohibete Deæ, mox Cynthius inquit,
Bassus amor Plectri viuit in ore Virum.
Immortale dabunt vulgata Volumina Nomen,
Postque Rogos, melius vita superstes erit.

EPITAPHIVM II.

BAsse, iaces ima quamuis telluris in Arca;
Nominis at celsa splendet in Arce decus.
Mausolea Polo virtutis Adonea fixis,
Vt mirè fieres Bassus & alter Eques.

ORATIO

Venetijs in Comitijs Generalibus Sancti Georgij maioris habita.

SI quantum religiosissimo Casinensium Coetui hodiernus tantorum Patrum splendoribus illustratus Confessus (Sapientissimi Præsules) aduehat emolumenti, linguæ stylo, Rethorum adminiculis vsurpatis, expertus aliquis, ac in Tulliana eloquentia marcidus Orator delineare, congeminatis argumentis præsumeret, imparem humeris prouinciam expertus, citò immensi ponderis mole granatus, ab incepto pedem retrahere cogeretur. Si enim rei necessitudinem, à bono quodam Remp. Casinatum refundere conciliatis assoletla-bor, demetiri tentauerit; dum talem hæc Comitia progignere cernantur fructum, qualem maxima legum obseruandarum vigilantia; nemini dubium erit, horum vtilitatem penè inexplicabilem nuncupandam.

Eueniunt magno cum fœnore, tanta laborum Agmina, dat Cuneis dona salutis, iter.

Si verò ab incommodis, varijsque animorum perturbationibus, dispendiorum

molestijs, longissimis Maris transmissionibus, tempestatum periculis, Prædonum incursionibus, ventorum, imbriumque molestijs, Patriæ, amicorum, ac proprij Laris desertione;

Fortè Giganteam palmari dextra figuram
In tabula melius, quam pia gesta dabit.

Ea est humanorum operum sublimitas, ea excellentia admiranda, quæ maiores secum ferunt difficultates, magna præfiniunt dispendia, nimio angore peraguntur. Hinc Herculis desudata certamina, immenso laudum præconio euexit superstitiosa Gentilitas; nec superis Numinum Choris inserere erubuit. Hinc Græcorum robur, & audacia, decennalis Troianæ Vrbis obsidione extolluntur, dum ad summum vsque discrimen, aperto Marte hostes insectari, donec Vulcani viribus Ilium subijcerent, minimè sunt veriti. Hinc victrices Quiritum Aquilas venerantur, quot quot inimitabiles priscorum Vrbis Ducum fastus, ac annales lustrare oculis haud cessant: hi namque magnanimo pectore, validissimis exercitibus orbe peragrato, Reges ferè vniuersos suo parere Imperio coegerunt. Quid igitur? tam sublimem, tamque difficilem molem, sub cuius pondere portentosi Atlantis humeri ingemuissent, perexiguus ingenij mei Pumilio regere præsumpserit?

Addet

Addet at ingenio Cœtus Clementia vires,
Voluat vt immensi mente laboris opus.

Quid enim iucundius, quid gratius (Reuerendissimi Patres) quam illorum commendare sapientiam, qui priuatis commodis publicam præferentes vtilitatem, tanto cum fœnore ad generalia Comitia conuolarunt? Aura igitur vestræ humanitatis, dicenti superati laboris fructus, annui Consessus necessitudines, fauete.

Magnus ille Siderum Princeps, longæuæq. Parentis Naturæ Seruator, licet præcipuis sui luminis prærogatiuis, quibus, oculus Mundi, fons lucis, lampas inestinguibilis, temporum Moderator, cor Cœli, vita Animantium, imbrium dispensator, gemmarum, atque metallorum Faber nuncupatur, mundanæ huic fabricæ, opem ferre, ac ordinatissima dispositione dirigere minimè dubitaret; nisi perpetuis tamen circumuolutionibus, ac irrequieta vertigine Mortales festiua radiorum cyclade, cominus etiam exhilarare sollicitet, non tam lætitiæ, quam mœroris, telluris huiusce Indigenis materiam sufficeret. Motus vicissitudine, Annorum spatia discernit, dies componit, menses digerit, lustra discreta enumeratione compaginat. Quod si immobili in solio iura dare viuentibus præsumeret, nec flammigeris annecteret Quadrigam rotis, ac effusis habenis ad cursum Alipedes incitaret, ignito do-

sum verbere dextra prementes, citò cuncta situ squallere cernerentur. Id optimè vnius opacæ caligo noctis, in qua lucis Genitoris absentiam deflemus; apertissimè nobis insinuat; dum enim purpureis gemmata rosis Tithonis Vxor, fugatis tenebrarum erroribus, maritali thalamo posthabito, praenuncia proximæ felicitatis, tellurî denunciat diem, ad huius serenissimæ Matris aduentum, errabunda expallescunt sidera, ac velut i terrore perculsa, mutuatæ pulchritudinis radios cohibere non remorantur. En Auiculæ quæ ob Phœbeæ Lampadis absentiam nimio mœrore afficiebantur, quantum vis tenebrarum beneficio sopori libarent dulcedinem; adhuc de Solis reditu magnopere hilares, suauissimis modulis garrientes, lucidissimos Patris vultus inclinare festinant; quasi dicerent:

Salue, dulcis amor Mundi fax aurea terræ,
Disijcit ignigero quæ verbere Noctis opaca
Nubila, cæruleas dum matutina per vndas
Euibrat optati ferientia lumina vultus
Spicula, quæ rutila exhilarant præcordia
flamma.

Nec leuiori argumento brumalis rigor, hyemalis triumphator temporis, Apollineam comprobat necessitudinem; dum enim citissimo rotatu peragit diem, festinatque rapidissimo volitantis quadrigæ cursu . . . .

Cynthius occiduis vultus immergere lymphis
Tethyos; æquitteis volucrem refouere quadrigam
Atque vadis, referens alijs sua gaudia Regnis;

qualis horror omnium animos non torquet! qualis aeris inclementia mortalium corpora non affligit! Tunc gelidæ Aeoliæ familiæ Gladiatores, in aperto Cœli campo, furoris virtutem exercentes; modò niues; modò imbres; modò glaciem, distillantibus vndique stirijs; alterna nubium agitatione progignunt! Tunc Tellus, quæ prius floribus ornare sinus, variegare coloribus frontem; pictuure Hyblæis diuitijs viridantes genas; gemmare luxurianti smaragdo herbiferum Paludamentum solita erat; suo velut viduata marito, spoliata decore, orbata solatio, lugubrique connecta palla arboreis ex folijs contexta, suo semisepulta squallore, consternata mariti sui absentis Luminis suspirat amplexus! Cum tandem nitidissimum Sidus, verso temone, desuetos remensurus callos, viribusque Alipedum refertis, longiores calcare vias, laboriosaque itinera suscipit, & ampliori solaribus posthabitis, Arietis vellera reuisit; tunc almæ Parens Telluris, præ gaudio redeuntis Vxoris, vernantes aperit sinus, pallentibus & violis, mutatis velut synthesibus, expectatum nunciat gaudium, promittens orbi Veris honorem, cum pen-

penitus calore Apollinei amplexus fota, pectus exhilarate amantis vicinitate fas erit.

Haud impari facto, vos, lucidissimi Soles, siuè potius vnius solis micantes radij, ad hæc Comitia celebranda properatis, quibus nil vtilius ad religiosissimum Monastici Orbis decorem augendum; ad hanc fluctuantem in hoc mundano Oceano Naniculam gubernandam;ad Benedictinæ Familiæ mores instruendos, nil tutius exeogitari potuisset. Hic veræ humilitatis Paradigmata, quasi diffusi luminis radij ab vno eximię virtutis Sole cunctis Casinensis Ordinis Alumnis recludi reperimur; dum expleto sui Regiminis curriculo, depositis supremi Capitis insignibus Præses, antè Seniorem genuflexus, errorum suorum veniam precaturus, Benedictinam celsitudinem ostendit, nil aliud pro basi, quam humilem subiectionem appetere. Hinc, expleto temporis interuallo, quo clementissimus Pater, miro suæ charitatis feruore, Ordinis Alumnos refouebat; deflere Cœtum omnem sui Genitoris occasum cernis, ac illius ad Astra meritum euehere. Hic sinceræ pacis compagem inter mystici huius corporis membra seruatam commendat. Ille prudentiam in rerum dispositione; munificentiam in donorum liberali dispensatione, immenso laudum præconio exornat. Alter mansuetudinem in compatiendo; vigilantiam in legum

con-

conseruatione; æquitatem in iudicando extollit. Nonne hyberni cuiusdam Solis speciem grati Præsidis occasus, nostro huic Orbi præfigurat? Sic pariter ad illius exemplum, cæteri quot quot in regendo obtinent primatum, Dignitatis suæ lumine suppresso, humique prostrati, sui Solis absentiam, pio quodam mœrore, orbitatis suæ casum recludere pro viribus sollicitant. O nunquam satis commendatum institutum! ò humilitatem vsque ad Astra euehendam! quid efficacius ad subditorum mentes firmandas?

Patris ab exemplo omnis vita Monastica pendet;
Nec iuuat hortari lætantibus Agmina verbis,
Ni proprios discat Præsul componere mores.
Non feruet Mauortis honos, Duce bella sonante.
Si prior arma premens, aduersos impetat hostes,
Militis accendit pugnantis Adorea famæ
Pectus, & hinc Capitis sequitur Victoria robur.

Interim Filij, proprij occasum Parentis flentes, quasi inter obscuræ noctis tenebras sepulti, sui Solis regressum, indictis vbique supplicationibus, expetere votis non cessant. Accedente tandem statuti diei hora, albo si-

gnan-

gnanda lapillo, in qua Deus Opt. Max. nostram refocillare miseriam decernit, vota nostra irrita esse minimè passus, Procerum Concilio coacto, sedatis inter sententiarum varietates animis, afflicto Ordini, noui Præsidis creatione, solatia præbet. Hinc facti species Veris exoritur, & ad reparata gaudia animantur Alumni Casinensis Reip. dum alternantibus modulis ad gratiarum actionem omnes intēti, quid quid pulchri violaria peperisse, siuè Hortorum venustatem; quid quid odoris sabæa tellus euaporat, totum ad exornandas Aras absumunt. Tunc verè terra nostra reflorescit, dum Sol innumeris meritorum radijs, in subditorum cordibus incipit noua Religiosę virtutis semina excolere. Ingenti studio, lucidissimum Pietatis Astrum, intima Cœtuum viscera penetrare satagit, vt sanctæ obseruantiæ aurum inter ordinis Asceteria progignere valeat. Omni diligentia Regularium sanctionum flores repullulare facit, dum exacta discussione, supremus Patrum Senatus singula Alumnorum gesta, siuè quæ ad spiritualem profectum, siuè ad œconomicum regimen perscrutatur. Non enim ignorat huiusce modi in negocijs se linceum esse debere, vt minutissima quæque, suæ prouidentiæ acie, pro munere introspiciat. Sapientissimè præuidet, legum custodiam lydium esse lapidem, cuius contactu Claustrorum profectus comprobatur.

Rel-

Relligiosa Cohors legum stat nixa columnis;
Hinc sacer Ordo ruit, lege cadente Patris.

Huius namque præsidio Benedicti Familia supra duodecim sæcula vidit nulla vnquam inuidiæ liuore labefactata, semper in sua immobilis instabilitate. O fortunatam tanti Solis incõstantiam, quæ indefesso rotatu, ambitiosa vertigine, omnigenarum virtutum Heroas procreauit; Vaticani sedem illustrauit; Romanum Petri Senatum adauxit; Ecclesiam innumeris vt ita dicam Pastoribus prouidit, vt Orbis in dubium verteret: an Conchylia sub Oceani vorticibus purpurascerent; an potius sub atro Monachorum Cucullo Ostra germinarent. O stupendum Geminarum Opificem, qui intima Alumnorum arcana penetranti suæ vigilantiæ radio perlustrans, pretiosissimos meritorum Pyropos, ad Ecclesiasticas Tiaras decorandas gignit. O saluberrimum Monastici Orbis Iubar, quod assidua indagine florescentis Instituti Surculos renouans, redolentis Sanctitatis Viridarium componit.

Qualis in hortensi gleba seges optima florum
Luxuriat, vigilis lumine serui et Arator
Nascentem Sobolem, dum molles adolescere plantas
Prospicit, & fætus variare coloribus Agros;
Talis in Ordinibus, Patris custodia adaugei

Sur-

Surgentes meriti flores ; quos sacra Casini
Progenies peperit , fuso virtutis odore .

Sileant quæso, qui futili ingeniorum acumine Apollineam Gentis nostræ lampadem obtenebrare conantur, dum dispendiorum nebulas, aliorumuè incommodorum vmbras, prudentissimo ritui objicendas esse autumant. Quid enim (inquiunt) longissimas emetiri vias, salebrosas transmeare Rupes ; Æquorei fluctus infidelitati se credere ; magnificos apparatus, & ingeniorum ostentationes, aliaque huiusmodi sumptuoso fastu, bis senis tantum exactis mensibus pro Comitiorum celebratione, diligentissima dispositione ordinare ?

Leuia enim sunt hæc, paruæque Sophistarum, & caligantis oculi nubeculæ, quas Sol veritatis nullo negocio rationum verbere dissipabit. Innumera enim sunt annui Consessus bona, quæ nobis conferre nostri supremi Iubaris vicissitudinem euidenter experimur ; licet duo præcipuè Principem tenere locum videantur. Primum namq. est optata ab Hominibus libertas, quà nihil amabilius, nihilq. desiderabilius in hoc Mundo . Cui, non pretiosi thesauri, auri, vel argenti, verum nec vita ipsa anteponenda foret ; quin immò maximo honori, patriæ vitam consecrare censetur ascribi. Libertas ambitioni aduersatur ; pacis fœdus concilliat ; regnandi cupidinem moderatur ; æquitatis iura

con-

constituit; inuidiæ fomitem extinguit; & denique animorum vnitatem conseruat. Verum, quid magis felicissimæ Reginæ libertati fauet, quam regnantium vicissitudo, & mutabilitas? quæ dum aliorum spem erigit, in Republica concordiam etiam tuetur. Imperatoris Luminum annuus cursus, & recursus, quantum adiumenti Mundo hoc inferiori præstat; tantum detrimenti, ipsius immobilitate attulisse probaremus; nam in luce, tenebras; in solatio, miseriam; in vere, hyemem; in serenitate, nubes; in malacia, tempestatem ambire necesse foret. Pari nostra Casinensis Familia incederet gradu; dum sublata annui Consessus veteri alternatione, qua per tot sæculorum spatia, sancta tectaq. fuit, omnium malorum incommoda ineluctabili experimento sentiret.

Præsidis assiduis feruent exordia curis,
Deseruetque labor, dum veterascit Honor.

Nec minorem fructum pro suarum custodia legum, huiusmodi Comitiorum frequentia Benedictinam Sobolem attraxisse pro comperto habemus; dum tot annorum series supputat, quibus longè, latèque propagata, sancti Ordinis feruor, summa omnium admirationei inhæreuit. Leges, sunt indomiti luxus frenum; compedes luxuriantis concupiscentiæ; seruilis animi inditium; humanorum actuum tramites; boni, ac mali dis-

cre-

cietio; ab illis inquam humanæ imbecillitas mentis declinaret ni insomnis Præsulum custodia labentes stimularet animos, profligaret noxas. Quid homini magis insertum, quam à patrijs legibus recedere? Nam primi supremi Opificis Protoplasti, quamuis ad ipsius Numinis effigiem formati, omniumq. deliciarum participes effecti; dum Paradisi voluptatum Coloni, inordinato appetitu, pro suæ felicitatis coronide, Diuini Mandati contemptum, extremum humanæ Propaginis exitium amplectentes, serpentinum virus sub mali cortice deglutiuere. O miseriam profusis lacrymis deplorandam! O malum omnium irritamentum malorum!

Infelix postquã mandata Tonantis Adamus
Despexit, vetitæ carpens cum Coniuge Pomum
Arboris, ipse sibi infernauit, quam Sator Horti;
Contraxere pares offensi Numinis iras,
Progeniemque suam ibi infecerê veneno.

Quanta igitur erit laudati Consessus dignitas, quæ tantis ingruentibus damnis, tanquam fermissimi aggeris munimen, illis obsistere non cessat! Quanta vtilitas, dum inæstimabilem fructum ex ipso Casinatum Proles tandiù reportauit! Quanta deniquè necessitas, dum ea bona conseruat, pro qui-

bus

bus seruandis, vita ipsa discrimini obijcienda foret. Habuit Mundus Heroes, pro patriæ libertate; pro legibus, pro gloria mira perpetrantes, quos si enumerare præsumerem, die longior oratio euaderet. Verum illorum indefessus labor, propria vtilitate, proprio honore, proprio operantis non caruit Triumpho. At vos, religiosissimi Præsules, qui zelo charitatis solummodo loricati, tot incessantes labores, totuè periculosa discrimina, pro vestræ conseruatione Reip. amplecti non veremini; tanto gloriosiora facta geritis, quanto nobilius præmium vestris generosissimis spiritibus proposuistis. Vestra pretiosa itinera, vestræ pertimescendæ nauigationes, non ad vnius aurei velleris donum conquirendum; sed ad Dei honorem augendum; ad bonum publicum conseruandum; ad animarum salutem procurandam diriguntur. Optati labores, expectati sudores, qui Monasticum Ordinem, tamquam Solem in Ecclesia Dei in perpetuum resplendentem efficiunt. Grata quoque dispendia, quæ tantò cum fœnore incomparabiles thesauros referant. Thesauros inquam, non gemmarum, vel metallorum, quæ in terræ visceribus perscrutantur; sed supernarum virtutum, quæ, irrequieto huius sideris radio repercussæ, Petri Nauiculam, per tot sæcula sanctissimè rexerunt; Purpuratorum Senatum decorarunt, Empirei Sedes sanctitate impleuerunt. Vestrum igitur inexplicabile

meri-

meritum, Casinatum Congregatio, vt reuirescat; Alumnorum mentes, vt ad imitandum excitentur: Æternus Rector, vt paria reddat Præmia, excipiat.

Nam decertati parient super Astra Triumphum
Sudores; stabit nixa labore quies.

D I X I.

Protestatio Authoris.

ME aliquando, compulit necessitas, ad maius Carminum ornatum, vti his verbis, Numen, Fatum, Deus, Deæ, Diuæ, & si quæ sunt huiusmodi verba, quæ redolent Gentilitatem. Fateor me non aliud sentire, præter illa, quæ Sancta Ecclesia Romana docet, & Fidelibus suis insinuat, quam toto corde, & ore confiteor, & pro qua me morti obijcere nullo modo formidarem.

LAVS DEO.



PLACENTIÆ

In Ducali Typographia Io. Bazachij.
1667.

Superiorum permissu.

Digitized by Google